This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Ar. 576



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
900000069483
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Q. SEPT. FLORENTIS

TERTULLIANI

LIBER DE PALLIO.

CLAUDIUS SALMASIUS

ante mortem recenſuit, explicavit, Notis illuſtravit.

Accedit vera ad vivum ejuſdem Effigies.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Officinâ JOANNIS MAIRE,
cIↃ IↃ C LVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

CLARISSIMO VIRO
BENIGNO SALMASIO
IN SUPREMA DIVIONENSI
Curia Regis Consiliario,
Patri suo,

CLAUDIUS SALMASIUS F.
S. D.

VIX *quemquam mihi persuadeo futurum, qui causas requirere velit, cur has ad Tertulliani Pallium Notas potissimum tibi inscripserim, mi Pater; nedum sit aliquis qui mirari possit, quod non alii cuivis illas potius quam tibi dedicarim. Nam cui primitias studiorum meorum offerri à me debuisse non nemo fatetur, huic istum saltem, qui non primus est ingenii mei fœtus, deberi quis non concedat? Quod illæ porro minime tibi ut oportuit, & volui, inscriptæ fuerunt, nec venerandum mihi nomen primæ paginæ fronte prætulerunt, difficilius excusare pos-*

ſem, niſi hoc ipſe noluiſſes. Qua ex re ut aliquam obſequii gloriam mereri poſſe videor, ita plenam pietatis laudem nullo jure mihi poſſim vindicare. Hoc unum eſt fortaſſe quod jubente patre me feciſſe fateor invitum: hoc unum utique fuit, quod ſalva etiam pietate patri negare potui. Ægre ſane ſum paſſus officii tam juſti, tamque jure debiti tibi perſolvendi præclaram occaſionem mihi de manibus extorqueri per temetipſum cui perſolvi debuit. Etenim cui potius, ut hoc iterum repetam, cui potius inquam illa, quam tibi debebantur? Quis ergo jam iſta quæ nunc damus, tibi nuncupari miretur, quum illa quæ prius edidimus tibi non eſſe nuncupata potius mirandum ſit? Hoc non ſolum parentis nomen jure ſuo à me exigebat, ſed ejus parentis qui me à primis ac rudibus annis eâ ſollicitudine ac diligentia inſtituendum curavit, ut ſi quis alius qui parens non ſit, parem in aliquo erudiendo curam ac laborem inſumeret, veri parentis loco merito ſuo habendus eſſet. Non natura igitur tantum, ſed inſtitutio; nec inſtitutio tantum, ſed inſtitutionis ratio, facile vincunt, ut neminem

Digitized by Google

nem debeam ex æquo amare, colere, venerari. Nec enim, quæ ſolita ac vulgaris eſt via puerorum qui primis litteris imbuendi ſunt, in ergaſtula ſcholarum puer ſum datus, nec magiſtellorum carnificinæ deditus, ſed tuo ductu & auſpiciis intra domeſticos plurimum parietes, pæne te ſolo præceptore uſus, per te ſane in breviorem ac molliorem diſciplinarum tramitem inductus, ad hanc quantulamcumque, quam parvam fateor eſſe, litterarum cognitionem perveniſſe me gaudeo. Nec dubito quin longe majorem conſequi potuerim, ſi magis facilem ſequacemque materiam artificis ac fictoris mei pollici ducendam formandamque præbuiſſem. Ita ſi quid ex me placuerit, tua laus eſſe debet: ſi quid vero diſplicuerit, omnino meum par eſt videri. Quibus tuis tantis in me beneficiis quid de meo reponam habeo nihil, quum omnia mea tua ſint, quumque totus etiam ſim tuus: quum iſtud ipſum quod gratum animum hoc genere teſtari utcumque poſſum, ſit quoque plane tuum, tibique totum acceptum referri oporteat. Vtinam tam bono patri paria facere, & æque bonum me poſſem filium ap-

probare. Vtinam tui laudandi, ac vera de te prædicandi rationem aliquam invenire, aut inire daretur, quæ domestici testimonii suspicionem vitaret, & filii parentem, hoc est pæne semetipsum laudantis, invidia careret: dicerem, qua probitatis, & integritatis; qua prudentiæ justitiæque fama; qua denique auctoritate ac dignitate, tuum istum in amplissimo ordine locum tuearis; nihilque dicerem, quod omni hominum generi tota provincia notum non sit atque testatum. Sed illud quî possum dissimulare, te in his studiis omnique adeo doctrina, omnium qui te norunt judicio, tantopere excellere, ut ex iis qui tota vita aliud nihil egerunt, atque in litteris consenuerunt, pauci ad hoc exemplum litterati reperiantur? in versibus porro Latinis Gallicisque, quum lubet aut vacat, pangendis ea felicitate ac dexteritate pollere, ut paucos habere merearis pares, vix ullum superiorem? cujus rei testis locuples esse possit Dionysii Periegetæ de situ orbis liber, politissimo ac disertissimo carmine Gallico olim à te admodum juvene redditus, & publicatus. Ceterum hæc ab aliis audire, quæ tacite mihi

Digitized by Google

mihi gaudio pectus pertentant, & ad virtutum tuarum æmulationem accendunt, quam ipse prædicare malim. Hoc quum ita sit, etiamsi aliud nihil esset, alium tamen cui justius hæc tribuerentur, quæ nunc ad te mitto quam tibi, frustra quæsiviſſem. nam qui me magis amaret, cui plus ipse deberem, qui ista melius æstimare posset, inventurus eram neminem. Præterea quum otii tibi non minus, quam negotii rationem reddere debeam, ut me non penitus nihil egisse, dum nihil ago, intelligeres, exinde ut in hanc urbem tuo jussu veni, quodcumque vacui temporis ab illis rebus quas mihi curandas mandaveras, sufurari licuit, haud levioribus ludicris quam libris & litteris datum est. Subscivis igitur horis, quum Tertulliani de Pallio librum, qui liber ad manum tunc erat, & quem animi gratia pervolutandum forte sumpseram, paulo diligentius versare cœpissem, & in memoriam eorum rediissem, quæ ante hos aliquot annos ad hunc tractatum elucubraveram, cepit me impetus experimenti capiendi etquid melior ille posset, atque ad intelligendum facilior opera mea in publicum exi-

re. Opus est, ut scis, auctoris difficilis & obscuri, longe difficillimum & obscurissimum. Nam qui in reliquis scriptis naturæ suæ vel gentis genio quodam ubique obscuritatem affectavit, in hoc opusculo videtur consulto consilio operam dedisse, & hoc unum laborasse, ut à nemine intelligeretur nisi qui plurimum laboraret. Multos etiam vidi postquam bene æstuassent ut eum assequerentur, nihil præter sudorem, & inanem animi fatigationem lucratos ab ejus lectione discessisse. Sic qui Scotinus haberi, viderique dignus qui hoc cognomentum haberet voluit, adeo quod voluit ab semetipso impetravit, & efficere id quod optabat valuit, ut liquido jurare ausim neminem ad hoc tempus extitisse, qui possit jurare hunc libellum à capite ad calcem usque totum à se non minus bene intellectum quam lectum. nihil majus dicam: nec enim protinus si quis mentem ejus se recte cepisse putavit, ideo cepit. Qui de pallio scribebat, quod & nigrum fuisse constat, & circa Cynicorum quos vestiebat humeros perplexe involvi solitum, similes in eo describendo tenebras, & involucra captavit, ut

non

non minus de ſtili obſcuritate tetricum iſtud fieret, quam illud erat de velleris colore tenebricoſum. Profecto non magis pallii ſui circumjectu omnia corporis involviſſe & contexiſſe Cynicos olim certum eſt, quam Tertullianus cæcis hujus Pallii ambagibus mentem ſuam ubique infuſcavit & operuit. Adhæc tam denſis archaiſmis & helleniſmis, & vocibus quoque mere Græcis, nec Latini texturis pectine percuſſis, hoc opus intexuit, ut Græcum plane habitum facile inde poſſis agnoſcere. Tam crebris tamen idem raræ ac reconditæ doctrinæ notis, quaſi quibuſdam purpuræ clavis, aut auri patagiis hunc eumdem habitum inſignivit, ut non vile nudipedis ac ſordentis philoſophi palliolum, ſed aut conſulis triumphantis, aut pontificis ad oſtenſionem ornati pompaticum amictum detexere voluiſſe videatur. Ceterum quod madeſtam veſtem, & Chriſtiano gerendam minime decuiſſet, gemmas illas, & purpureas micas quibus pallium inluminavit, non foris cenſuit exponendas ita ut in frontem incurrerent, ſed omnes intus occultavit ut tractantium manus, ſpectantiumque oculos fu-

gerent. Has divitias ſub ſinu latentes eruere, & complicatas expandere aliquod erat operæ pretium; ſed non cujuſvis id erat hominis. multa multos fefellerunt: nec adhuc quiſquam repertus, qui theſaurum integrum bona fide effoderit, & in lucem totum protraxerit. Verum enimvero quo minus hæc omnia Tertullianici operis bona in apertum hactenus producta & explicata ſint, auctor ipſe ut dixi partim in cauſa fuit, partim injuriæ temporum debet imputari, per quam factum eſt, ut hoc pallium, ſqualidum, obſoletum, defloccatum, ac revera τεθνηκὸς ad nos tranſmitteretur. Acceſſit ad hæc ejus mala, quaſi peſtis & perniciei cumulus, fraus ac nequitia interpolatorum, qui tam licenter in hujus Pallii textu invertendo, pervertendo graſſati ſunt, ut tramam vix illi reliquam fecerint. Purpuræ ſane lumen omne floremque, & auri fulgorem quo tota ejus paratura prius inſigniter micabat, impuris illis ſuis manibus penitus obſolefecerunt, ac devenuſtarunt. Plures utique, & fere omnes in peius mutationes perpeſſum fuiſſe videmus, quam quot in toto ejus contextu narrantur.

Digitized by Google

rantur. Dum alius veteres ac defluentes pannos consuere, alius novos assuere, alius maculas auferre, alius aliud reficere conatur, pro Tertulliani Pallio, illud pæne quod suum jam, sat scio, Tertullianus non agnosceret, effectum est. Eodem plane fato vel Thesei navis illa, vel Romuli casa, dubitandi disputandique philosophis olim materiam præbuit, utrum ipsa esset an alia, quæ toties refecta, nullam jam partem ostenderet, quam posses affirmare veteris illius fuisse navis, aut casæ. Qui pannuceum pauperculi cujuspiam de ponte mendicabuli centonem, mille contusum consutumque locis vidit, is Tertulliani istud pallium videre se putet, sexcentis hinc inde pendentibus laciniis dilancinatum, & multis inhonestis frustis indecenter aptatis, mire miserequè variegatum. Tam male acceptum, ac sartoribus nihil promittentibus relictum vestimentum, quis tantum in arte sua fiduciæ poneret, ac de acu sua sibi tantum polliceretur, qui illud in integrum restituere, resarcire, pristinoque nitori reddere se posse confideret? Quanta difficultatis res esset adeo desperatis medicinam

nam facere, nemo non hactenus confessus est: eam se facturos multi polliciti sunt: pauci præstiterunt. Extitere tamen etiam nonnulli qui hoc plenum aleæ negotium tentare vellent: quos omnes usque adhuc voluisse tantum possum dicere; ita præter irrita conamina nihil quod jure laudari possit, in hunc auctorem contulerunt. Quinimo tam multos illi contigisse correctores ac medicos, & tam multa tamen in eo resedisse vulnera sanánda, & loca corrigenda, quis non merito miretur? Sed quid dicemus magnis viris ad hoc inceptum defuisse, an doctrinam, an ingenium, an utrumque? immo utroque pariter abundarunt omnes. Si nihil illis defuit, quid igitur obfuit quo minus inceptum perageret? Aut non satis diligenter in opere quod perficiendum susceperant versati sunt, aut non satis temporis, quo diligentius in eo perficiendo versarentur sibi sumpserunt. quid enim aliud dicā? Plane ut si quis bene perito sarcinatori pertusam ac detritam vestem reconcinnandam committat, atque ille quod aliis sit occupatus, aut fastidiat, aut properanter rem agat, multa omittat necesse est

dissuta

dissuta & hiantia, quæ acum & aciem ejus fugerint. Qui rectius curatam volet, ad eum mittat qui minus quidem peritiæ habeat, plus vero diligentiæ adhibeat: is laboriosa fidelique manu pertractatis omnibus vestis ejus panniculis, & partibus invicem si quæ male coierint, filo conceptis, nihil in ea lacinioſum, ruptum aut hiulcum remanere patietur, sed omni ex parte sanatam sartamque, ac bene sutam remittet. Ita qui hactenus Tertulliani de Pallio libro emendando emundandoque manus admoverunt, quod in ea cura nimium secure, minusque quam oportebat sollicite se gesserunt, licet doctissimi ipsi & multum ingenioſi, nullam tamen operæ pretium se fecisse fateantur necesse est, qui totum opus aut æque mendoſum, aut fœdius etiam quam acceperant multis in locis depravatum, reliquerunt. Ego qui post illos in eandem cogitationem incubui, quo minus doctrina & ingenio me valere sentiebam, eo majorem diligentiam adhibendam esse mihi duxi, qua pene sola effeci ut nihil in hoc opere poliendo & ornando desiderari possit, quin à me provisum recte & prospectum

tum, atque in hanc editionem collatum sit. Quid igitur à me præstitum est, quod illis omisisse fraudi fuerit? veteres editiones consului, easque diligenter cum recentioribus comparavi. Si quid hæ ab illis discrepare mihi compertæ sunt, correctorum facinus esse statim intellexi. Codicem præterea manu exaratum, cujus ab amico mihi copia olim facta est, satis vetustum & optimæ notæ, curiose semper inspexi, cujus & scripturam ubique fideliter expressam exhibui. eum cum prima & secunda Beati Rhenani editione in omnibus fere consentientem comperi. Cum eodem porro illo vetusto exemplari, & veteribus editionibus omnia Tertulliani opera pæne incredibili labore & studio contuli: quem infinitis prope locis emendatum haud paulo meliorem mea industria dari edique posse jam pridem haud vanam animo fiduciam concepi. Integris etiam ac justis commentariis nobiliores & politiores aliquot ejus tractatus illustravi, ut Apologeticum, de Corona militis, de Spectaculis, de Habitu muliebri, de cultu fœminarum: quibus omnibus operibus eandem opem tuli, & eandem operam, quam huic

Digitized by Google

huic de Pallio contuli, ut si hæc placeant, non dissplicitura utique illa sint, quæ ad eundem gustum exacta sunt. Sed illa suo tempore & ordine si Deus faverit, & vitam mihi produxerit, exibunt. His igitur adjumentis instructus, veterum inquam editionum, & libri manuscripti, ad has qualescunque Notas deproperandas, & istam editionem adornandam me accinxi. De ingenio meo nihil dicam, nec est quod possim dicere, nec si esset dicerem; vere tamen illud asserere ausim, me complures locos sola conjectura fretum satis feliciter restituisse, qui antea deplorati, & ab omnibus conclamati jacebant. Vt ut est, quantum plurimum à me fieri potuit factum fuit. quantum illud sit quod effecerim, & quanti faciendum sit, non si inter omnes homines investigassem, in quemquam incidere potuissem, qui rectius quam tu valeret æstimare. Nec mihi verendum est, ne amor parentis erga me tuus, judicium censoris de me tuum impediat. Nam præterquam quod verissime semper, ac severissime de rebus & studiis meis te judicasse animadverti, tum illud vere ac proprie dici de te posse comperi quod

quod ille de omnibus dixit: avara parentum vota esse, nec ulla filiorum bona satis unquam perfecta putare. *Quare si hæc tibi placuisse, & tuo judicio probata fuisse intellexero, votorum meorum summam assequutum me esse confitebor. Deum veneror sanum te & incolumem tuis quam diutissime seruet, domumque omnem fortunet. Vale. Lutetiæ Parisiorum* VII *Id. Apr.* CIↃ IↃ C XXII.

Q. SEPT.

Digitized by Google

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI

LIBER DE PALLIO.

CAP. I.

PRINCIPES semper Africæ, viri Carthaginienſes, vetuſtate nobiles, novitate felices: gaudeo vos tam proſperos temporum, cùm ita vacat ac juvat, habitus denotare pacis: hæc & annona & ocia ab imperio & à cœlo. Bene eſt, tamen & vobis habitus aliter olim tunicæ fuêre, & quidem in fama de ſubtemini ſtudio, & luminis conſilio, & menſuræ temperamento, quòd neque trans crura prodigè, nec intra genua inverecundè, nec brachiis parcè, nec manibus arctè, ſed nec cingulo ſinus dividente, expedita atque quadrata, inſtita. In viris autem,

tem, pallii extrinsecus habitus, & ipse quadrangulus, ab utroque laterum regestus, & cervicibus circunstrictus, in fibulæ morsu humeris acquiescebat: instar ejus hodie Æsculapio jam vestro sacerdotium est. Sic in proximo soror civitas vestiebat, & sicubi alibi in Africa Tyros: at cùm secularium fortium domina Fortuna, & Romanis Deus maluit, soror quidem civitas, suopte arbitrio mutare properavit, ut adpulsum Scipionem antè jam de habitu salutaret Romana præcoqua. Vobis verò post injuriæ beneficium, ut senium non fastidium exemptis: post Gracchi obscœna omina, & Lepidi violenta ludibria: post trinas Pompeii aras, & longas Cæsaris moras: ubi mœnia Statilius Taurus imposuit: solennia Sentius Saturninus enarravit: cùm concordia

dia juvat, toga oblata est: Pro! quantum circummeavit, à Pelasgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, ut ab humeris sublimioris populi Carthaginienses complecteretur. Exinde tunicam longiorem, cinctu arbitrante, suspenditis, & pallii jam teretis redundantiam, tabulata congregatione fulcitis: & si quid præterea conditio vel dignitas, vel temporalitas vestit. Pallium tamen generaliter vestrum, immemores etiam denotatis: equidem haud miror præ documento superiore. Nam & arietem (non quem Laberius reciprocicornem, & lanicutem & restitrahum, sed trabes machina est, quæ muros frangere militat) nemini unquam adhuc libratum, illa dicitur Carthago, *studiis asperrima belli*, prima omnium armasse in oscillum penduli impetus: commentata vim tormenti;

Digitized by Google

de bile pecoris capite vindicantis. Cùm tamen ultimarent tempora patriæ, & aries jam Romanus in muros quondam ſuos auderet; ſtupuere illico Carthaginienſes, ut novum extraneum ingenium.

Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas.

Sic denique nec pallium agnoſcitur.

CAP. II.

SIT nunc aliunde res: ne Pœnicum inter Romanos aut erubeſcat, aut doleat, certè habitum vertere, naturæ totius ſolemne munus eſt: fungitur & ipſe mundus interim iſte, quem incumbimus; viderit Anaximander ſi plures putat: viderit ſi quis uſpiam alius ad Meropas, ut Silenus penes aures Midæ blattit, aptas ſanè grandioribus fabulis. Sed &, ipſe quem Plato

Plato æſtimat, cujus imago hîc ſit, etiam ille habeat neceſſe eſt, proinde mutare: quippe ſi mundus, ex diverſis ſubſtantiis officiiſque conſtabit, ad formam ejus quòd mundus hic eſt: neque enim mundus, ſi non ut mundus. Proinde diverſa in unum ex demutatione diverſa ſunt: denique diverſitatis diſcordiam vices fœderant: ita mutando erit mundus omnis, qui ex diverſitatibus corporatus, & vicibus temperatus. Noſtra certè metatio (quod clauſis vel in totum Homericis oculis liquet,) totum verſiforme eſt: dies & nox invicem vertunt: ſolſtitionibus annuis, luna modulationibus menſtruis variat: ſiderum diſtincta confuſio interdum dejicit quid, interdum reſuſcitat: cœli ambitus nunc ſub divo ſplendidus, nunc nubilo ſordidus: aut imbres ruunt,

& si qua missilia cum imbribus: dehinc substillum, & denuo sudum. Sic & mari fides infamis, dum & flabris æquè mutantibus, de tranquillo probum, de flustris temperatum, & extemplo de decumanis inquietat. Sic & terram, si recenseas temperatim vestiri amantem, prope sis eandem negare, memor viridem cùm conspicis flavam, mox visurus & canam. Cæteri quoque ejus ornatus, quid non aliud ex alio mutant? montium scopulæ decurrendo, & fontium venæ ebullando, & fluminum viæ obumbrando? Mutavit & totus orbis aliquando, aquis omnibus obsitus: adhuc maris conchæ & buccinæ peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare etiam ardua fluitasse: sed & enatando, rursus infima mutavit, rursus orbis alius: Idem mutat

&

& nunc localiter habitus, cùm ſitus læditur, cùm inter inſulas nulla jam Delos, harenæ Samos: & ſi ille non mendax, Æon in Atlantico Libyam aut Aſiam adæquans quæritur nunc. Italiæ quondam latus, (Hadria Tyrrhenóque quaſſantibus) medio tenus interceptum, reliquias Siciliam facit: cùm tota illa plaga diſcidii, contentioſos æquorum coïtus anguſtiis retorquens nomen vitii mari induit, non expuentis naufragia, ſed devorantis. Patitur & continens de cælo aut de ſuo: adſpice ad Palæſtinam quà Jordanis amnis finium arbiter, vaſtitas ingens, & orba regio, & fruſtra ager, & urbes retro, & populi frequentes, & ſolus audiebat: dehinc ut Deus cenſor eſſet, impietas ignium meruit imbres: hactenus Sodoma, & nulla Gomorra, & cinis omnia, &

propinquitas maris juxtà, cum ſolo mortem bibit. Ex hujuſcemodi nubilo & Tuſcia Vulſinios priſtinos deuſta: quo magis de montibus ſuis Campania ſperet erepta Pompeios. Sed abſit: utinam & Aſia ſecura jam ſit de ſoli inglu-vie: utinam & Africa ſemel voraginem paverit, unicis caſtris fraudatis expiata. Multa & alia hujuſmodi detrimenta, habitum orbis mutavêre, ſitúſque movêre. Bellis quoque plurimum licuit: ſed piget triſtia non minùs quàm regnorum vices recenſere, quotiens & iſta mutaverint jam inde à Nino Beli progenie (ſi tamen Ninus regnavit primus, ut autumat ſuperiorum profanitas, fermè apud vos ultra ſtilus non ſolet) ab Aſſyriis ſi fortè ævi hiſtoriæ pateſcunt: qui verò divinas lectitamus, ab ipſius mundi natalibus compotes ſumus.

ſumus. Sed læta jam malo, quippe & læta mutant. Denique ſi quid mare diluit, cœlum texit, terra ſubduxit, gladius detotondit, aliàs verſura compenſato redit. Jam & primitiis, majore ambitu terra caſſa, & vacans hominum, & ſicubi aliqua gens occuparat, ſibimet ſoli erat. Itaque cogitans omnia ſibi domum, intelligens alibi ſtipantem copiam, alibi deſerentem, runcare atque ruſpare conſuluit: ut inde velut ex ſurculis & propaginibus, populi de populis, urbes de urbibus, per ubique orbis pangerentur. Tranſvolavêre redundantium gentium examina: Scythæ exuberant Perſas: Phœnices in Africam eructant: Romanos Phryges pariunt: Chaldæum ſemen in Ægyptum educatur, dehinc cùm inde tranſducitur, Judæa gens eſt. Sic & Herculea poſteritas, qui

Temeno pariter Peloponnesum occupando producunt: sic & Iones Nilei comites, Asiam novis urbibus instruunt: sic & Corinthii cum Archia muniunt Syracusas. Sed vanum jam antiquitas, quando curricula nostra coram: quantùm reformavit orbis seculum istud? quantùm urbium aut produxit, aut auxit, aut reddidit præsentis Imperii triplex virtus? Deo tot Augustis in unum favente; quot census transcripti? quot populi propaginati? quot ordines illustrati? quot barbari excluſi? Revera orbis cultissimum hujus imperii rus est, eradicato omni aconito hostilitatis, & cato & rubo subdolæ familiaritatis, consitum & amœnum super Alcinoi pometum, & Midæ rosetum. Laudans igitur orbem mutantem, quid denotas hominem?

CAP.

Digitized by Google

CAP. III.

MUTANT & beſtiæ pro veſte formam, quanquam & pavo pluma veſtis, & quidem de cataclitis: imò omni conchylio depreſſior, quâ colla florent: & omni patagio inauratior, quâ terga fulgent: & omni ſyrmate ſolutior, quâ caudæ iacent: multicolor, & verſicolor, quâ, nunquam ipſa, ſemper alia, etſi ſemper ipſa quando alia, totiens denique mutanda quotiens movenda. Nominandus eſt & ſerpens, licet ponè pavum: nam & iſte quod ſortitus eſt, convertit corium & ævum: ſi quidem ut ſenium perſenſit, in anguſtias ſtipat, paritérque ſpecum ingrediens, & cute egrediens, ab ipſo ſtatim limine eraſus, exuviis ibidem relictis novus explicat, cum ſquammis & anni recuſantur.

Hyæ-

Hyænam si obſerves, ſexus annalis eſt, marem & fœminam alternat. Taceo cervum quòd & ipſe ætatis ſuæ arbiter, ſerpente paſtus, veneno langueſcit in juventutem. Eſt & quadrupes, tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera, teſtudinem Pacuvianam putas, non eſt. capit & alia beſtiola verſiculum, de mediocribus oppido, ſed nomen grande, chamæleontem qui audieris, haud antè gnarus, jam timebis aliquid cum leone: at cùm offenderis apud vineam ferme ſub pampino totum, ridebis illico audaciam & Græci jam nominis: quippe nec ſuccus eſt corpori, qui minutioribus multo licet. Chamæleon pellicula vivit, capitulum ſtatim à dorſo, nam deficit cervix, itaque durum réflecti: ſed circumſpectu emiſſitii ocelli, imò luminis puncta vertiginant: hebes,

hebes, fessus vix à terra suspendit, molitur incessum stupens & promovet, gradum magis demonstrat quàm explicat, jejunus scilicet semper & indefessus: oscitans vescitur, follicans ruminat, de vento cibus. Tamen & chamæleon mutare totus, nec aliud valet: nam cùm illi coloris proprietas una sit, ut quid accessit inde suffunditur; hoc soli chamæleonti datum, quod vulgò dictum est, *de corio suo ludere*. Multa dicendum fuit, ut ad hominem præstructim perveniretur: hunc quoquo primordio accipitis, nudus certè & investis figulo suo constitit, post demum sapientiam haud dum licitam, præreptam potitur: ibidem (quod in novo corpore indebitum adhuc pudori erat, protegere festinans) ficulneis foliis interim circundat. Dehinc cùm de originis

nis loco exterminat, quippe deli-
pag 202 querat, pellitus orbi ut metallo da-
tur: ſed arcana iſta nec omnium
noſſe. Cedo jam de veſtro, quod
Ægyptii narrant, & Alexander
digerit, & Afer legit, ea tempeſta-
te Oſiridis quâ ad illum ex Libya
Ammon vaſit ovium dives: deni-
que cum ipſis Mercurium autú-
mant fortè palpati arietis mollitie
delectatum, diglubaſſe oviculam:
dúmque pertentat quod facilitas
materiæ ſuadebat tractu proſe-
quente filum eliquaſſe, & in veſtis
priſtinæ modum, quam philyra
tenui vinxerat, texuiſſe. Sed vos
omnem lanitii diſpenſationem,
ſtructurámque telarum Minervæ
maluiſtis, cùm penes Arachnem
diligentior officina. Exinde mate-
ria, nec de ovibus dico Mileſiis,
& Selgicis, & Altinis, aut queis
Tarentum vel Betica cluet natura
colo-

Digitized by Google

colorante, ſed quoniam & arbuſta veſtiunt, & lini herbida poſt virorem lavacro niveſcunt: nec fuit ſatis tunicam pangere & ſerere, ni etiam piſcari veſtitum contigiſſet: nam & de mari vellera, quæ *muſcoſæ* lanoſitatis lautiores conchæ comant: prorſus haud latet bombycem (vermiculi genus eſt) quæ per aerem aliquando araneorum more ſcopis idoniùs diſtendit, dehinc devorat, mox æquè reddere, proinde ſi necaveris, animata jam ſtamina volues. Tantam igitur paraturarum materiarum ingenia quoque veſtificinæ proſecuta (primùm tegendo homini, quâ neceſſitas præceſſit: dehinc & ornando, imò & inflando, quâ ambitio ſucceſſit) varias indumentorum formas promulgavêre: quarum pars gentilitiùs inhabitantur, cæteris incommunes: pars verò paſſi-

page 216

passivitùs omnibus utiles, ut hoc pallium, etsi Græcum magis, sed linguâ jam penes Latium est, cum voce vestis intravit: atque adeò ipse qui Græcos pellendos urbe censebat (literas eorum vocémque senex jam eruditus) idem Cato, juridicinæ suæ in tempore humerum exertus, haud minùs palliato habitu Græcis favit.

CAP. IV.

QUID nunc si est Romanitas omnis alia, vestis nec tamen, admodum Græci estis, at non ita est? unde gentium in provinciis meliùs exercitis, quas natura agro potiùs eluctando commodavit, studia palæstræ malè senescentia, & cassum laborantia, & lutea unctio, & pulverea volutatio, & arida saginatio? unde apud aliquos Numidas, etiam equis cæsariatos,

riatos, juxta cutem tonsor, & cultri vertex solus immunis? unde apud hirtos & hirsutos tam rapax ab ala resina, tam furax à mento volsella? Prodigium est hæc sine pallio fieri: illius est hæc tota res Asiæ. Quid tibi Libya & Europa cum exoticis mundiciis, quas vestire non nosti? Revera enim quale est Græcatim depalari magis quàm amiciri? habitum transferre, ita demum cultus probrum est, si non consuetudo, sed natura mutetur: sat refert inter honorem temporis, & religionem Dei: consuetudo fidem tempori, natura Deo. Naturam itaque concussit Larissæus heros in virginem mutando: ille ferarum medullis educatus (unde & nominis consilium, quando quidem labiis vacuerat ab uberum gustu) ille apud rupicem, & silvicolam, & monstrorum eruditorem

scrupea schola eruditus. Feras n. puero matris sollicitudinem, patiens certè jam ustriculas, certè jam virum alicujus clanculò functus, adhuc sustinet stolam fundere, comam struere, cutem fingere, speculum consulere, collum demulcere, aurem quoque foratu effœminatus, quod illi apud Sigæum statua seruat. Planè postea miles est. necessitas enim reddidit sexum, de prælio sonuerat, nec arma longè:

Ipsum, inquit, ferrum virum attrahit.

Cæterum si post incentivum quoque puella perseverasset, potuit & nubere: ecce itaque mutatio, monstrum equidem geminum: de viro fœmina, mox de fœmina vir, quando neque veritas negari debuisset, neque fallacia confiteri: uterque habitus mutandi malus, alter adversus

versus naturam, alter contra salutem. Turpius adhuc libido virum cultu transfiguravit, quàm aliqua materna formido, tametsi adoratur à vobis qui erubescendus est, Scytalosagittipelliger ille, qui totam epitheti sui sortem cum muliebri cultu compensavit: tantum Lydiæ clancularіæ licuit, ut Hercules in Omphale, & Omphale in Hercule prostitueretur. Ubi Diomedes & cruenta præsepia? ubi Busiris & bustuaria altaria? ubi Geryon ter unus? cerebris adhuc eorum, clava fœtere malebat, cùm unguentis offenderetur. Vetus jam hydræ, Centaurorúmque sanguis in sagittis, pumice speculi excludebatur, insultante luxuria, ut post monstra transfixa coronam forsitan suerent. Ne sobriæ mulieris quidem, aut virginis alicujus scapulæ sub exuvias bestiæ tantæ introire

troire potuissent, nisi diu mollitas & evigoratas, & exodoratas, quod apud Omphalem balsamo aut telino spero factum. Credo & jubas pectinem passas, ne cervicem enervem inureret stiria leonina: hiatus crinibus infarsos, genuinos inter antias adumbratos: totâ oris contumeliâ mugiret si posset Nemæa certè: si quis loci Genius ingemebat, tunc enim se circumspexit leonem perdidisse. Qualis ille Hercules in serico Omphales fuerit, jam Omphale in Herculis scorto designata descripsit. Sed & qui arte Tirynthium accesserat pugil Cleomachus (post Olympia cùm incredibili mutatu de masculo fluxisset, intercutem cæsus & ultrà, inter fullones jam Novianos coronandus: meritóque mimographo Lentulo in Catinensibus commemoratus) utique sicut vestigia

cæstuum

cæſtuum viria occupavit: ita & endromidis ſolocem aliqua multicia ſyntheſi extruſit. Phyſconem & Sardanapalum tacendum eſt, qui niſi inſignes libidinum, aliâs reges nemo noſſet: tacendum autem ne quid & illi de Cæſaribus quibuſdam veſtris obmuſſitent, propudioſis: nec magnæ fortè conſtantiæ mandatum ſit, impuriorem Phyſcone, molliorem Sardanapalo Cæſarem deſignare, & quidem ſub Nerone. Nec tepidior vis vanæ quoque gloriæ, mutandis indubiis, etiam vero ſalvo. Calor eſt omnis affectus: verùm cùm in affectationem flabellatur, jam de incendio gloriæ ardor eſt. Habes igitur ex iſto fomite æſtuantem magnum regem, ſola gloria minorem: vicerat Medicam gentem, & victus eſt Medica veſte, triumphalem cataphractam amolitus, in captiva

sarabara decessit: pectus squammarum signaculis disculptum, textu pellucido tegendo, nudavit: anhelum adhuc ab opere belli, & ut molliùs ventilante serico extinxit. Non erat satis animi tumens Macedo, ni illum etiam vestis inflatior delectasset: nisi quòd & philosophi puto ipsi, aliquid ejusmodi adfectant, audio enim & in purpura philosophatum: si philosophus in purpura, cur non & in baxea Tyria calciare? nisi aurum minimè Græcatos decet: atquin alius & sericatus, & crepidam æratus incessit: dignè quidem, ut bacchantibus indumentis aliquid subtinniret, cymbalo incessit. Quòd si jam tunc locorum Diogenes de dolio latraret, non cœnulentis pedibus (ut tori Platonici sciunt) sed omnino totum Empedoclem in adyta Cloacinarum detulisset: ut qui

qui se cœlitem delirarat, sorores priùs suas, dehinc homines deas salutaret. Tales igitur habitus, qui de natura & modestia transferunt, & acie figere, & digito destinare, & nutu tradere meritò sit. Prorsus si quis Mæandrico fluxu delicatam vestem humi protrahat, audiat ponè se quod & Comicus. Qualem demens iste chlamydem dispersit? Enimvero jamdudum censoriæ intentionis episcynio dispersso, quantùm denotatui passivitas offert? libertinos in equestribus, subverbustos in liberalibus, dedititios in ingenuis, rupices in urbanis, scurras in forensibus, paganos in militaribus: vespillo, leno, lanista, tecum vestiuntur. Converte & ad fœminas, habes spectare quod Cecina Severus graviter Senatui impressit: matrona sine stola in publico! denique in Lentuli

Auguris consultis, quæ ita sese exauctorasset, pro stupro erat pœna: quoniam quidem indices custodésque dignitatis habitus, ut lenocinii factitandi impedimenta, sedulò quædam desuefecerant. At nunc in semetipsas lenocinando, quò planiùs adeantur, & stolam & supparum, & crepidulum, & calliandrum, ipsas quoque jam lecticas, & sellas queis in publico quoque domesticè ac secretè habebantur, eieravêre: sed alius extinguit sua lumina, alius non sua accendit. Aspice lupas, popularium libidinum nundinas: ipsas quoque fictrices (& si præstat oculos abducere ab ejusmodi propudiis, occisę in publico castitatis) aspice tamen vel sublimis, jam matronas videbis, & cùm latrinarum antistes sericum ventilat, & immundiorem loco cervicem monilibus consolatur,

tur, & armillas quas ex virorum fortium donis, ipſæ quoque matronę temerè uſurpaſſent, omnium pudendorum conſcias manus inſerit, impuro cruri, purum aut mulleolum inducit calceum. Cur iſtas non ſpectas? vel illos item habitus, qui novitate veſtitus religionem mentiuntur? cùm ob cultum omnia candidatum, & ob notam vittæ & privilegium galeri, Cereri initiantur? cùm ob diverſam affectionem tenebricæ veſtis, & tetrici ſuper caput velleris, in Bellonæ montes fugantur? cùm latioris purpuræ ambitio, & Galatici ruboris ſuperiectio, Saturnum commendat? cùm ipſum hoc pallium moroſiùs ordinatum, & crepidæ Græcatæ, Græcatim Æſculapio adulantur? Quantò tunc magis arguas illud! & urges oculis etiam ſimplicis & inaffectatæ tamen, ſu-

perſtitionis reum. Enimverò cùm hanc primùm ſapientiam veſtit, quæ vaniſſimis ſuperſtitionibus renuit, tunc certiſſimè pallium ſuper omnes exuvias, & peplos auguſta veſtis, ſupêrque omnes apices & titulos, ſacer ſuggeſtus deducit oculos: ſuadeo severere habitum unius interim erroris tui renunciatorem.

CAP. V.

TAMEN, inquis, ita à toga ad pallium? quid enim ſi à diademate & à ſceptro? an aliter mutavit Anacharſis, cùm regno Scythiæ philoſophiam prævertit? nulla in melius tranſgreſſus ſint ſigna, eſt habitus iſte quod faciat, priùs etiam ad ſimplicem ſpecta telam ejus: nullo tædio conſtat, adeò nec artifice neceſſe eſt, qui pridie rugas ab exordio formet, & inde deducat

cat in tilias, totúmque contracti umbonis figmentum, cuſtodibus forcipibus adſignet: dehinc diluculò tunica priùs cingulo correpta (quam præſtabat moderatiorem texuiſſe) recognito rurſus umbone, & ſi quid exorbitavit reformato, partem quidem de lævo promittat: ambitum verò ejus, ex quo ſinus naſcitur, jam deficientibus tabulis, retrahat à ſcapulis, & excluſa dextera, in lævam adhuc congerat, cùm alio pari tabulato in tergo devoto, atque ita hominem ſarcina veſtiat. Conſcientiam denique tuam perfogabo, quid te priùs in toga ſentias, indutum, ánne onuſtum? habere veſtem, an bajulare? ſi negabis, domum conſequar, videbo quid ſtatim à limine properes: nullius profectò alterius indumenti expoſitio, quàm togæ gratulatur: calceos nihil dicimus,

pro-

proprium togæ tormentum, immundissimam pedum tutelam, verùm & falsam: quàm enim non expediat in algore, & ardore rigere nudipedem, quàm in calceo uncipedem, magnum incessui munimentum sutrinæ Veneriæ prospexêre, perones effœminatos. At enim pallio nihil expeditius, etiamsi duplex, quod Cratetis more nusquam vestiendo componitur: quippe tota molitio ejus operire est solutim, id est, uno circumjectu, licèt equidem nusquam inhumano, ita omnia hominis simul contegit: humerum velans exponit, vel includit, cætero quâ in humerum adhæret, nihil circumfulcit, nihil circumstringit, nihil de tabularum fide laborat, facilè sese regit, facilè reficit: etiam cùm reponitur, nulli cippo in crastinum demandatur. Si quid

interulæ

interulæ ſupereſt, vacat zonæ tormentum: ſi quid calceatus inducitur, mundiſſimum opus eſt, aut pedes nudi magis, certè viriles magis quàm in calceis. Hæc pro pallio interim, quantum nomine concitaſti: jam verò & de negotio provocat: Ego, inquit, nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo: nihil officio advigilo, nulla roſtra præoccupo, nulla prætoria obſeruo, cancellos non adoro, ſubſellia non contundo, jura non conturbo, cauſſas non elatro, non judico, non milito, non regno, ſeceſſi de populo: imò unicum negotium mihi eſt, nec aliud nunc curo, quàm ne curem: vitâ meliore magis in ſeceſſu fruare, quàm in promptu, ſed ignava infamé, que ſcilicet patriæ, & imperio, reique publicæ vivendum eſt: erat olim iſta ſententia: nemo alii naſcitur,

ſcitur, moriturus ſibi. Certè cùm ad Epicuros & Zenonas ventum eſt, ſapientes vocas totum quietis magiſterium, qui eam ſummæ atque unicæ voluptatis nomine conſervavêre. Tamen propemodum mihi quoque licebit in publicum prodeſſe, ſoleo de qualibet margine vel ara, medicinas moribus dicere, quæ feliciùs publicis rebus, & civitatibus, & imperiis, bonas valetudines conferent, quàm tuæ operæ. Quippe ſi pergam ad acuta tecum, PLUS TOGAE læſêre rempublicam, quàm loricæ. Atquin nullis vitiis adulor, nullis veternis parco, nulli impetigini adulor, adigo cauterem ambitioni, quâ M. Tullius quingentis millibus nummûm orbem citri emit, quâ bis tantum Aſinius Gallus, pro menſa ejuſdem Mauritaniæ, numerat: hem! quantis facultatibus

tatibus æstimavere ligneas maculas! Item quâ lances centenarii ponderis Sylla molitur: vereor sanè ne parua sit ista trutina, cùm Drusillanus, & quidem servus Claudii, quingenariam promulsidem ædificat, suprà scriptis fortasse mensis necessariam: cui si officina extructa est, debuit & triclinium. Immergo æquè scalpellum acerbitati ei, quâ Vedius Pollio, servos murenis invadendos objectabat: nova scilicet sævitia delectatio terrenæ bestiæ, & edentulæ & exunguis, & excornis: de piscibus placuit feras cogere, utique statim coquendis, ut in visceribus earum, aliquid de servorum suorum corporibus & ipse gustaret. Præcidam gulam, quâ Hortensius orator, primus pavum cibi caussa potuit occidere: quâ Ausidius lurco, primus saginâ corpora vitiavit, & coactis alimentis

tis in adulterinum provexit sapo-
rem: quâ Asinius Celer, mulli
unius obsonium VI. M. HS. detu-
lit: quâ Æsopus histrio, ex avibus
ejusdem pretiositatis, ut canoris &
loquacibus quibusque, sexcentûm
millium patinam confiscavit, fi-
lius ejus post tale pulpamentum
potuit sumptuosiùs esurire: mar-
garita nanque vel ipso nomine
preciosa dehausit, credo ne men-
diciùs patre cœnasset. Taceo Ne-
rones & Apicios & Rufos: dabo
catharticum impuritati Scauri, &
aleæ Curii, & vinolentiæ Antonii.
Et memento istos interim, ex mul-
tis togatos fuisse, qualis apud pal-
lium haud facilè.

Has pituitas civitatis, quis
eliciet & exvaporabit, ni sermo
palliatus? Sermone, inquit, me
suasisti, medicamine sapientissi-
mo. Verùm etsi eloquium quiescat

aut

Digitized by Google

aut infantiâ ſubductum, aut verecundiâ retentum, (nam & elinguis philoſophia, vitâ contenta eſt) ipſe habitus ſonat: ſic denique auditur philoſophus dum videtur. De occurſu meo vitia ſuffundo: quis non æmulum ſuum cùm videt, patitur? quis oculis in eum poteſt, in quem mentibus non poteſt? grande pallii beneficium eſt, ſub cujus recogitatu, improbi mores vel erubeſcunt! Viderit nunc philoſophia quid proſit: nec enim ſola mecum eſt, habeo & alias artes in publico utiles: de meo veſtiuntur & primus informator literarum, & primus edomator vocis, & primus numerorum harenarius, & Grammaticus, & Rhetor, & Sophiſta, & Medicus, & Poëta, & qui Muſicam pulſat, & qui ſtellam conjectat, & qui volaticam ſpectat: omnis liberalitas ſtudiorum

rum quatuor meis angulis tegitur: planè post Romanos equites, verùm & cerdones & omnis gladiatorum ignominia togata producitur. Hæc nimirum indignitas erit à toga ad pallium. Sed ista pallium loquitur. At ego jam illi etiam divinæ sectæ ac disciplinæ commercium confero: gaude pallium & exulta, melior jam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cœpisti.

FINIS.

NOVA

NOVA EDITIO

Ex veteribus libris emendata.

RINCIPES *ſemper Africæ, viri Carthaginienſes, vetuſtate nobiles, novitate felices, gaudeo vos tam proſperos temporum, cum ita vacat ac juvat, habitus denotare. Pacis hæc & annona & ocia: ab imperio, & à cælo bene eſt. Tamen & vobis habitus aliter olim; tunicæ fuere, & quidem in fama de ſubteminis ſtudio, & luminis concilio, & menſuræ temperamento: quod neque trans crura prodigæ, nec intra genua inverecundæ, nec brachiis paræ, nec manibus artæ, ſed, nec cingulo ſinus dividere expeditum, quadrata juſtitia beatæ in viris ſtabant. Pallium, extrinſecus habitus, & ipſe quadrangulus, ab utroque laterum regeſtus, & cervicibus circumſtrictus, infibulæ morſu humeris acquieſcebat. Inſtar ejus hodie Æſculapio jam veſtro ſacerdotium eſt. Sic & in proximo ſoror civitas veſtiebat, & ſicubi alibi in Africa*

Digitized by Google

Tyros. At cum sæcularium sortium variavit urna, & Romanis Deus maluit, soror quidem civitas suopte arbitrio mutare properavit, ut adpulsum Scipionem ante jam de habitu salutasset, Romanum præcoqua. Vobis vero post injuriæ beneficium, ut senium non fastigium exemptis, post Gracchi obscæna omina, & Lepidi violenta ludibria, post trinas Pompeii aras, & longas Cæsaris moras, ubi mœnia Statilius Taurus imposuit, sollemnia Sextius Saturninus enarravit, cum concordia juvat, toga oblata est. Pro quantum circummeavit, à Pelasgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, ut ab humeris sublimioris populi Carthaginienses complecteretur! Exinde tunicam longiorem cinctu arbitrante suspenditis, & pallii jam teretis redundantiam tabulata congregatione fulcitis: & si quid præterea conditio, vel dignitas, vel temporalitas vestit, pallium tamen generaliter vestrum immemores, etiam denotatis. Equidem haud miror præ documento superiore. Nam & arietem, non quem Laberius

Reciprocicornem, lanicutem, testitrahum,

sed

ſed trabes machina eſt quæ muros frangere militat, nemini unquam adhuc libratum, illa dicitur Carthago ſtudiis aſperrima belli, *prima omnium armaſſe in oſcillum penduli impetus, commentata vim tormenti de bile pecoris caput vindicantis. Cum tamen ultimant tempora patriæ, & aries jam Romanus in muros quondam ſuos audet, ſtupuere illico Carthaginienſes, ut novum, extraneum ingenium:*

Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas.

Sic denique nec pallium agnoſcitur. Sit nunc aliunde res, ne Pœnicum inter Romanos aut erubeſcat, aut doleat. Certè habitum vertere naturæ totius ſollemne munus eſt. Fungitur & ipſo mundus interim iſte quem incumbimus. Viderit Anaximander ſi plures putat: viderit ſi quis uſpiam alius ad Meropas, ut Silenus, penes aures Midæ blattit, aptas ſanè grandioribus fabulis. Sed, & ſi quem Plato æſtimat cujus imago hic ſit, etiam ille habeat neceſſe eſt proinde mutare. Quippe ſi mundus ex diverſis ſubſtantiis officiiſque conſtabit, ad formam ejus quod

mundus hic est: neque enim mundus si non ut mundus proinde. Diversa in unum, ex demutatione diversa sunt. Denique diversitatis discordiam vices fœderant. Ita mutando erit mundus omnis, qui & diversitatibus corporatus, & vicibus temperatus. Nostra certè metatio quod clausis vel in totum Homericis oculis liquet, totum versiforme est. Dies & nox invicem vertunt. Sol stationibus annuis, luna modulationibus menstruis variat. Siderum distincta confusio interdum deicit quid, interdum resuscitat. Cæli ambitus, nunc subdivo splendidus, nunc nubilo sordidus: aut imbres ruunt, aut si qua missilia cum imbribus, dehinc substillum, & denuo sudum. Sic & mari fides infamis, dum & flabris æquè mutantibus, de tranquillo probum, de flustris temperatum, & extemplo de decumanis inquietat. Sit & terram si recenseas temporatim vestiri amantem, prope sis eamdem negare, memor viridem cum conspicis flavam, mox visurus & canam. Ceteri quoque ejus ornatus si quid, non aliud ex alio mutant, & montium scapulæ decurrendo, & fontium vena cavillando, & flumi-

num

num viæ obbumando? Mutavit & totus orbis aliquando, aquis omnibus obſitus. Adhuc maris conchæ, & buccinæ peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare etiam ardua fluitaſſe. Sed & enatando rurſus in forma: mutavit rurſus orbis, alius idem. Mutat & nunc localiter habitus, cum ſitus læditur: cum inter inſulas nulla jam Delos, harenæ Samos, *& Sibylla non mendax: cum in Atlantico Libyam aut Aſiam adæquans quæritur: cum Italiæ quondam latus, Hadria Tyrrhenoque quaſſantibus mediotenus interceptum, reliquias Siciliam facit: cum tota illa plaga diſcidii, contentioſos æquorum coitus angustis retorquens, novum vitii mari imbuit, non exſpuentis naufragia, ſed devorantis. Patitur & continens de cælo, aut de ſuo. Aſpice ad Palæſtinam, qua Iordanes amnis finium arbiter, vaſtitas ingens, & orba regio, & fruſtra ager: at urbes retro, & populi frequentes, & ſolus audiebat: dehinc ut Deus cenſor eſt, impietas ignium meruit imbres. Hactenus Sodoma, & nulla Gomorrha, & cinis omnia, & propinquitas maris juxta cum*

solo mortuum ivit. Ex hujuscemodi nubilo & Tuscia Vulsinios pristinos deusta, quo magis de montibus suis Campania speret, erepta Pompeios. Sed absit. Vtinam & Asia secura jam sit de soli ingluvie. Vtinam & Africa semel voraginem paverit, unicis castris fraudatis expiata. Multa & alia hujusmodi detrimenta habitum orbis mutavere, situsque movere. Bellis quoque plurimum licuisse & tristitia perget, non minus quam regnorum vices recensere. Quoties & ista mutaverunt, jam inde à Nino Beli progenie? si tamen Ninus regnare primus, ut autumat superiorum profanitas. Fermè apud vos ultra stilus non solet. Ab Assyriis, si fortè, ævi historiæ patescunt. Qui vero divinas lectitamus, ab ipsius mundi natalibus compotes sumus. Sed læta jam malo: quippe & læta mutant. Denique si quid mare diluit, cælum deussit, terra subduxit, gladius detotondit, alias versura compensati redit. Nam & primitus majorem ambitum terra cassa, & vacans hominum, & sicubi aliqua gens occuparat, sibimet soli erat. Itaque colere omnia (si demum

Digitized by Google

Caput II

mum intelligis alibi ſtipantem copiam, alibi deſerentem) runcare atque ruſtare inſtituit, ut inde velut ex ſurculis & propaginibus, populi de populis, urbes de urbibus, per ubique orbis pangerentur. Tranſvolavere redundantium gentium examina. Scythæ exuberant Perſas: Phœnices in Africam eructant: Romanos Phryges pariunt: Chaldæum ſemen in Ægyptum educatur, dehinc cum inde tranſducitur Iudæa gens eſt. Sic & Herculea poſteritas. Temeno pariter Peloponeſum occupando producunt. Sic & Iones Nelei comites Aſiam novis urbibus inſtruunt. Sic & Corinthii cum Arcbia mœniunt Syracuſas. Sed vanum jam antiquitas, quando curricula noſtra coram. Quantum reformavit orbis ſæculum iſtud? Quantum urbium aut produxit, aut auxit, aut reddidit præſentis Imperii triplex virtus! Deo tot Auguſtis in unum favente, quot cenſus tranſcripti? quot populi repurgati? quot ordines illuſtrati? quot barbari excluſi? Revera orbis, cultiſſimum hujus Imperii rus eſt, eraditato omni aconito hoſtilitatis, & tacto, & rubo ſubdolæ familiaritatis,

tatis, consultus & amœnus super Alcinoi pometum, & Midæ rosetum. Laudans hominem mutantem, quid denotas hominem?

Cap. III *Mutant & bestiæ pro veste formam: quamquam & pavo plama vestis, & quidem de catacliſtis: immo omni conchylio pressior, qua colla florent: & omni patagio inauratior, qua terga fulgent: & omni syrmate solutior, qua caudæ jacent: multicolor, & discolor, & versicolor: nunquam ipsa, semper alia, & si semper ipsa quando alia, toties denique mutanda quoties movenda. Nominandus est & serpens licet pone pavum: nam & iste quod sortitus est convertit, corium & ævum. Si quidem ut senium persensit, in angustias stipat, pariterque specum ingrediens, & cutem egrediens, ab ipso statim limine erasus, exuviis ibidem relictis novus explicat: cum squamis & anni recusantur. Hyæna, si observes, sexus annalis est; marem & fœminam alternat. Taceo cervum, quod & ipse ætatis suæ arbiter, serpente pastus, veneno langueſit in juventutem. Est &*, quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera. *testudinem*

Caput III

nem Pacuvianam putas? non est: capit & alis bestiola versiculum, de mediocribus oppido, sed nomen grande. Chamæleontem qui audieris, haud ante gnarus, jam timebis aliquid amplius cum leone. At cum offenderis apud vineam ferme sub pampino totum, ridebis illico audaciam & Græci jam nominis: quippe nec succus est corpori, & quod minutioribus multo licet, chamæleon, si pellicula vivit. Capitulum statim à dorso, nam deficit cervix, itaque durum reflecti, sed circumspectu emissicii ocelli, immo luminis puncta vertiginant. Hebes, fessus vix à terra suspendit, molitur incessum stupens & promovet, gradum magis demonstrat quam explicat, jejunus scilicet semper & indefectus, oscitans vescitur, follicans ruminat, de vento cibus. Tamen & chamæleon mutare totus, nec alius, valet. Nam quum illi coloris proprietas una sit, ut quid accessit inde suffunditur. Hoc soli chamæleonti datum, quod vulgo dictum est, de corio suo ludere. *Multa dicendum fuit, ut ad hominem præstructim perveniretur. Hunc quoque primordio accipitis, nudus*

certe

Caput III

certe & inveſtis figulo ſuo conſtitit: poſt demum ſapientiam, haud dum licitum, potitur. ibidem quod in novo corpore indebitum adhuc pudori erat, protegere feſtinans, in ficulneis foliis interim circumdat: dehinc cum de originis loco exterminat, pellitus orbi ut metallo datur. Sed arcana iſta nec omnium noſſe. Cedo jam de veſtro, quod Ægyptii narrant, & Alexander digerit, & mater legit ea tempeſtate Oſiridis, qua ad illum ex Libya Ammon facit, ovium dives. Denique cum ipſis Mercurium autumant forte palpati arietis mollitie delectatum, diglubaſſe oviculam: dumque pertentat, & quod facilitas materiæ ſuadebat, tractu proſequente filum eliquat, in reſtis priſtini modum, quem philyræ tenus junxerat, exiſſe. Sed vos omnem lanicii diſpenſationem, ſtructuramque telarum Minervæ maluiſtis, cum penes Arachnen diligentior officina. Exinde materia: nec de ovibus dico Mileſiis, & Selgicis, & Altinis, aut quis Tarentum vel Bætica eluit, natura colorante, ſed quoniam & arbuſta veſtiunt, & lini herbida poſt virorem lavacro niveſcunt:

nec

Caput III

nec fuit ſatis tunicam pangere & ſerere, ni etiam piſcari veſtitum contigiſſet: Nam & de mari vellera, quo muſcoſæ lanoſitatis plautiores conchæ comant. Prorſus haud latet bombycem, vermiculi genus eſt, quæ per aerem liquando araneorum horoſcopis idonius ſedes tendit, dehinc devorat, mox alvo reddere; proinde ſi necaveris, animata jam ſtamina volves. Tantam igitur paraturam materiarum ingenia quoque veſtificinæ proſecuta, primum tegendo homini, qua neceſſitas præceſſit, dehinc & ornando, immo & inflando qua ambitio ſucceſſit, varias indumentorum formas promulgavere: quarum pars gentilitus inhabitantur, cæteris incommunes: pars vero paſſivitus omnibus utiles, ut hoc pallium, etſi Græcum magis, ſed lingua jam pene Latium eſt: cum voce veſtis intravit. Atque adeo ipſe qui Græcos præter urbem cenſebat, litteras eorum vocemque ſenex jam eruditus, idem Cato juridicinæ ſuæ in tempore humerum exertus, haud minus palliato habitu Græcis favit. Quid nunc, ſi eſt Romanitas omni ſalus, nec honeſtis tamen modis ad Graios eſtis? Aut ni ita

Capul IV

ni ita est, unde gentium in provinciis melius exercitis; quas natura agro potius eluctando commodavit, studia Palæstræ male senescentia, & cassum laborantia, & lutea unctio, & pulverea volutatio, & arida saginatio? Vnde apud aliquo Numidas, etiam equis cæsariatos, juxta cutem tonsor, & cultri vertex solus immunis? Vnde apud hirtos & hirsutos, tam rapax à culo resina, tam furax à mento volsella? Prodigium est hæc sine pallio fieri. Illius est, hæc tota res Asiæ. Quid tibi Libya & Europa cum xusticis munditiis, quas vestire non nosti? Revera enim quale est, Græcatim depilari magis quam amiciri? Habitum transferre ita demum culpæ prope est, si non consuetudo, sed natura mutetur. Sat refert inter honorem temporis & relligionem. Det consuetudo fidem tempori, natura Deo. Naturam itaque concussit Larissæus heros in virginem mutando: ille ferarum medullis educatus, unde & nominis concilium, quandoquidem labiis vacuerat ab uberum gustu; ille apud rupidem, & sylvicolam, monstrum eruditorem scrupea schola eruditus. Feras si in

puero

puero matris ſollicitudinem patiens, certe jam hiſtriculus, certe jam virum alicui clanculus functus, adhuc ſuſtinet ſtolam fundere, comam ſtruere, cutem fingere, ſpeculum conſulere, collum demulcere, aurem quoque foratu effœminatus, quod illi apud Sigæum ſtrongyla ſervat. Plane poſtea miles eſt: neceſſitas enim reddidit ſexum. De prælio ſonuerat, nec arma longe. Ipſum, *inquit*, ferrum virum attrahit. *Cæterum ſi poſt incentivum quoque puellam perſeveraſſet, potuit & nubere. Ecce itaque mutatio, monſtrum equidem geminum, de viro fœmina, mox de fœmina vir, quando neque veritas negari debuiſſet, neque fallacia confiteri. Vterque habitus mutandi mulus, alter adverſus naturam, alter contra ſalutem. Turpius adhuc libido virum cultu transfiguravit, quam aliqua materna formido, tametſi adoratur à vobis qui potius erubeſcendus eſt, ſcytaloſagittipelligerille, qui totam epitheti ſui ſortem cum muliebri cultu compenſavit. Tantum Lydia clancularia licuit, ut Hercules in Omphale, & Omphale in Hercule proſtitueretur.*

Vbi

Vbi Diomedes, & cruenta præsepia? ubi Busiris & bustuaria altaria? ubi Geryon ter unus? Cerebris adhuc eorum clava fœtere malebat, cum unguentis offunderetur. Vetus jam Hydræ Centaurorumque sanguis in sagittis pumice speculi excludebatur, insultante luxuria, ut post monstra transfixa coronam forsitan suerent. Ne sobriæ mulieris quidem aut viraginis alicujus scapulæ, sub exuvias bestiæ tantæ introire potuissent, nisi diu mollitas & evigoratas, & exeduratas, quod apud Omphalem balsamo aut telino spero factum. Credo & jubas pectinem passas. Ne cervicem enervem inureret sciria leonina, hiatus crinibus infarsus, genuini inter antias adumbrati. Tota oris contumelia mugiret, si posset: Nemea certè, si quis loci genius, ingemebat: tunc enim se circumspexit leonem perdidisse. Qualis ille Hercules in serico Omphales fuerit, jam Omphale in Herculis scorto designata descripsit. Sed & qui ante Tirynthium cesserat pugil Cleomachus, post Olympia cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, intra cutem cæsus & altra, inter fullones

jam

Capita IV

jam Novianos coronandus, meritoque mimographo Lentulo in Catinensibus commemoratus, utique sicut vestigia cestuum viriis occupavit, ita & endromidis solocem aliqua multicia synthesi extrusit. Physconem & Sardanapalum tacendum est, qui nisi insignes libidinum, alias reges nemo nosset. Tacendum autem, ne quid & illi de Cæsaribus quibusdam vestris obmussitent, pariter propudiosis: ne baninæ forte constantiæ mandatum sit, impuriorem Physcone, & molliorem Sardanapalo Cæsarem designare, & quidem Subneronem. Nec tepidior vis vanæ quoque gloriæ mutandis induviis, etiam viro salvo. Calor est omnis affectus: verum cum in affectationem flabellatur, jam de incendio gloriæ ardor est. Habes igitur ex isto fomite æstuantem magnum regem, sola gloria minorem. Vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste. Triumphalem cataphracten amolitus, in captiva sarabara decessit: pectus squamarum signaculis disculptum, textu pellucido tegendo nudavit, & anhelum adhuc ab opere belli, ut mollius, ventilante serico extinxit. Non

Caput IV

erat satis animi tumens Macedo, ni illum etiam vestis inflatior dejectasset. Nisi quod & philosophi puto ipsi aliquid ejusmodi affectant. Audio enim & in purpura philosophatum. Si philosophus in purpura, cur non & in baxa? Tyrium calciari nisi auro, minime Græcatur. Dicet, atquin alius & sericatus, & crepidam æratus incessit? digne quidem, ut bacchantibus indumentis aliquid subtinniret, cymbalo incessit. Quod si jam tunc locorum Diogenes de dolio latraret, non cænulentis pedibus, ut tori Platonici sciunt, sed omnino totum Empedoclem in adyta Cloacinarum detulisset, ut qui se cælitem delirarat, sorores prius suas, dehinc homines Deus salutaret. Tales igitur habitus qui de natura & modestia transferunt, & acie figere, & digito destinare, & nutu tradere merito sit. Prorsus si quis Menandrico fluxu delicatam vestem humi protrahat, audiat penes se & comitus, Qualem demens iste chlamydem disperdit? *Enimvero jam dudum censoriæ intentionis episcynio dispersa quantum denotatui, passivitas offert libertinos in equestribus, subverbustos*

verbustos in liberalibus, dedititios in ingenuis, rupices in urbanis, scurras in forensibus, paganos in militaribus: vespillo, leno, lanista tecum vestiuntur. Converte & ad fœminas, habes spectare quod Cacina Severus graviter senatui impressit, matronas sine stola in publico. Denique Lentuli Augurii consultis, quæita sese exauctorasset, pro stupro erat pœna: quoniam quidem indictes custodesque dignitatis habitus, ut lenocinii facilitandi impedimenta, sedulo quædam desuefeceranț. At nunc in semetipsas lenocinando, quo planius adeantur, & stolam, & supparum, & crepidulum, & caliendrum, ipsas quoque jam lecticas, & sellas, queis in publico quoque domestice ac secrete habebantur, eieravere. Sed alius extinguit sua lumina, alius non sua accendit. Aspice lupas popularium libidinum nundinas, ipsas quoque fictrices, & si præstat oculos abducere ab ejusmodi propudiis occisæ in publico castitatis, aspice tamen vel sublimis, jam matronas videbis. Et cum latrinarum antistes sericum ventilat, & immundiorem loco cervicem monilibus consolatur, & armillas quas ex viro-

rum fortium donis ipſæ quoque matronæ temere uſurpaſſent, omnium pudendorum conſcias manus inſerit, impuro cruri purum aut malleolum inducit calceum: cur iſtos non ſpectas, vel illos item habitus qui novitati ſuæ ſtare relligionem mentiuntur? cum ob cultum omnia candidatum, & ob notam vittæ, & privilegium galeri Cereri initiantur: cum ob diverſam affectionem tenebricæ veſtis, & tetrici ſupra caput velleris, in Bellonæ mentis fugantur: cum latioris purpuræ ambitio, & galatici ruboris ſuperiectio Saturnium commendat: cum ipſum hoc pallium moroſius ordinatum, & crepidæ Græcatum Æſculapio adulantur. Quanto tunc magis arguas illud, & urgeas oculis & ſi jam ſimplicis, & inaffectatæ, tamen ſuperſtitionis reum? Enimvero cum hanc primum ſapientiam veſtit, quæ vaniſſimis ſuperſtitionibus renuit, tunc certiſſime pallium ſuper omnes exuvias, & peplos auguſta veſtis: ſuperque omnes apices & tutulos ſacerdos ſuggeſtus. Deduc oculos ſuadeo, reverere habitum unius interim erroris tui renunciatorem. Tamen, inquis, ita à toga ad pallium? quid enim

enim si à diademate & à sceptro? an aliter mutavit Anacharsis, cum regno Scythiæ philosophiam prævertit? Nulla in melius transgressi sint signa, est habitus iste quod faciat. Prius etiam ad simplicem captatelam ejus, nullo tædio constat: adeo nec artificem necesse est, qui pridie rugas ab exordio formet, & inde deducat in talias, totumque contracti umbonis figmentum custodibus forcipibus assignet, debinc diluculo tunica prius cingulo correpta, quam præstabat moderatiorem texuisse, recognito rursus umbone, & si quid exorbitavit reformato, partem quidem de læve promittat, ambitum vero ejus ex quo sinus nascitur jam deficientibus tabulis, retrahat à scapulis, & exclusa dextera in lævam adhuc congerat cum alio pari tabulato in terga devoto, atque ita hominem sarcina vestiat. Conscientiam denique tuam perrogabo, quid te prius in toga sentias indutum, anne onustum? Si negabis, domum consequar, videbo quid statim à limine properes. Nullius profecto alterius indumenti expositio quam togæ gratulatur. Calceos nihil dicimus, præterium

togæ tormentum, immundissimam pedum tutelam, verum & falsam. quem enim non expediat in algore & ardore rigere nudipedem, quam in calceo vincipedem? Magnum incessui munimentum sutrinæ Venetiæ prospexere, perones effœminatos. At enim pallio nihil expeditius, etiam si duplex, quod Cratetis. mora nusquam vestiendo cum ponitur: quippe tota molitio ejus operire est solutim. Id ex uno circumjectu licet, equidem nusquam inhumana, ita omnia hominis simul contegit. Humerum velans exponit vel includit, ceteroquin humerum adhæret, nihil circumfulcit, nihil circumstringit, nihil de tabularum fide laborat, facile sese regit, facile reficit: etiam cum exponitur, nulli cruci in posterum demandatur. Si quid interulæ subter est, vacat zonæ tormentum: si quid calceatus inducitur, mundissimum opus est: aut pedes nudi magis, certe viriles magis quam in calceis. Hæc pro pallio interim, quantum nomine comitiosti. Iam vero & de negocio provocat. Ego, inquit, nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo: nulli officio advigilo, nulla rostra præoccupo, nulla

Caput V.

nulla prætoria obſeruo: canales non odoro, cancellos non adoro, ſubſellia non contundo, jura non conturbo, cauſas non elatro, non judico, non milito, ſeceſſi de populo. in me unicum negotium mihi eſt. niſi aliud non curo quam ne curem. Vita meliore magis in ſeceſſu fruare quam in promptu, ſed ignavam infamabis. Scilicet patriæ & imperio, reique vivendum eſt. Erat olim iſta ſententia. Nemo alii naſcitur moriturus ſibi. Certè cum ad Epicuros & Zenonas ventum eſt, ſapientes vocas totum quietis magiſterium, qui eam ſummæ atque unicæ voluptatis nomine conſecravere. Tamen propemodum mihi quoque licebit in publicum prodeſſe. Soleo de qualibet margine vel ara medicinas moribus dicere, quæ feliciùs publicis rebus & civitatibus & imperiis bonus valetudines conferent, quam tuæ operæ. Quippe ſi pergam ad acuta tecum, plus togæ læſere remp. quam loricæ. Atquin nullis vitiis adulor, nullis veternis parco, nulli impetigini. Adigo canterem ambitioni qua M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit: qua bis tantum Aſi-

nius Gallus pro menſa ejuſdem Mauritaniæ numerat. Hem quantis facultatibus æſtimavere ligneas maculas! item qua lances centenarii ponderis Sulla molitur. Vereor ſane ne parua ſit iſta trutina, cum Druſillanus, equidem ſervus Claudii quingenariam promulſidem ædificat, ſupraſcriptis fortaſſe menſis neceſſariam, cui ſi officina extructa eſt, debuit & triclinium. Immergo æque ſcalpellum acerbitati ei qua Vedius Pollio ſeruos muranis invadendos objectabat. Nova ſcilicet ſævitia delectato terrenæ beſtiæ, & edentulæ & exunguis, & extornis, de piſcibus placuit feras cogere, utique ſtatim coquendis, ut in viſceribus earum, aliquid de ſervorum ſuorum corporibus & ipſe guſtaret. Præcidam gulam, qua Hortenſius orator primus pavum cibi cauſa potuit occidere: qua Auſidius Lurco primus ſagina corpora vitiavit, & coactis elementis in adulterium provexit ſaporem: qua Aſinius Celer mulli unius obſonium ſex ſeſtertiis detulit: qua Æſopus hiſtrio ex avibus ejuſdem pretioſitatis, ut canoris & loquacibus quibusque, centum millium patinam conſicavit.

Caput V.

vit. Filius ejus post tale pulpamentum potuit sumptuosius esurire: margarita namque vel ipso nomine pretiosa debausit, credo ne mendicius patre cœnasset. Taceo Nerones & Apicios & Rufos. Dabo catharticum impuritati Scauri, & aleæ Curii, & vinolentiæ Antonii. Et mementò istos interim ex multis togatos fuisse, quales apud pallium! Haud facile has purulentias civitatis quis eliciet, & exsuppurabit, ni sermo palliatus. Sermone, *inquit*, me suasisti, medicamine sapientissimo. *Verum etsi eloquium quiescat aut infantia subductum, aut verecundia retentum, nam & elinguis philosophia vita contenta est, ipse habitus sonat. Sic denique auditur philosophus dum videtur. De occursu meo vitia suffundo. Quis non æmulum suum cum videt, patitur? Quis oculis in eam potest, in quem mentibus non potest? Grande pallii beneficium est, sub cujus recogitatu improbi mores vel erubescunt. Viderit nunc philosophia quid prosit: nec enim sola mecum est. Habeo & alias artes in publico utiles. De meo vestiuntur, & primus informator litterarum, & primus emodator vocis, & primus*

numerorum arenarius, & grammaticus, & rhetor, & sophista, & medicus, & poëta, & qui musicam pulsat, & qui stellarem conjectat, & qui volaticam spectat. Omnis liberalitas studiorum quattuor meis angulis tegitur. Plane post Romanos equites: verum & accendones, & omnis gladiatorum ignominia togata producitur. Hæc nimirum indignitas erit à toga ad pallium. Sed ista pallium loquitur. At ego jam illi etiam divinæ sectæ, ac disciplinæ commercium confero. Gaude pallium & exulta, melior jam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cœpisti.

FINIS.

Digitized by Google

CLAUDII

SALMASII

NOTÆ

IN

Q. SEPT. FLORENTIS

TERTULLIANI

LIBRUM DE PALLIO.

LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officinâ JOANNIS MAIRE,
cIↃ IↃ C LVI.

Digitized by Google

CLAUDII SALMASII NOTÆ IN Q. SEPT. FLORENTIS TERTULLIANI LIBRVM DE PALLIO.

DE PALLIO PHILOSOPHORVM & veterum Christianorum.

TERTULLIANI de Pallio opusculum, Apologiam pro pallio esse, satyrico subinde sale conspersam, ac stilo nasi conditam, ad Carthaginienses suos, à quibus reprehensus, & increpatus fuerat, quod togam pallio commutasset, certum est. Illud æque pro certo, saltem plusquam verisimile est, statim post illam habitus mutationem, cum primum palliatus prodiisset Tertullianus, taxatum ob id, ac denotatum fuisse à civibus suis, eodemque tempore, hoc apologetico simul & satyrico scripto illis occurrisse. Nec enim credi par est, cum diutissime jam hunc habitum gestasset, & civium oculis familiarem longo usu feciſſet, tanto post tempore reprehensum hoc nomine ab illis fuisse, aut eum veteri jam, ac deflatæ pridem reprehensioni, post tantum intervallum, seram ac proin-

proinde jam non necessariam defensionem paravisse. Atqui constat Christo eum multo ante nomen dedisse, atque alia opera de religione Christiana edidisse, quam hunc libellum emitteret. Vt falli necesse sit eruditissimos viros, qui Tertullianum cum primum Christianus factus est habitum mutasse, aut omnes qui ex paganis fierent Christiani, sic solitos habitum mutare tradiderunt. utrumque enim falsissimum est. Hæc tamen opinio plerosque jam pervasit, quam paucis heic refellam. Pallium edidit Tertullianus cum jam Severus Augustus, cum duobus filiis, Augustis & ipsis appellatis, placide imperaret, partibus devictis, & pace ubique per orbem terrarum composita. Nam de tribus illis Augustis accipienda esse illa cap. 11. hujus operis, viris doctis plane assentior: *Sed vanum jam antiquitas quando curricula nostra coram: quantum reformavit orbis saeculum istud? quantum urbium, aut produxit, aut auxit, aut reddidit praesentis imperii triplex virtus? Deo tot Augustis in unum favente quot census transcripti? quot populi repurgati? quot ordines illustrati? quot barbari exclusi?* Hæc apparet scripsisse Tertullianum sub finem imperii Severi, aut cum jam diu imperasset. Nec enim brevi temporis spatio potuit tantum urbium, aut producere, aut augere, aut reddere: multo minus id præstare sui principatus initio, gravissimis & longis adversus Pescennium ac Albinum bellis occupatus. At Apologeticum Tertullianus idem pro Christianis adversus gentes scripsit quo tempore Severus Pescenniani belli reliquias persequebatur, & expeditionem in Parthos parabat qui Pescennii partibus faverant, cum nondum Albinum debellasset,

bellasset., immo bellum adversus eum necdum suscepisset. quod ex Apologetici ipsius lectione clare colligi potest, & nos ad Apologeticum pluribus adstruemus. Christianum jam tum fuisse Tertullianum cum Apologeticum conscripsit, non sit sani dubitare. Si omnes igitur qui de gentilitate ad fidem Christi transibant, pallium sumere consueverant, sicut nobis persuadere conantur homines docti, certe palliatum jam tunc fuisse Tertullianum oportet, qui tum fuerit Christianus. Nec hoc tantum, sed etiam tunc hanc vestis peregrinitatem in eo miratos esse, atque etiam culpasse Carthaginenses. quid enim verisimilius? sed & illo ipso tempore reprehensores & irrisores suos hoc mordaci scripto repercussisse ac retudisse. an non ita esse aut fieri debuit? Nihil horum, verum multis post annis ad hanc demum Apologiam perorandam pro pallio adgressus est, cum jam multa pallia contrivisset, nec amplius illius habitus novitas reprehensioni obnoxia esse posset. Si hoc verisimile non est, illud verum sit necesse est, Tertullianum à toga ad pallium transivisse quando presbyter factus est, non quando Christianus. Tria tempora in ejus vita observanda ac distinguenda sunt, unum quo nondum Christianus, alterum quo jam Christianus, tertium quo presbyter extitit. Civilem habitum, hoc est togam eum gestavisse, cum paganus adhuc esset, certum est. Non mutavisse illum habitum quo tempore ad Christianam Religionem se contulit, etiam res certa est, ex his quæ supra diximus. Sequitur certissimum illud esse, tunc vestem mutasse, ac pro toga pallium usurpasse, cum in presbyterium coopta-

cooptatus est. Qui Tertullianum ipsum hujusce rei testem dederit, non est opinor, ut meliori magisque idoneo possit auctori testimonium denunciare. Id igitur ex ipsius Tertulliani verbis verissimum esse demonstrabitur. cap. IV. hujus operis de Pallio, cum varios habitus enumerasset, qui diversarum cerimoniarum ac religionum ministros vestiebant, ita pallium commendat: *Enimvero cum hanc primum sapientiam vestit quæ vanissimis superstitionibus renuit, tunc certissime pallium super omnes exuvias & peplos augusta vestis, superque omnes apices ac tutulos sacerdos suggestus.* ita certe ibi constanter legunt omnes manu exarati codices: nec aliter exhibet editio prima quam juxta scriptorum exemplarium fidem adornavit Beatus Rhenanus. Primus Gelenius pro *sacerdos habitus*, reposuit *sacer habitus*. quod utinam ne feciſſet. sic enim præclaræ rei notitiam importuna correctione penitus obscuratum ivit. *Sacerdotem* porro *habitum*, quis non videt Tertullianum more suo loquendi dixisse, pro sacerdotali habitu? sic *Salpitia horrea*, *& Stertinium acumen* Horatio, & alia hujus generis sexcenta Græcis juxta Latinisque scriptoribus usurpata. Et Deorum Dearumque vestibus, quas exuvias & peplos vocat, augustiorem esse vestem Pallium dicit, & super omnes apices ac tutulos sacerdotalem habitum. Apices ac tutulos Flaminum & Flaminicarum ornamenta fuisse ignorat nemo. Pallium igitur Tertulliano *sacerdos habitus* appellatur, quod eo habitu tunc sacerdotes uterentur Christiani, eumque præferendum asserit, non solum omnibus vestibus & ornamentis quibus paganæ θρησκείας antistites uterentur, sed etiam omnibus exuviis

exuviis & peplis, quibus Deorum simulacra vestiri & ornari solebant. Ex hoc vel unico Tertulliani loco satis liquide siquere arbitror, illa ætate non passivum ac communem omnium, qui Christianam fidem profiterentur, habitum fuisse Pallium, sed solorum presbyterorum. Narrat B. Hieronymus in libro de viris illustribus, Tertullianum, cum ad mediam usque ætatem presbyter Ecclesiæ permansisset, invidia postea & contumeliis clericorum Romanorum, ad Montani dogma delapsum. Haud paulo igitur ante mediam ætatem in presbyterorum ordinem adlectus fuisse videtur, quando & pallium philosophi assumpsit, & hanc pro Pallio declamationem scholastico stilo contexuit. Quare immaniter errat vir maximus qui Animadversionibus in Eusebium scribit, primitias operum Tertulliani hunc libellum de Pallio fuisse. quod satis superque confutavimus supra. Nec levior est error quem errat idem dum asserit Tertullianum qui togatus erat, opus habuisse pallio priorem habitum mutare, ut eo profiteretur Christianum, propterea quod proprium Christianorum esset Pallium, non minus quam Græcorum. Ignoscant mihi tanti viri manes, paucis quæ jam tradentur, id falsissimum esse cognosci poterit. In primis sciendum est, pallium illud, quod quidam ex Christianis tunc gessere, & propter quod χειμερινὸν ἱμάτιον per convitium vulgo dicebantur, non fuisse Græcorum commune Pallium, sed proprium ac peculiare philosophorum. τρίβων & τριβώνιον vocabatur, quæ vox vilem usuque detritam vestem sonat. Unde & τριβωνοφόροι philosophi dicti. Quemadmodum autem Græci ge-

neris haud alii ferme τρίβωνα sive pallium
erant usurpare, quam qui philosophos pro
rentur; sic inter Christianos habitum illum
losophicum, hoc est pallium, nemo tunc ten
ris usurpavit, nisi qui Christianum vere phil
phum agere vellet. Nam qui disciplinæ C
stianæ diligentissimos & exactissimos cul
præstare volebant in omnibus, hi Christiani
losophi erant,& dicebantur. Tales Tertul
ætate Episcopi presbyterique & omnes cl
ac postea monachi; nunc vero

Πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι
Quod in sua secta unusquisque philosopho
hoc in religione Christiana monachi quor
fuere. Ασκητὴς in suo quisque genere diceba
Artemidorus lib. IV. c. XXXV. Αλέξανδρος ὁ
σοφὸς ἔδοξε τὴν ὅλη θανάτῳ κατακεκρίσθαι, καὶ
τησάμενος μόλις ἀπολελύσθη ἀπ' αὐτῆς ἢ σαυρᾶς·
ἢ αὐτῷ ὅλη ἀσκητὴ, ἔτε γάμε, ἔτε κοινωνίας, ἔτε τ
ἔτε τ' ὅσα ὑπὸ σαυρᾶ σημαίνεται. his verbis q
philosophum, monachum etiam nobis desc
quem neque nuptiarum cura tangeret, no
lius societatis, non divitiarum ambitio so
taret. Et notandum ἀσκητὰς etiam dictos
losophos apud Gentiles, quomodo propri
cabantur à Christianis monachi, & quicu
austerius vitæ genus instituissent. Hæc erat
σις Christianorum, quam & φιλοσοφίαν qu
dixerunt. Eusebius lib. VI. Hist. Eccles. cap
de Heracla presbytero: λέγεται γοῦν καὶ τὸ
ἐτῶν γλοῦ τεπατηκέναι μηδενὶ μηδαμῶς κεχρ
ὑποδήματι, ἀλλὰ καὶ οἴνε χρήσεως καὶ τ' ἄλλω
τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν παρεῖχεν ἑπεσιν ἀπεχημ
ὥστε ἤδη εἰς κίνδυνον ἀνατροπῆς καὶ διαφθορᾶς

Digitized by Google

ἐγκῶ· παρεπεσεῖν· τοιαῦτα δὴ φιλοσόφῳ βίῳ τοῖς θεωμένοις παρέχων ὑποδείγματα εἰκότως ὅπλῳ τὸ ὅμοιον αὐτῷ ζῆλον πλείους παρόρμα τῶν φοιτητῶν. Pallium quoque ille presbyter philosophicum gestavit, ut constat ex eodem Eusebio, lib. eod. cap. xx. Tertullianus philosophiam etiam appellat, non omnium Christianorum, sed eorum duntaxat, qui puriore & exactiore norma Christi fidem colerent. in hoc ipso Pallio sub finem: *gaude pallium & exulta: melior jam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cœpisti.* alio loco *sapientiam* vocat. Sozomenus Hist. Eccles. lib. v. cap. XII. ἐχ ἥκιστα ἡ ὑπισημοτάτῳ τῷ ἐκκλησίαν ἐδεξεν καὶ τὸ δόγμα ἄνεχον τῆς ἀρετῆς ἐς βίον οἱ πόπε μετιόντες τῷ μοναστικῷ πολιτείαν· ὠφελιμώτατον γάρ ἐν χρῆμα εἰς ἀνθρώπους ἐλθεῖν παρὲ θεοῦ ἡ τοιαύτη φιλοσοφία. Hi sunt philosophi Christiani qui pallium habitabant. Ambrosius Epist. XXXVII. *& quum ipsi (Ægyptii) capita & supercilia radant si quando Isidis suscipiunt sacra, si forte Christianus vir attentior sacrosanctæ religioni vestem mutaverit, indignum facinus appellant.* non de quolibet Christiano ita loquitur Ambrosius, sed de eo qui sacrosanctæ disciplinæ attentior esset: per quæ verba omnino τὸ ἀσκητῶν designat, hoc est τὸ ἀκριβῶς χριστιανίζοντας, ut loquitur Socrates lib. VII. cap. XXXVII. Hist. Eccles. de Silvano: Σιλβανὸς ῥήτωρ μὲν ἐγεγόνη πρότερον Τρωΐλῳ δὲ σοφιστῇ, ἀκριβῶς δὲ χριστιανίζειν ἐπαιδαικὼς καὶ τὸ ἀσκητικὸν βίον ἀσκῶν τελέωνα φέρειν ἐ προείρητο. Ex quo id colligitur, omnes ascetas ἀκριβῶς χριστιανίζοντας, & attentiores sacrosanctæ disciplinæ, vestem mutare olim solitos fuisse & pallium philosophi sumere. quod minime tamen fecisse Silvanum observat Socra-

tes, & hoc tanquam novum in illo notat. Pallium igitur de quo heic agitur, & qui titulus & materia est hujusce Tertulliani operis, non commune omnium Græcorum erat gestamen, ut nec omnium olim Christianorum, sed proprie τὸ τῶν φιλοσόφων σχῆμα, propterea que hunc etiam habitum sibi vindicarunt è Christianis qui φιλοσοφιπώτερον in vera religione versarentur. Hieronymus in Epist. ad Marcellam: *nos quia serica veste non utimur, monachi judicamur: quia ebrii non sumus, nec cachinno ora dissoluimus, continentes vocamur, & tristes. si tunica non candu erit, statim illud è trivio, Impostor & Graecus est.* Hi nimirum erant qui hoc scommate taxabantur, ὁ χειμὼς ἀπηθέτης, quique digito ostendebantur, philosophi nempe Christiani, hoc est ascetici viri, qui pari cum Græcis philosophis amictu, male quoque propter illos audiebant, quod plerique ex eorum numero philosophos habitu ementirentur & fingerent, cum de cetero pura puta mendicabula essent, & impostores meri. Quintilianus lib. 1 cap. 1. *nostris vero temporibus sub hoc nomine maxima in plerisque vitia latuerunt. Non enim virtute ac studiis ut haberentur philosophi laborabant, sed vultum & tristitiam & dissentientem à ceteris habitum pessimis moribus praetendebant.* Nec pallio porro tantum, sed etiam sordibus & squallore insignes tam philosophi quam ascetæ Christiani. Hinc illud Hieronymi, *si tunica non candu erit, statim illud è trivio, Impostor & Graecus est.* quod de philosophis & præcipue Cynicis accipi debet, qui non solum sordidissimi, sed etiam ut plurimum impostores. Lucianus de Proteo philosopho: ὁ δ' ἤδη μοι πάνυ ἤδη προέστηκε τῶν νεκρῶν, ἀποθέμενος τὴν πήραν, καὶ τὸ τριβώνιον, καὶ τὸ ἡγεμόνειον ἐκεῖνο φόβητρον,

Digitized by Google

λον, ἔχη ἐν ὀδύνῃ ῥυπώσῃ ἀκειθῶς. Philostratus de quodam qui philosophi habitum ejuraverat: καθ' ὃν ἐφιλοσόφει χρόνον αὐχμηρὸς δοκῶν, καὶ τεθηχὼς τὸ εἶδος, καὶ δυσπινὴς, τῇ ἐσθῆτι ἤρμοσε, καὶ τὸ αὐχμὸν ἀπετρέψατο. Hujusmodi quoque sordes affectarunt olim monachi. nam quam semel tunicam induissent, nunquam exuebant, priusquam penitus tota usu detrita & scissa esset, ac de altera habenda cogitandum foret. Hieronymus in vita Hilarionis: *saccum quo semel fuerat indutus nunquam lavans, & superfluum esse dicens munditias in cilicio quaerere: nec alteram tunicam mutavit nisi prior penitus scissa esset.* quantum sordium putamus contraxisse talem tunicam? Rutilius Gallus in Itinerario illuviem & squalorem monachorum non semel exagitat. de Capraria ita scribit:

Squallet lucifugis insula plena viris:
Hi sese Graio monachos cognomine dicunt.

& alio loco de solitario:

Infelix putat illuvie coelestia pasci,
Seq premit savis savior ipse deis.

Et hæc causa est quamobrem Eunapium putem Christiani nominis infensissimum hostem in libro de vitis philosophorum, de monachis sui temporis dixisse, ὑὸδη βίον eos vivere, quod illud animal immunditiem & sordes in amoribus ac deliciis habeat, lutoque & olenticetis præcipue gaudeat. Esseni quoque ludæorum ascetæ, à quibus monachorum Christianorum originem quidam repetunt, sordere & squallere pulcrum putabant. Porphyrius περὶ ἀποχῆς lib. III: καὶ ἀλλοφῆ τις ἔκειτο, συμπεχεσμένον τὸ σῶμα, τὸ δὲ αὐχμεῖν ἐν καλῷ τίθενται. Qui sæculo sæculiq. negotiis renuntiarant, quique sanctiore vita in secessu frui

præoptabant, ut clerici olim fere omnes & monachi, eorum hominum habitum adamasse & adpetisse jure meritoque videntur, qui & ipsi de populo secesserant, sibique vivebant, quales fuere tum philosophi. Præterea cum ex omni vestimentorum genere quod in usu promiscuo tunc fuit, modestissimum & simplicissimum Pallium philosophorum esset, illud præcipue sibi habendum delegisse modestiæ & simplicitatis sectatores egregios maxime verisimile est. Adde quod & Apostolorum æmulatione, quorum vitam imitabantur, hunc habitum eos usurpasse non longius à vero sit, nisi sit etiam fortasse verius. Apostolos autem non togatos, non chlamydatos, non lacernatos, aut pænulatos, sed palliatos fuisse constat. Tunicam indutui habebant unicam, & unum pallium amictui. De tunicis ne plus quam unam haberent Dominico præcepto cautum erat, quod habetur Matth cap. x, vers. x. μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδον. & Marci VI. IX. καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας. ad quem locum doctissimi Theologi haud scire se profitentur an quisquam binis simul indui tunicis consueviſſet; atque ita interpretantur, ut spectanda potius sententia sit quam dictum ipsum: binis igitur tunicis indutos dici qui una non contenti, alteram etiam habent, ut modo hac, modo illa uti queant. Sed notitia antiquitatis vestiariæ huic notationi plane adversatur. Notum quippe est non duas tantum, sed tres ac plures etiam aliquando simul tunicas gestari veteribus solitas. Philosophi etiã omnes, exceptis Cynicis, & tunicam interulam, & tunicam superiariam, ὑποδύτην καὶ ἐπενδύτην, simul habere

habere consueverant, & supra utramque, pallium. Cynici solam interulam habebant, ideóque ἀχίτωνες dicebantur, ut infra pluribus suo loco reddam. Romani quoque omnes binas tunicas, ut minimum, vulgo induere solebant. Varro apud Nonium de vita populi Romani lib. 1. *postea quam binas tunicas habere cœperunt, instituerunt vocare subuculam & indusium.* Ergo tempus fuit, ex his verbis Varronis, cum Romani unicam tantum haberent tunicam, idq; alio loco docet ipse apud eundem Nonium in voce *Ephippium*, ubi hæc verba leguntur: Varro Cato vel de liberis educandis: *Mihi puero modica una fuit tunica & toga, sine fasciis calceamenta, equus sine ephippio, balneum non quotidianum, alueus rarus.* Hæc erat in vestitu antiquorum Romanorum simplicitas, qua ne majorem quidem ab Apostolis suis exegit Dominus noster. Hæc eadem fuit & Philosophorum non omnium, sed duntaxat Cynicorum. Narrat Suetonius Augustum plures tunicas hyeme præcipue semper gestasse. Lucianus in dialogo quodam, divitibus sui temporis τὸ πολυτελὲς χιτωνίσκων, ut mollibus & delicatis exprobrat. Præceptum porro illud Domini de una tunica habenda, morémque illum Apostolorum præcepto magistri sui consentaneum studiose observarunt antiqui monachi & præcipue Ægyptii. Cassianus lib. 1. de habitu monachi cap. xi. *Hæc dicta sunt ne quid prætermisisse de Ægyptiorum habitu videamur. Cæterum à nobis tenenda sunt illa tantummodo, quæ vel locorum situs vel usus provincia admittit. Nam neque caligis nos, neque colobiis seu una tunica esse contentos hyemis permittit asperitas.* Una igitur tunica, eaque sine manicis, unde & colobium dicebatur,

tur, ſolis Ægyptiis monachis in uſu erat, quibus in locis hyemes ſunt mitiores, & cæli temperies major: Europæis propter hyemis rigorem una tunica non ſufficiebat, ideoque plures, ut videtur, uſurpabant, easque manicatas. Tunica illa monachorum Ægyptiorum ſacco ſimilis erat, utpote quæ manicas non haberet, & corpus preſſule conſtringeret, unde & *ſaccum* & *ſaccineam tunicam* veteres appellant. Ruffinus de monachis Tabenneſiis, ingentis abſtinentiæ viros vocat, *quibus uſus eſt indui colobiis, quaſi ſaccis lineis, & pelle confecta.* Hieronymus in vita Hilarionis *tunicam ſaccineam* vocat: *Igitur octogeſimo ætatis anno cum abſens eſſet Heſychius, quaſi teſtamenti vice brevem manu propria ſcripſit Epiſtolam, omnes divitias ſuas ei derelinquens, Euangelium ſcilicet, & tunicam ſaccineam, cucullam & palliolum.* idem ſaccum alio loco appellat: *igitur ſacco tantum membra coopertus, & pelliceum habens ependyten, quem illi beatus Anthonius proficiſcenti dederat, ſagumque ruſticum.* Sed de monachico habitu nos alibi. Supra tunicam Apoſtoli Pallium injiciebant. Petri Apoſtoli habitus ita deſcribitur in actibus Apoſt. cap. XII. VIII. εἶπέτε ὁ ἄγγελός πρὸς αὐτὸν, περίζωσαι καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου· ἐποίησε δὲ οὕτω· καὶ λέγει αὐτῷ, περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου καὶ ἀκολούθει μοι. illud περίζωσαι ad tunicam refertur quæ præcingitur, unde & ζῶμα & περίζωμα tunicam Græci appellant, at περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου, de Pallio dicitur, quod & περιβόλαιον propterea proprie appellatur. Abdias Babylonicus lib. VIII. Hiſt. Apoſt. Bartholomæi Apoſtoli habitum ſic deſcribit: *veſtitus colobio albo clavato purpura, induitur pallio albo habente per ſingulos ambulos ſingulas gemmas.* Pallium utiq; quadrangulum

lum habuit. sed illa de gemmis singulis ad singulos pallii angulos, ac de purpura colobio intexta, de fabula plane adtexta sunt, & commentitium scriptorem arguunt: at de pallio & colobio simpliciter verum est, hic enim habitus fuit Apostolorum. idem auctor lib. VI. ejusdem historiæ: *missis igitur nuntiis mox venerunt Apostoli qui implentes pallia sua de serpentibus miserunt in eosdem magos, dicentes.* Qualis porro discipulorum habitus, talis & magistri. Nam & Dominum indutui aliud nihil habuisse certum est præter unam tunicam, & unicum pallium amictui. Id colligitur ex Ioannis cap. XIX. vers. XXIII. οἱ οὖν στρατιῶται ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος, καὶ τὸν χιτῶνα. ubi τὰ ἱμάτια posuisse Ioannem pro τὸ ἱμάτιον ex Græce loquentium usu notandum est: nec enim de pluribus palliis intelligi debet, sed de uno. sic tunicas Latini de una tunica sæpe dicunt, & lacernas pro una lacerna. Martialis.

Cur ergo, inquit, habes malas lacernas?

Ex quattuor igitur pallii Dominici angulis, quatuor partes fecerunt milites. Tunicam autem quod ἄῤῥαφος esset ideo non sciderunt nec diviserunt, sed integram sortiti sunt, quæ nullo usui futura fuit divisa. Quo sensu χιτὼν ἄῤῥαφος καὶ ὑφαντὸς δι' ὅλου diceretur, ad Historiam Augustam explicavimus. Hinc non mirum Apostolorum successores & æmulatores maximos, ac disciplinæ Christi tenacissimos observatores, Episcopos presbyterosque, primis Ecclesiæ temporibus, eorum in vestitu quoque consuetudinem, quos in omnibus æmulari studebant, imitatos esse. An pallia vero quibus amicti erant Apostoli ac Discipuli

scipuli Christi, usquequaque cum philosophico pallio materia & forma convenirent, haud facile dictu est, non admodum tamen dissimilia fuisse dici potest. Utcumque sane non ex toto similia fuerint, illud certum est, Græciæ reliquæque Europæ Christianos antistites pallium magis philosophicum usurpasse, tum quod usitatius in illis regionibus vestis illud genus esset, ac propterea minus offendiculi afferret sæculi hominibus, tum quod ad pallia Apostolorum nullum magis accederet, nullumque magis humilitati quam profitebantur, congrueret: & pallium illud est, quod *sacerdotalis habitus* nomine insignivit Tertullianus, quodque à solis sacerdotibus gerebatur, non ab omnibus Christianis passivitus usurpabatur. Clemens Alexandrinus, qui pæne iisdem quibus Tertullianus temporibus vixit, in Pædagogo suo, ubi præcipit quibus vestibus uti deceat Christianum, albam vestem, ceu maxime Christianos decentem, commendat. sic enim lib. III. Pædag. cap. XI. ὡς γὰρ στρατιώτης καὶ ναύτης καὶ ἄρχοντος, ὅτως ὁ καὶ σώφρονος ἐστὶν οἰκεία στολὴ, ἡ ἀπερίεργος καὶ εὐσχήμων καὶ καθαρὰ· παρ' ὃ καὶ ἐν τῷ νόμῳ πρὸς τὰς λέπρας ὑπὸ Μωϋσέως τεθεὶς νόμος, τὸ ποικίλον καὶ πολύσκιον ὡς οὐχ ὅσιον ἀπωθεῖται, τὰς ποικίλας δὲ ὄφεως φολίσιν ἐοικὰς· τὸ γοῦν μηκέτι διυφασμένον ποικιλίᾳ χρωμάτων, ὅλον δὲ λευκωθέντα δι' ὅλων, ὥστε κεφαλὴν ἄχρι ποδῶν ἐσχάτων καθαρὸν εἶναι θέλει. idem paulo post: ὁ δὲ καὶ ἐν τούτῳ ἄρα ζηλωτὴς Μωϋσέως ὁ πάνσοφος ἄρρης Πλάτων, ὑφλὸν ἐκείνων ὑποδέχεται, ἢ μὴ πλέον ἔρχον φέρεσι γυναικὸς σώφρονος. χρώματα δὲ λευκὰ πρέποντα ἂν εἴη σεμνότητι. & statim: εἰρωνικῶς ἄρα ἀνθρώπους καὶ φωτεινοὺς καταλληλον τὸ λευκόν. Qui albatos probat Christianos,

nos, quomodo non pullatos improbasset? & si tunc albis erant induti, quî fieri potest ut iidem palliati fuerint, cum satis compertum sit, pulli coloris fuisse pallium philosophorum? Basilius presbyter in Nazianzenum: Τείβωνες, φελβήμαζα πινὰ, τ μὴ ῥητόρων ἐρυθροί τε καὶ φοινικοῦ, φαιοὶ ἢ τῶν φιλοσόφων. φιλόσημον ἢ τοῦτο ἦν αὐτοῖς καθ' ἑκάσην φορεμένων, ὡς τοῖς πολιτευομένοις τὸ νυνὶ σκαραμάγγιον. totidem verbis hoc item scriptum habetur in lexico Cyrilli. Pallium etiam monachorum & ascetarum nigrum. Synesius epist. CXLVI. ad Ioannem qui asceticum habitum sumpserat: καὶ φαιὸν τριβώνιον ἀμπέχεσθαί σε φασὶ. aut palliati non incedebant Clementis Alexandrini ætate Christiani, aut non incedebant albati. Præcipit idem præterea Clemens eodem loco, pro ætate, pro dignitate, pro conditione & personis varias debere esse Christianorum vestes. ἔχων ἢ inquit, αἱ ἐσθῆτες ἁρμόζουσαι, ἡλικίᾳ, προσώπῳ, τύποις, φύσει, ἁπτομένοις. Si omnis vestis etiam inter Christianos non omnibus conveniebat, quomodo verum illud erit quod scribunt Christianos hoc insigni vulgo discretos ab gentibus fuisse, ut pallia gestarint? sane ut ex illo Clementis loco constat, etiam apud Christi fidem professos, aliter cerdo vestiebatur, aliter rhetor: aliter medicus, atq; alio modo pistor. Euseb. lib. IV. hist. Eccl. cap. XI. de Iustino martyre hæc scribit: Μάλιστα ἢ ἠκμαζεν ἐπὶ τῶνδε Ἰουστῖνος ἐν φιλοσόφου σχήματι πεσσβεύων τ θεῖον λόγον, καὶ τοῖς ὑπὲρ τ πίστεως ἐναγωνιζόμενος συγγράμμασιν. Hoc peculiare in illo notat, quod sub philosophi habitu verbum Dei prædicaverit, & scriptis defenderit. non omnes igitur eo habitu Christiani. Hieronymus similiter de Aristide phi-

philosopho ad Christi fidem conversо, in catalogo virorum illustrium : *Aristides philosophus Atheniensis, & sub pristino habitu discipulus Christi.* Cum philosophus esset, antequam Christianus, postquam Christianus factus est, etiam in pristino habitu permansit, nec vestem philosophicam mutavit. qui locus etiam manifesto indicio est, vulgus Christianorum non fuisse palliatum. Ex his omnibus facile constat, peculiarem & proprium Christianorum omnium habitum nō fuisse pallium, sed tantum ascetarum. Illud etiam ex hoc Tertulliani opere constare arbitror, sacerdotes eo tempore Christianos ut plurimum fuisse palliatos, ipsumque Tertullianum tunc demum deposita toga ad pallium transiisse, cum presbyter ordinatus est. Ceterum ne illa quidem ipsa tempestate perpetuum hoc fuit, aut pro regula observatum, ut omnes clerici pallium sumerent, aut soli istum habitum usurparent. Multos quippe ex Laicis propter δόκησιν, hac eadem veste philosophica & ascetica usos esse scimus, & ex presbyteris eos solos qui asceticam profiterentur, hoc est qui Apostolicæ humilitati, & severiori Christi disciplinæ congruam & consentaneam sectam sectarentur. Nondum enim ascetarum πολιτεία, qui monachi postea dicti sunt, certis legibus ac regulis constituta, in notitiam venerat, licet inde originem accepisse sit exploratum, ut pluribus exponam in nostro Commentariolo de origine vitæ monasticæ. Sui temporis ascetarum, tam laicorum, quam clericorum vitam paucis complexus est Tertullianus in libro de cultu feminarum : *Non enim & ita multi faciunt, & se spadonatui assignant propter regnum Dei tam fortem*

fontem & utique permissam voluptatem sponte ponentes? quidam ipsam creaturam Dei sibi interdicunt, abstinentes vino, & animalibus exultantes, quorum fructus nulli periculo, aut sollicitudini adjacent, sed humilitatem animæ suæ in victus quoque castigatione Deo immolant. Ut victu, sic & vestitu durissimam, ut ait ille, viam commeabant. atque hi sunt qui nudipedalia sibi omni tempore indicebant, ut de Heracla presbytero narrat Eusebius, quique humillima & vilissima veste, qualis erat τρίβων philosophorum, contecti contentique agebant. Sed totum hoc ut diximus arbitrarium erat, nec idem mos omnium, præsertim circa vestitum, ascetarum. Nam tametsi ut plurimum, parem cum Græcis philosophis amictum gererent, scribit tamen Socrates Silvanum Rhetorem licet ἀσκητικῶς ἐξ ἀκριβῶς χρῆσθαι ἐσταλμένῳ, minime vestem mutasse, nec τρίβωνα sumpsisse. Apud Eusebium lib. VI. cap. XX. hist. Eccles. verbis Origenis scriptum habetur, Heraclam presbyterum, unum ex omnibus ἀσκητικώτατον, diu in veste communi durasse, nec nisi admodum sero eam posuisse, assumpto philosophi habitu, præ studio Græcarum literarum, quibus impense deditus & addictus erat. verba Origenis: διὸ καὶ πρότερον κοινῇ ἐσθῆτι χρώμενος & ἀποδυσάμενος, καὶ φιλόσοφον ἀναλαβὼν σχῆμα μέχρι ἔτι δεῦρο τηρεῖ, βιβλία τε ἑλληνικὰ καὶ δύναμιν τινὰ πάνυ φιλολόγων. Hic mos & usus Pallii in presbyteris plerisque circa tempora Tertulliani fere obtinuit, quod Tertullianici hujusce operis argumentum est. Verum ut mores subinde mutant ac tempora, nihilque rerum humanarum in eodem statu permanet, etiam hæc res in Ecclesia Dei mutationem passa est. atque utinam quidem

hacte-

hactenus, ne de gravioribus queri possemus. Nam hæc levissimi momenti res est, habitus mutatio, si sola spectetur: sed fere semper, aut morum ruinam trahit, aut jam inclinatos sequitur mores, præcipue cum luxu magistro, delicatior & inflatior vestis viliorem & modestam excludit. Quod in Ecclesia, magno cum sacrosanctæ disciplinæ detrimento videmus usu venisse. Nam ubi primum ex malis illis & in arcto positis temporibus emergere cœpit, quibus adolescentiâ laboriosam & exercitam habuerat, multum de pristina severitate remisit, atque ab aurea illa simplicitate degeneravit. Pro paupertate quippe divitiæ magno agmine intrarunt, & divitiarum comes individuus luxus. Tum magnifice ac sumptuose templa ædificari cœpta sunt, atque auro argentoque ornari. Exinde ministros quoque, nisi mundule ac nitide vestitos talibus templis inservire indecens visum est. sic tribonas, vile & sordidum vestimenti genus, passim posuere presbyteri, ut elegantiorem civilemque habitum sumerent. Ex eo tempore birris ac penulis amicti omnes incessere, relictis penes solos ascetas palliis. Dalmatica quoque, manuleatarum tunicarum hoc genus est, in locum colobii successit, & colobium cum pallio apud eosdem ascetas remansit. Ea re factum, ut qui sacrosanctæ disciplinæ, ut loquitur Ambrosius, attentiores esse vellent, & conversationem Apostolicam imitari, seorsim πολιτείαν instituerint, & à clero segregem ac separatam vivendi formam. Hæc μοναστικὴ καὶ ἀσκητικὴ πολιτεία vocata est. Atqui olim presbyteros fere omnes ascetas, ut jam diximus, fuisse certum est, sed & si quis austerioris instituti studiosus

dioſus eſſet, clero inſeri adſcribique olim ſatagebat. Birrus igitur ſive lacerna, communis fuit ſub imperatoribus, & in communi uſu verſata veſtis jam inde à temporibus Auguſti, qui cum in concione lacernis indutum vidiſſet Pop. Romanum, exclamavit, *En Romanos rerum dominos gentemque togatam!* juſſitque deinceps omnes poſitis lacernis, togatos conſiſtere. Hoc apud Suetonium legitur, quod tamen vix poſt illum obtinuit. Rarus exinde, ac magis magisque rarus togarum apud Romanos uſus, in ſalutationibus matutinis tantum, & officiis cæteris celebrandis ſumebantur: omni alio tempore lacernati, hoc eſt, birris amicti vel pænulati ibant. Senatores omnium ultimi togam retinuere, quam tamen poſtea in totum abdicarunt, adeo ut Conſtantini temporibus chlamydes, hoc eſt lacernas paſſim induerent. quod vetitum illis fecit lex Conſtantini Cod. Theod. *quod habitu uti oportet intra urbem*, juſſitque terrore chlamydum depoſito ad pænulas & colobia redire. Hinc veteribus gloſſis pænula συγκλητικὴ ἐσθὴς exponitur: *Pænulatus*, συγκλητικὸς ἀνὴρ ὁ ἔχων πορφύραν. ſic togæ nomen in tantum ab uſu receſſit, & in deſuetudinem abiit, ut penes ſolos judices, cum judicarent, & advocatos cum cauſas perorarent, hæſerit. Hi *togati* propterea proprie appellabantur. unde *togati Auguſtorum*, *togati præfectorum*, de cauſidicis qui apud Auguſtum, aut præfecturæ ſedem cauſas elatrabant, in antiquis inſcriptionibus, & rei Agrimenſoriæ auctoribus reperiuntur dicti. Advocatos tamen etiam pænulatos aliquando fuiſſe cum cauſas agerent, legitur apud auctorem de cauſis corruptæ eloquentiæ. Birrum porro & lacernam,

cernam, & chlamydem, & mandyam, eamdem esse vestem, solo nomine diversam ex Artemidoro discere est lib. III. de somniis conjectandis cap. III. his verbis: χλαμύς ἢν ἔνιοι μανδύαν, οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βηρίον καλοῦσιν, θλίψιν καὶ στενοχωρίαν, καὶ τοῖς δικαζομένοις καταδίκην μαντεύεται, ἀπὸ τοῦ ἐμπεριέχειν τὸ σῶμα: τόδε αὐτὸ καὶ ὁ λεγόμενος Φαινόλης. βηρίον est birrus, qui à pænula aliquanto diversus, ut dicam pluribus in libro de re vestiaria. Byrrus, coloris ut plurimum byrri, hoc est russei, unde illi nomen. Nam *burrum* & *byrrum* Latini dixere, quod Græci πυῤῥόν. sed & cujuslibet coloris lacernas, byrros etiam καταχρηστικῶς appellabant. Pænulæ vero pullæ vel fuscæ, & Romæ præsertim. Nam nigras pænulas amictui habebat Romana plebs. Hinc *pullata turba* & *pullati circuli* apud Quintilianum & Plinium, de populi minutioris concione, quæ nigris pænulis amicta erat. Martialis sub lemmate, Canusinarum:

Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis.

Per Canusinas adjective intelligit pænulas, quod apud Canusium tales optime texerentur, aut ex Canusina lana pulliginis suæ, ut Plinius ait. apud Athenæum lib. III. καυσινὸς & φαινόλης eadem vestis. ἃ αὐ εἶ ὁ καὶ τὸ καινὸν καὶ ἁδέπω ἐν χρείᾳ γενόμενον φαινόλην, εἴρηται γὰρ ὦ βέλτιστε καὶ ὁ φαινόλης, εἰπὼν, πῇ Λεῦκε, δός μοι τὸ ἄχρηστον φαινόλην. & paulo post: κἀκείνης σοι τῆς ἡμέρας ὁ καλὸς καυσινὸς ὑπὸ λωποδυτῶν ἀνηρπάσθη, ὡς γέλωτα πάμπολλον ἐν τῷ βαλανείῳ γενέσθαι, ἀχρήστου ζητουμένου φαινόλου. Sic φαινόλης & καυσινὸς idem. sed absolute καυσινὸς Græce dicitur, quod subintelligatur ὁ φαινόλης, Latine *Canusina*, quia pænulam sequiori genere

Digitized by Google

nere vocant. Fuscus igitur color propriùs pænularum Romæ. Magnus Emesſenus iatroſophiſta περὶ ἔρων: καὶ κυανοῦν ὁποῖον τὸ τῶν ἱκτερικῶν, ἢ φαιὸν ὁποῖον ὁ καλούμενος φελόνης. turbato mulſo ſimillimum hunc colorem in pænula vocat Martialis. De pænulis & lacernis ſi quis plura requirit, in libro de re veſtiaria dicemus, & ad Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores diximus jam non pauca quæ inde peti poſſunt. Auctores interdum pænulas & lacernas invicem confundere etiam ibi obſervavimus. Atque hic habitus eſt quam κοινὴν, & κοινῶς πολιτευομένην, & τὴν σωφρονοῦσαν ἐσθῆτα paſſim qui ſub Imperatoribus ſcripſere Græci vocant. Nec ſervilem fuiſſe veſtem ex eo recte conjicias, quod ſervi birris etiam uſi leguntur intra urbem, licet hoc quidam defendere voluerint, ex leg. 1. Cod. Theod. *de habitu quo uti oportet intra urbem*, quæ ita habet: *ſervos ſane omnium, quorum tamen dominos ſollicitudine militiæ conſtat non teneri, aut birris uti permittimus, aut cucullis.* Ex quo enim Romæ togarum uſus deſuetus ac pæne deſitus fuit, & birri ſive lacernæ in uſum paſſim venere, nulla de habitu inter ſervos & liberos diſcretio amplius agnoſci quita eſt. Hoc ſua ætate diſcrimen jam ſublatum fuiſſe queritur Appianus, quod toga ſola faciebat. verba ejus hæc ſunt lib. 1. bellorum civilium: παμμεγες γὰρ ἐστὶν ἤδη τὸ πλῆθος· ὅταν ξενίας, καὶ ὁ ἐξελεύθερος αὐτοῖς ἰσοπολίτης ἐστὶ, καὶ ὁ δουλεύων ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τοῖς ἢ δεσπόταις ὅμοιος, χωρὶς γὰρ τῆς βυρσοδικῆς ἡ αὐτὴ στολὴ, τοῖς θεράπουσιν ἐστὶν ὀθόνιον· ἡ αὐτὴ, στολὴ, pænulæ ſcilicet & birri. Sic birrus illo tempore Romana veſtis, ac deinceps poſtea ſub Imperatoribus, in frequentiore uſu Romanis fuit, tam in urbe quam in provinciis. Suidas:

das: ἐφεσεὶς, ἱμάτιον Ρωμαϊκόν. λέγεται δὲ καὶ μανδύη, καὶ βίρρον. Romanæ omnes provinciæ hunc eundem habitum noverant. Palladius in Lausiaca de Serapione: καὶ τὰς ὅτι τινὸς γεωλόφου τῆς πόλεως ἔνθα οἱ ἐν τέλει τῶν ἐκεῖ ἦσαν ἀθροιζόμενοι, ἤρξατο κλάζειν καὶ ἀποδύρεσθαι βίαν, μὴ πρότε χειρῶν λέγων, ἄνδρες Ἀθηναῖοι βοηθεῖτε· σωθραμόντες δὲ πάντες ὑφ' ἓν τελωνοφόροι τε καὶ βιρροφόροι, λέγουσιν αὐτῷ, τί ἔχεις ἄνθρωπε; ἢ πόθεν εἶ; male hodie legitur, καὶ κιρροφόροι, nec melius corrigunt, πυροφόροι. Totum Athenienſium populum dividit in τελωνοφόρους & βιρροφόρους, qui ad quiritationem Serapionis concucurrerunt. τελωνοφόροι ſunt philoſophi. ita enim proprie vocati apud Græcos à pallio quod geſtabant. Socrates lib. III. cap. XXIV. Hiſt. Eccleſ. οἵ τε τελωνοφόροι, οὓς τελέωνας ἀπετίθεντο, καὶ εἰς τὸ κοινὸν σχῆμα μετημφιέννυντο. de philoſophis loquitur, quorum ingens ſub Iuliano proventus extiterat, qui eodem extincto ad communem habitum redierunt. Plutarchus de Iſide, & Oſiride: ἔτε γὰρ φιλοσόφους καὶ τελωνοφορίαι ποιοῦσιν· ἔτε ἰσιακοὺς αἱ λινοσυλίαι καὶ ξύρησις. At βιρροφόροι, reliquus populus Athenienſium, tam plebs quam magiſtratus, quos ἐν τέλει vocat idem Palladius. Hi omnes communi veſte, hoc eſt birris induti. Et notabis tunc Græci generis idque Athenis, neminem palliatum fuiſſe præter philoſophos. βιρροφόροι igitur in illo Palladii loco vera lectio, quam & mihi confirmavit Codex Regius, & verſio vetus ſub nomine Heraclidis Paradiſi edita quæ ita habet: *concurrentes autem omnes ſimul, quoſcunque palliis, quoſcunque cerninus birris eſſe veſtitos, interrogant eum quid haberet, unde veniſſet, vel quid diceret ſe pati.* Birrus igitur, τὸ κοινὸν σχῆμα,

μὲ, ἡ κοινὴ ἐσθὴς, quæ à pallio ſive tribone diſtinguebatur, quod geſtamen erat omnium aſcetarum, hoc eſt tam gentilium quam Chriſtianorum philoſophorum. Ceterum pro conditione & dignitate geſtantium, cum de colore tum de materia pretioſiores erant, aut minus pretioſi birri. Pretioſioribus utebantur vulgo Epiſcopi, minus pretioſis presbyteri, poſtquam pallia reliquerunt, & philoſophari deſierunt. In actis Paſſionis Cypriani: *in agrum Sexti perductus eſt & ibi laceno birro ſe expoliavit.* Lacernum birrum eſt lacerna rubra: lacerna autem & birrus idem, ut alibi oſtendimus pluribus. Heraclides Paradiſus de virgine quæ Athanaſium texit: *ſed cum ſubito quidam præfectura apparitores ipſum inveſtigantes domum ejus intraſſent, tunica ille tantum ſua birroque veſtitus, medio noctis fugiens ad hanc virginem venit.* Hæc Græce ita concipiuntur in Lauſiaca Palladii: ἀλλ' εἰσελθόντων τῶν ἐπαρχικῶν ἀφνίδιον εἰς τὸ ἐπισκοπεῖον καὶ ζητούντων αὐτὸν, λαβὼν ἑαυτῷ τὸ σιχάριον καὶ τὸ βίρριον, ἐν μεσονυκτίῳ νυκτὶ φεύγει πρὸς ταύτην κατέφυγε τὴν παρθένον. Theodoritus lib. 1. cap. xxx. Hiſt. Eccleſ. ἐφεσρίδα vocat Arſenii Epiſcopi veſtem: τινὲς μολυσάντων ἢ αὐτῶν τὸν εἶναι, τὴν ἐφεσρίδα αὐτοῦ χρυσώσας Ἀθανασίῳ περιέθηκεν ἄμφω τὼ χεῖρε καὶ τὴν δεξιὰν καὶ τὴν εὐώνυμον. ἐφεσρίδα birrum eſſe docuimus ante in vita Pelagiæ: *Octava vero die quando habebat depoſitionem albarum facere, ſurgens vocte nobis ignorantibus, depoſuit veſtem baptiſmatis ſui, & induit ſe tunicam tricinam, & birram ſancti Nonni Epiſcopi.* Birram poſuit pro birro, ut in illo verſu Eucheriæ:

Nobilis horribili jungatur purpura birræ.

Honorius ſermone de S. Brixio: *prunas ardentes in*

birro suo portans ante sepulcrum sancti Martini deposuit. Nec Episcopi tantum, sed etiam presbyteri ceteriique clerici birros habebant. Augustinus in sermone diversi ad clericos suos: *nemo det birrum vel lineam tunicam, seu aliquid nisi in commune: de communi accipiam mihi ipsi.* & paulo post: *offeratur mihi verbi gratia birrum pretiosum, forte decet Episcopum, quamvis non deceat Christianum.* Et birros ideo monachi sibi interdixerunt quod ambitiosior esset vestis, quam ut humilitatem professis conveniret. Cassianus de habitu monachi cap. VII. *post hæc angusto pallio tam amictus humilitatem quam vilitatem pretii compendiumque sectantes, colla pariter atque humeros tegunt. & ita planeticarum atque birrorum pretia simul ambitionemque declinant.* Isidorus: *linteo non oportet monachum uti; orarium, planetas, birros non est fas indui.* Et hæc ratio est: qui de sæculo recesserant, omnia sæculi, ut habitum quoque, summo opere vitabant. Birrus autem, presbyterorum cum hominibus sæculi tunc communis fuit habitus, ut paulo supra ostendimus. Sub birro clerici colobia primum, hoc est tunicas sine manicis, postea dalmaticas, hoc est χειριδωτους gestare cœperunt, auro clavatas. Isidorus: *Dalmata vestis sacerdotalis candida cum clavis purpureis:* Anselmus: *à sancto Sylvestro & presbyteris ejus colobiorum usus sumpsit initium. & Marcus, & Iulius, & Liberius eo ordine sunt usi. Post hos autem colobia in dalmaticas conmutata sunt: visum est enim melius huic proposito convenire quod accuratius magis aspectibus placere valeat.* Hæc ille tanquam ex Eusebio citat. Sed longe ante Silvestrum Episcopi etiam dalmaticis usi leguntur, si verum dicit auctor vitæ Cypriani his verbis: *cum se dalmatica expoliasset ad lineam stetit, cœpit*

specu-

Digitized by Google

speculatorem sustinere. Hæ *Dalmatarum chiridotæ* Spartiano dicuntur in Pertinace; *vestes subtemine serico aureis filis: insigni opere tunicas penulasque, lacernas & chiridotas Dalmatarum.* Ubi chiridotæ Dalmaticæ cum lacernis, hoc est birris junguntur, quod ab hominibus delicatis & mollibus vulgo Dalmaticæ cum birris haberentur. Et sane vestitus quem soli olim delicati usurparunt, postea castissimorum Ecclesiæ sacerdotum proprius factus est. Manicatæ tunicæ, quales Dalmaticæ apud Romanos veteres, probrosæ semper habitæ, quia colobiis utebantur. Servius ad illud Æneidis:

Et tunicæ manicas, & habent redimicula vittæ.

Tunicæ, inquit, *vestræ habent manicas, quod etiam Cicero vituperat dicens, Manicatis & talaribus tunicis: nam colobiis utebantur antiqui.* ætate igitur Servii non amplius colobia in usu, sed in eorum locum Dalmaticæ. At principibus ipsis Romanis olim magno dedecori fuit, prodiisse in publicum cum manicatis tunicis, hoc est cum Dalmaticis. Lampridius in Commodo: *Dalmaticatus in publicum processit, atque ita signum quadrigis emittendis dedit.* idem in Heliogabalo: *Dalmaticatus in publico post cœnam sæpe visus est, Gurgitem Fabium & Scipionem se appellans, quod cum ea veste esset, cum qua Fabius Cornelius à parentibus ad corrigendos mores adolescentes essent producti.* cum Dalmaticas colobiis opponi satis constet, quod illæ cum manicis, istæ sine manicis. Epiphanius tamen videtur colobiones cum Dalmaticis confundere, his verbis: ἢ χαμιζώνιον ἐπιδὴ φλαβᾶ ἐστ' οὖν ἀμπεχόνας οἱ τοιοῦτοι ἀνεβάλοντο; ἢ δαλματικὰς ἐστ' οὖν κολοβίωνας ἐν πλατυτέραις. λέγω πρὸς ὀλιγωφελῆς καπηλικὰς μέ-

νας. Habuerunt hoc utique commune quod clavis purpureis utræq; inoculatæ essent. Nec quærendum porro quandoq; presbyteri dalmaticas pro colobiis habere cœperint. Nam ex eo tempore quo pallia deposuerunt, & ἄσπηστν desierunt, communi usui sese semper accommodarunt, ac de communi vestiti sunt. sic quandiu colobia in usu fuere, colobiis usi sunt: postquam in colobiorum locum succesſere dalmaticæ, dalmaticas & ipsi sumpsere. Birrus itaque & dalmatica, Episcoporum & sacerdotum habitus; hæc interior, ille exterior. Pro birris & dalmaticis, στιχάρια passim & φελόνια nominant recentioris Græciæ auctores, cum de vestimento sacerdotali agunt. Codinus: εἰδέναι ὃ δεῖ ὅτι ὑπὲρ ὅλης τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τεσσαρακοστῆς οἱ ἱερεῖς τὴν Ἀλάνθινοι περφυρᾶ στιχάρια καὶ φελόνας φορῦσι, πλὴν τῆς Ε διαγγελισμοῦ, ἑορτῶν βαΐων καὶ Ε μεγάλης σαββάτου. Moschopulus, φελόνη, ἱερατικὸν ἔνδυμα. Diximus supra, birrum & penulam diversa esse genera vestium, sciendum tamen est, & hoc etiam docuimus, interdum ab auctoribus confundi & indiscretim pro eodem poni τὸ βιρρίον καὶ τὸ φελόνιον, Glossæ Servii: *lacerna*, βῆλον, φελόνιν. sic & φελόνην recentiores Græci pro birro sacerdotali videntur usurpasse, quo tempore, nec birrus nec pænula, de nomine vel usu amplius agnoscebantur. Nam aliæ vestium species ac nomina tunc erant ἐν τῇ πολιτείᾳ usitata, ut παραγμάγαια, καβάλλα, & alia de quibus non hic est dicendi locus. sic mutata sæculi veste, pristinam retinuere præcipue in celebrandis sacris sacerdotes, quos olim certum est in eadem veste & publicum frequentasse, & sacram liturgiam celebrasse. De mysticis

tis aliis inventis & ad ſacerdotalem veſtem additamentis, quæ poſteriora tempora invexerunt ex Iudaico ritu petita, differam alias. Communiſſimus cum in Græca, tum in Romana Eccleſia ſacerdotalis habitus olim fuit, birrus ſive lacerna, & tunica. Antiquiſſimis etiam & primis Eccleſiæ temporibus, pallium & tunica, philoſophorum plane habitus, ſed & Apoſtolorum. Extitit porro Conſtantini Magni temporibus Euſtathius quidam, Sebaſtenorum ut nonnulli volunt Epiſcopus, qui Epiſcopos presbyterosque ad antiquam ἄσκησιν & pallium reducere vellet, veſtemque communem, & civilem habitum in ſacerdotibus condemnaret, quos ad philoſophicum pallium revocabat, cum & ipſe palliatus philoſophorum more incederet. Epiſtola patrum in Synodo Gangrenſi congregatorum de Euſtathianis: καὶ ἰδία σωάξεις ποιούμενοι, ἐκκλησιάσεις καὶ διδασκαλίας ἑτέρας, καὶ τὰ ἄλλα καὶ κῆ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ κῆ τοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ξένα ἀμφιέσματα ἐπὶ καταπλώσει τῆς κοινότητος τῶν ἀμφιεσμάτων σωιάγοντες. Socrates lib. II. cap XXXIII. Hiſt. Eccleſ. Εὐσάθιος ὁ τῆς ἐν Ἀρμενίᾳ σεβασείας ἔπε εἰς ἀπολογίαν ἐδέχθη, διότι ὑπὸ Εὐλαβίε τῆ ἰδίε πατρὸς καὶ ἐπισκόπε Καισαρείας τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ ἤδη πρότερον καθήρητο, ἐπιδὴ ἀνάρμοσον τῇ ἱερωσύνῃ σολὴν ἠμφίεσο. Veſtem iſtam dignitati ſacerdotii parum convenientem de pallio philoſophico paulo poſt exponit. Sic enim de eodem Euſtathio: θέλυς προχήμαλι θεοσεβείας τῆς δεσποτῶν ἀπεσπάσατο, αὐτὸς πε φιλοσόφυ σχῆμα φορῶν, καὶ σὺν ἀκολουθουῦσας αὐτῷ ξένῃ σολῇ χρῆσθαι ἐποίει. Hæc peregrina veſtis, hæc ſacerdotibus indecora, philoſophi nempe habitus. & vide quantum hæc Conſtan-

tini tempora mutata ab illis quibus Tertullianus vixit. Pallium vocat ille, super omnes tutulos & apices sacerdotalem habitum: Constantini ætas ἀνάρμοστον τῷ ἱερωσυνῃ στολὴν appellat, Eustathiumque concilio Gangrensi propterea condemnavit, quod pallium, ἱερὸς ὤν, gestaret, & communem habitum condemnaret. Canon XII. Synodi Gangrensis: εἴτις ἀνδρῶν ἁγίων νομιζομένην ἄσκησιν φελοβολαίῳ χρῆται, καὶ ὡς ἂν ἐκ τούτου τὴν δικαιοσυνὴν ἔχων, καταψηφίσηται τοῦ μεθ' ὑλαβείας τοὺς βήρους φορουμένων καὶ τῇ ἄλλῃ κοινῇ καὶ ἐν σωτηρίᾳ ἔσῃ ἐσθῆτι κεχρημένων, ἀνάθεμα ἔστω. In eo canone φελόβολαιον est pallium, τὸ φιλοσόφου σχῆμα. ita enim Græci proprie vocant, ἀπὸ τοῦ φελοβάλλεσθαι, quod uno circumjectu, ut ait Tertullianus, totum hominem ambiat. ac βῆροι sunt birri. ita Græci Latinam hanc vocem extulerunt. Artemidoro βηρίον est, quod Suidæ βιρρίον. recte itaque vetus versio, βήρους reddidit *birros: si quis amictu pallii utitur, & eos qui cum reverentia birris utuntur, despicit, anathema sit.* & perperam Græci interpretes Zonaras & Balsamo βήρους, σημαίνει ἐσθῆτας exposuere. Birros quosdam sericeos fuisse non nego, sed omnem birrum sericeum, aut omnem vestem sericam, birrum esse dictam, hoc est quod nego atque pernego. nec melius eruditissimi hujus ætatis viri qui vestem holoveram, cujus in Codice mentio, ab hujusmodi beris sine birris dictam esse censuerunt. quorum errorem nos alibi castigavimus. βῆρος igitur sive birrus, communis vestis, Episcoporum sacerdotumque Christianorum tunc temporis fuit gestamen, quam damnabat Eustathius; palliumque, velut ἀσκητικῆς magis conveniens, cum omnes ad ἄσκησιν adhortaretur,

retur, ab omnibus gestari volebat. Hunc Eustathium ascēticæ & monasticæ vitæ apud Armenios auctorem extitisse scribit Sozomenus lib. III. cap. XIII. Hist. Eccles. & librum ἀσκητικὸν, quem Basilio Magno quidam tribuunt, composuisse. Ascetarum igitur proprius semper habitus fuit pallium, hoc est τριβώνιον. hunc presbyteri olim, & quicunque de populo τὴν ἀκριβῆ πολιτείαν sectaretur, usurpabat. Hunc etiam Tertullianus, quem ἀσκητὴν præcipuum fuisse, scripta ejus declarant, non cum Christianus, sed cum presbyter factus est, assumpsit. plures enim tunc, ut supra ostendimus, in presbyterio ἀσκηταί. At postquam ἄσκησις ad certum genus hominum rediit, qui nec clerici essent nec laici, ac certa hujus sectæ πολιτεία constituta est, legibus quibusdam ac regulis fundata, quas sequerentur omnes, qui in cœtum illum adgregari vellent, illi hominum generi pallium quasi peculiare relictum est. Exinde monachorum proprium pallium esse cœpit. Nec monachi tantum, sed etiam monastriæ pallium habuere, nec muliebre quidem, sed virile. quod tamen prohibuerat XIII. Canon supradictæ Gangrensis Synodi his verbis: εἴτις γυνὴ διὰ νομιζομένην ἄσκησιν μεταβάλλοιτο ἀμφίεσμα, καὶ ἀντὶ ἐ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιέσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβοι, ἀνάθεμα ἔστω. quidquid autem ad eum Canonem argutetur Balsamo, certum est & Melaniam, & ceteras olim famosas monastrias quæ pallium gerebant, contra illum canonem fecisse, cum hujusmodi virilem habitum usurparunt. præter pallium autem & tunicam, omnium monachorum communem amictum, Ægyptii monachi cucullum parvum, & meloten, hoc est

pellem caprinam, geſtabant, quibus non utebantur Europæi aſcetæ. Caſſianus de habitu monachi cap. XI. *Nam neque caligis nos neque colobiis ſeu una tunica eſſe contentos hiemis permittit aſperitas; & parviſſimi cuculli velamen vel melotis geſtatio deriſum potius, quam ædificationem ullam videntibus comparabit.* Hoc etiam addendum, ῥάκος recentioribus Græcis proprie appellari monachicum pallium, id eſt τριβώνιον. inde ῥακοδύτης, & ῥακενδύτης monachi. Græci tamen quidam inter τρίβωνα, & τριβώνιον diſtinguunt: & τρίβωνα τὴν ἐθνικὴν φιλοσόφων exponunt; τριβώνιον vero τὸ ῥάκος. ſed hoc diſcrimen paſſim confundunt auctores, qui τριβώνιον pallium philoſophorum paſſim vocant, & τὰ τρίβωνα τοὺς ῥάκους dicunt:

Τρίβωνες ἐπιλείποντες οἴχονται πρόκας.

Sic & ῥάκος pro pallio monachico, hoc eſt τρίβων vel τριβώνιον. Zonaras ad can. XII Synod. Gangrenſis: οἱ περὶ τὸν Εὐσάθιον πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ῥακοδυτεῖν ἐδίδασκον, ὡς ἐκ τούτου ἀγιάζεσθαι μέλλοντας σὺν μαθητευομένοις αὐτοῖς. περιβόλαιον γὰρ τὸ ἐπάνω τῶν ἱματίων ὑπόδημα ἐπάλλου, ἵνα φαίνοιτο, ἐκ τούτου θηρῶντες δόξας ἀσκήσεως. ubi ῥακοδυτεῖν idem eſt quod τριβωνοφορεῖν. Notandum autem in verbis Zonaræ, Euſtathium cum ſuis ſectatoribus pallium ſupra omnia veſtimenta habuiſſe, qui mos fuit antiquorum monachorum, & præcipue Græcorum, apud quos, ut & apud philoſophos, pallium ſupra omnem veſtem injiciebatur. at monachi Ægyptii caprinam pellem ſupra pallium ſumebant. Caſſianus: *ultimus eſt habitus earum pellis caprinæ, quæ melotes vel pera appellatur.* Hieronymus in vita Hilarionis, *pelliceum ependytem* vocat. Quod Zonaras ῥακοδυτεῖν, Balſamo ῥακενδυτεῖν

δυτῶν dixit in ejuſdem canonis expoſitione. Hinc ῥακενδύτης pro monacho apud Nicetam Choniatem. pro quo in Codice Barbaro-Græco, ῥασοφορῶν habetur. Hinc ῥασοφόροι monachi, apud Græcos μιξοβαρβάρους. raſum vox Latina, & ſic dicitur indumentum, quod pilos non habet. Hinc raſum veſtimentum, aut detritum & uſu defloccatum, ὁ τριβων ἐκλιπὼν κροκύδας, & quod ab initio ita textum eſt, ut floccos non habeat. Hinc raſæ veſtes, & phryxianæ oppoſitæ apud Latinos. Phryxianæ ſunt αἱ ἀκρόμαλλοι, quas & pexas dixere. de quibus alibi. ῥάκος igitur idem quod τριβώνιον, tam monachorum, quam monialium pallium. Nicephorus Xanthopulus in Catalogo Patriarcharum Conſtantinopolitanorum, de Baſilio diacono: καπηλεύθη ὑπὸ Ἰσακίου Ἀγγέλου μήπως ἕτερον τρέψῃ ὡς καὶ αὐτὸν ἔστρεψε· ἡ δὲ φωφάσις αὐτῷ, ὅτι εἰς κεφαλὴν γυναικὸς ῥίψασης τὸ ῥάκη εὐλογίαν ἐποίησε. γυνὴ ῥίψασα τὸ ῥάκη eſt mulier quæ habitum monialem ejuravit & abjecit. ῥάκος ſiquidem τὸ τριβώνιον eſt, tam μοναζόντων quam μοναστριῶν. Palladius de Taor virgine in Lauſiaca: ἐκείνη δὲ ῥακοδυτοῦσα ἀμελείπτως ἐν τῇ μονῇ ἐν τῷ ἔργῳ καθεζομένη. Atque hæc hactenus de pallio philoſophorum & monachorum eodem. Nunc pro pallio declamitantem Tertullianum audiamus. Hoc porro pallium quod Diogenes olim duplicavit, tenebricoſo ſtilo condidit & complicavit Tertullianus, ſomniis etiam ſuis validius interpretes implicaverunt, explicare jam conabimur.

IN CAP.

IN CAP. I.

Pag. 1. PRINCIPES *semper Africæ viri*] Quærunt cur heic Tertullianus semper principes Africæ Carthaginienses appellet, & id causæ esse aiunt, quod Utica odio & æmulatione Carthaginis primas semper adpetiverit, super ipsam Carthaginem. auctorem igitur qui Carthaginiensis erat, hoc loco primas Carthagini dare voluisse, Uticæ abjudicare. Hoc nihil est, & etiam absurdum est. Uticam demus adpetisse atque exambisse primatum Africæ, nunquam tamen habuit. Quis enim nescit Carthaginem semper tam in civilibus quam in Ecclesiasticis primam fuisse Africanæ diœceseos civitatem? Sed cum Tertullianus toto hoc libello de variis totius orbis, urbium, regnorum, aliarumque rerum mutationibus tractare habeat, deque ipsorum etiam Carthaginensium habitus & πολιτείας mutatione, nihil tamen eos quantum ad primatum attinet, mutasse, initio libelli hujus statim contestatur.

Habitus denotare pacis] In ipso limine magnum interpretum peccatum deprehendere licet, ut inde judicium fieri possit, quid ab illis boni tota postea commentatione debeat expectari. *Habitus denotare pacis*, hanc continet ipsorum judicio sententiam, habitum pacis, hoc est togam, denotare Carthaginienses prosperis temporum. nihil poterat alienũ magis ab auctoris mente fingi. *Denotare* apud hunc nostrum, nunquam pro nota adposita declarare, & designare positum legitur, sed semper est arguere, reprehendere & censoria

soria virgula notare. Sic infra: *pallium tamen generaliter vestrum immemores etiam denotatis.* & alio loco: *orbem igitur laudans mutantem, quid denotas hominem?* & locis alibi sexcentis. Hinc *denotatio* pro ignominia, sive infamiæ nota, apud Firmicum lib. III.: *periuros faciet, perfidos, & crebris ob hoc denotationibus miseros, gaudones*, &c. ita & *denotare* heic accipiendum. Gaudere se dicit Tertullianus tanta temporum prosperitate frui Carthaginenses, ut vacet illis habitus denotare, ac censores agere vestium. Vitiosa porro distinctio est, in illis, *habitus denotare pacis.* Nec enim Carthaginiensibus hoc propositum, habitus pacis carpere. Nam quis major habitus pacis quam toga? Hanc illi non reprehendebant. immo contra, togæ desertores carpebant. Et hunc ipsum Tertullianum irriserant, quod togam pallio mutasset. scribendum igitur: *gaudeo vos tam prosperos temporum, cum ita vacat ac juvat, habitus denotare. Pacis hæc & annona & otia:* atque ita jam & olim hunc locum distinxerat Ciacconius, cujus distinctionem nuperi interpretes nullo judicio damnarunt.

Pacis hæc annona & otia] Totus hic locus ita interpungendus est: *Pacis hæc & annona & otia. ab imperio & à cælo bene est.* Paci debetis annonæ & otii abundantiam, qua nunc luxuriatis, cum bene saturis & otiosis lubet, quid quisque rerum gerat, quomodo vivat ac vestiatur, curare, & vestiarii censuram sumere: nemo hoc facit nisi satur, & otio abundans: utrumque pacis opus est. addit: *ab imperio & à cælo bene est.* imperium dat pacem, pax otium. At annonæ copia, hoc est εὐετηρία, non tantum è solo sed etiam à cælo venit, cujus temperiem frugibus maxime necessa-

riam

riam esse nemo est qui nesciat. recte igitur utrûque conjunxit; ab imperio, & à cælo vobis bene est. ab imperio propter pacem, à cælo propter annonam. Annona igitur heic est εὐετηρία: & falluntur interpretes, qui de indulgentia & largitate Severi in Afros accipiunt.

Tamen & vobis habitus aliter olim · tunicæ fuere] Fuit cum distinguerem: *tamen & vobis habitus aliter olim: tunicæ fuere, & quidem in fama.* nunc aliter censeo. an temporibus Tertulliani tunicæ Carthaginensibus non fuere? immo fuere. nemo enim togatus nisi & tunicatus idem. sed aliter tunicas habuere olim, cum palliati erant, aliter postea cum togati fuere. tunicæ quas sub pallio gerebant, manicatæ erant, discinctæ. contra quas sub toga, sine manicis, & cinctæ. Hanc differentiam tunicarum heic explicat. interpungendum igitur: *tamen & vobis habitus, aliter olim tunicæ fuere.* vos tunicas quidem olim, sed aliter quam nunc habuistis, sed alias & alio modo induendas. si quis priorem distinctionem malit, per me eam sequatur: nec male potest & illa heic suum locum tueri.

Et quidem in fama] Perperam corrigunt quidam, *infamate.* non infamatas illas tunicas fuisse vult dicere Tertullianus, sed famosas, & celebres, hoc est in fama. sic Arnobius *in nomine* dixit lib. VI. *sed vocabulum ejus obscurat, correptum amoribus Veneris, propter quam Gnidus in nomine est.* Sic Græci dicunt, ἐν ὀνόματι. idem Arnobius *in opinione* pro eodem posuit: *exemplarium fuisse perhibetur cunctarum quæ in opinione sunt venerum.* in opinione, ἐν φήμῃ. nam *nomen, opinio, fama* idem: ut *opinati, nominati, famosi.*

De

De subteminis studio] Commendat eas tunicas de subteminis studio: quod studiose nimirum, diligenterq; textæ essent. Per subtemen fortasse totam texturam intelligit. nihil aliud enim ars texturæ, quam subteminis ad stamen connexio. Græci texturam definiunt, τὴν συνύφανσιν στήμονος πρὸς τὴν κρόκην. Vitruvio connexu staminis ad subtemen tota telæ structura constat, lib. x. cap. 1. De subtemine tamen eas potissimum laudat, quod ejus præcipua spectatio in mollioribus ac delicatioribus tunicis. pinguiores & rudiores vestes, plus staminis accipiebant, quam subteminis: ut contra delicatiores, plus subteminis. mollius siquidem & subtilius nebatur subtemẽ, quam stamen. hinc diversæ στημονικὴ, & κροκυνικὴ. Magistri Græci: οἱ γὰρ στήμονες ἅπτε παχύτεροι ὄντες, ἐὰν, ὥσι συνεχεῖς, διερματῶδες τὸ ὕφασμα ποιῶσι. hujusmodi vestes, quæ multum staminis habebant, στημονίας Græci vocant, & κατασήμους, & πολυσήμους & πυκνοσήμους. quæ rariori erant stamine, ἀραιοσήμους, & μανοσήμους. Æschylus:

---ἐν μανοσήμοις πέπλοις.

Sic molliores vestes multo subtemine, pauco stamine texebantur. Hesiodus hibernam vestem, quæ mollior esse debebat, ex multo subtemine, & raro stamine confieri præcipit.

στήμονι δ' ἐν πυκνῷ πολλὴν κρόκα μηρύσασθαι.

Nec solum in tunica tenuius semper subtemen quam stamen, sed etiam pretiosius. In subsericis vestibus, stamen erat de lino, subtemen de serico. in auro textilibus quas Græci χρυσοΰφους vocant, & χρυσοπάσους, subtemen imponebatur ex aureis filis; Virgilius:

Et picturatas auri subtemine vestes.

Et lu-

Et luminis consilio] De hoc luminis consilio sæpius in consilium itum est à viris doctis; nihil tamen adhuc luminis huic loco contulerunt, & ineptas plerique sententias protulerunt. omnino legendum, *luminis concilio*. sic infra, *consultum rus* pro *concultum* mendose scriptum fuerat. & *nominis consilium*, eodem mendo pro *concilium*. harum litterarum invicem mutationes haud raro in libris occurrunt. in vetustissimo poëmate ita scriptum reperi:

---- Saturnum nato fogente fugatum.

pro *cogente*. Lumen autem hoc loco non pro quolibet colore, sed de purpureo dicitur proprie. Hinc *chlamydes veri luminis* apud Trebellium Pollionem, sunt purpureæ, quas & *holoveras* dixere. Plinius alicubi dixit *vestem purpura illuminari*. Statius:

Contentus arcto lumine purpuræ.

Lumen igitur heic pro purpura. *concilium*, pro conciliamento. sic *concilium gratiæ* apud Donatum pro conciliatione: *in concilium gratiæ redire*. Sciendum est autem has Carthaginiensium tunicas, non totas purpureas fuisse, ut quidam sibi falso persuaserunt, sed tantum purpura clavatas. Ars hæc erat in clavis purpureis vesti intexendis, ut clavus à clavo non dissentiret, nec disparis esset luminis, sed omnes invicem concolores examussim ponerentur. Plures enim purpurarum gradus & species. aliæ nigræ sunt, aliæ rubræ, aliæ violaceæ, aliæ saturatiores, aliæ dilutiores; quædam excitati, quædam adstricti coloris. Summopere itaque hoc curabant, ut clavi qui vestibus insuebantur, nullam coloris differentiam præferrent, sed ut exacte lumina inter se conciliarentur. Hoc

vocat

vocat Tertullianus, *concilium luminis*, id est conciliamentum coloris in purpura. Non alium hujusce nostræ interpretationis adsertorem dabimus, quam Tertullianum ipsum, qui luculente hunc morem inoculandarum vestium ita describit in libro de Pudicitia: *Sed enim plerosque interpretes parabolarum idem exitus decipit, quem in vestibus purpura oculandis sapissime evenire est. quum putaveris recte conciliavisse temperamenta colorum, & credideris comparationes eorum inter se unasse, erudito mox utroque corpore, & luminibus expressis, errorem omnem traducta diversitas evomet.* & paulo post: *eadem igitur caligine circa filiorum quoque duorum parabolam quibusdam ad præsens concolorantibus figuris à vero lumine exorbitant ejus comparationis quam parabola materia pratexit.* ex his verbis nemo jam non possit intelligere, quid sit hoc loco *concilium luminis*, itaque verbum non addam. Satis multis semet ipsum interpretatus est auctor ipse.

Et mensuræ temperamento] Postquam ab arte & materia tunicas illas commendavit, à forma quoque laudat, & mensuræ temperamento, *quod neque trans crura prodigæ, nec intra genua inverecundæ, nec brachiis parcæ, nec manibus arctæ*, &c. ita enim legendum, non *prodige, verecunde, parce, arcte*. & inepti sunt, qui has lectiones ex manuscriptis defendunt. Quod autem heic Tertullianus dicit de temperamento tunicarum Carthaginensium, vereor ut verum dicat. tam moderatas quippe non fuisse constat, quam nobis heic eas describit. non multum infra genua perveniisse videtur asserere: *quod neque trans crura prodigæ, nec intra genua inverecundæ.* longe longiores, utpote usque ad talos demissas, fuisse videmur ex Plauto colligere posse.

Is in Pœnulo comœdia Hannonis Carthaginensis *longas tunicas* vocat, act. v. scena v.

Quis hic homo est cum tunicis longis, quasi puer cauponius?

Eadem scena *demissitias*, hoc est usque ad talos demissas:

Sane hoc genus mulierosum est tunicis demissitiis.

Degluptam Manadem ibidem vocat & *cinædum*, quod Mænades & cinædi & omnino mulieres omnes, hujusmodi talaribus tunicis uterentur.

Cur non adhibuisti, dum isthæc loquereris, tympanum?

Nam te cinædum esse arbitror magis quam virum.

Sane ex istis liquet talares fuisse Carthaginiensium tunicas, ita ut longiores haud potuerint esse. Et valde miror Tertullianum tam multa verba facere de temperamento, & moderatione mensuræ tunicarum Punicarum, quales olim gestavere Carthaginenses. atqui si verum dicit, certum est ne moderatiores quidem Romanorum aut Græcorum tunicas fuisse, quas paulo infra genua descendisse constat. Cur igitur in Plauti comœdia Pœnulus ille ob tunicas longas & demissitias deridetur, nisi quia muliebres potius quam viriles tunicas haberet, & manicatas & usque ad talos demissas? Non convenit igitur Plauto cum Tertulliano, de antiquis Pœnulorum tunicis.

Nec brachiis parca] Non moverem huic loco controversiam, nisi omnes libri movendam monerent. Prima editio cum omnibus scriptis codicibus constanter hîc legunt, *nec brachiis spara*. Vaticani libri etiam, *pares*. putaverim utique scribendum, *parca*. quidni enim sic *parcus* à quo parum, ut ra-

ut *varus* à quo rarum; *nimius*, nimium; *paullus*, paullum, & similia? *Parus* est contrarium τῷ *nimius*. ut apud Plautum, *subparum*, *subnimium*, hanc vocem *parus* duobus aut tribus locis apud Ammianum Marcellinum auctoritate librorum restituimus, quam & heic lubet restituere iisdem auctoribus libris.

Nec manibus arctæ. Quia manicæ illæ, inquiunt, non indutui sed ornatui & deliciis. quis hoc illis dixit, manicas in tunicis Carthaginensium non indutui fuisse, sed ornatui? an ex hoc loco id colligunt? atqui vel hinc maxime conjici potest, manicas illarum tunicarum, manus texisse, cum dicat tam arctas non fuisse, ut manus artarent & stringerent. apparet igitur paulo laxiores extitisse tam circa brachia, quam circa manus: *nec brachiis*, inquit, *paræ*, *nec manibus arctæ*. at cui usui χειρίδες illæ in tunicis Pœnorum, nisi ut brachia velarent, & manus tegerent? Scio quidem apud nos hodie in vestibus exterioribus vel extrinsecis, & quæ superne injiciuntur, præsertimque domesticis, manicas plerumque haberi vacivas & pendentes, ad ornatum potius quam ad usum. sed in vestibus interioribus, ut sunt tunicæ, nusquam apud veteres quisquam usitatum id reperiet, ut citra usum manicas habuerint, quemadmodum nobis Magister persuadere conatur. Vana itaque & falsa illa observatio de tribus tunicarum generibus. apud veteres tunicarum aliæ manicatæ sive manuleatæ fuere, quas Græci χειριδωτὰς vocant, quod χειρίδας sive manicas haberent. tales erant muliebres, & apud barbaros plerosque etiam viriles, ut apud Pœnos: aliæ sine manicis, quales Romanorum Græcorumque.

Has Græci κολόβια & κολοβίωνας appellant, quasi dixeris truncas & mutilas tunicas; non quod manicis prorsus carerent, sed quod ita breves haberent, ut vix ad ima cubiti pervenirent: cujusmodi etiam manicas habuisse colobia monachorum testis est Cassianus. Tales videre est in antiquis statuis tunicatis. at manuleatarum tunicarum manicæ usque ad καρπὸν manus pertinebant. unde & καρπωταὶ dicebantur. quæ porro manicas habebant, eæ etiam ut plurimum talares erant, sicut observavimus ad Historiæ Augustæ scriptores. Ut hinc etiam conjicere liceat tunicas veterum Carthaginiensium, quæ cum manicis erant, etiam talares fuisse, contra quam sui temporis Carthaginensibus probare nititur Tertullianus.

Sed nec cingulo sinus dividente expedita atque quadrata instita] Cave putes ore suo heic loqui Tertullianum, aut stilum hunc ejus esse: ita eum scripsisse voluere correctores, non bona manu, sed nec prorsus bona mente: quod ut verum scias esse, prima editio sic habet: *sed nec cingulo sinus dividere expeditum beate quadrata justitia. In viris stabant pallii extrinsecus habitus, & ipse quadrangulus.* Ita etiam nullo apice plus aut minus noster Codex legit, nisi quod *pallium* in eo scriptum est pro *pallii*. ex illis verbis hæc nobis monstra peperere. Nos nulla mutatione nisi interpunctionis, egregie hunc locum restitui posse speramus: ita igitur legimus: *quod neque trans crura prodige, nec intra genua verecunde, nec brachiis para, nec manibus arcta, sed, nec cingulo sinus dividere expeditum, beata quadrata justitia in viris stabant. Pallium extrinsecus habitus, & ipse quadrangulus.* Laudat tunicas Carthaginensium à mensuræ temperamento, hoc est συμμετρίας,

τελίαν, quam ipse *justitiam* eleganter vocat: quod nec intra genua inverecunde subducerentur, nec trans crura usque ad talos immodeste profunderentur, nec manicas nimis strictas aut artas haberent, sed quadrata moderatione beatæ, sine cingulo in viris starent: quod nimirum ita justæ essent, & temperatæ longitudinis, ut cingi opus non haberent, hoc ipso beatæ, quod tormento zonæ vacarent, ut infra loquitur: nec enim expeditum cingulo sinus dividere, sed molestum & morosum, & properantibus incommodum. Hæc nunc per partes explicemus.

Sed, nec cingulo sinus dividere expeditum, beatæ quadrata justitia] Hæc verba, *nec cingulo sinus dividere expeditum*, quasi per parenthesin legi debent, & est loquutio Græcanica; sic enim accipiendum quasi scripsisset, *sed cum nec cingulo sinus dividere expeditum sit, beatæ quadrata justitia in viris stabant.* ἀλλὰ μηδὲ ἐν ἑτοίμῳ ὂν ζώσασθαι, ἄζωστοι ἵσταντο. Ita Græci loquuntur passim. οὐκ ἔτοιμον ὄν, pro, οὐκ ἐτοίμου ὄντος. παρακείμενον ἡμῖν τοῦτο ὄν, pro, παρακειμένου ὄντος. ἐξὸν τοῦτο ποιήσασθαι, pro, ἐξόντος. παρὸν φιλίως ἀπαλλάττεσθαι, & similia sexcenta. sic etiam infra loquutus est Tertullianus: *post demum sapientiam, haud dum licitum, præreptam potitur.* id est, cum haud dum licitum esset. ita hoc loco, *nec expeditum cingulo sinus dividere*, Græca figura positum est, pro, cum expeditum non sit. Veterum porro Pœnorum tunicas sine cinctu fuisse plus quam exploratum est. Hinc *discinctus Afri* Virgilio. Plautus in Pœnulo de Hannone Carthaginensi, *is qui zonam non habet.* Expeditiores tales tunicas vult esse Tertullianus, quæ non cingerentur. tardum enim festinantibus tunicam cingulo corripere, & sinus di-

dividere, & zonam ligare. Hinc illud Ησιόδειον:

Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσωντο δὲ πηοί.

At tunicas Carthaginiensium ideo cinctura non opus habuisse Tertullianus scribit, quod justæ mensuræ essent; longioribus enim tunicis quales erant Romanæ, cinctum esse necessarium, ut suspenderentur, ne demissæ ad terram fluerent. Infra de tunicis Romanis quas tunc Carthaginenses usurpabant: *exinde tunicam longiorem cinctu arbitrante suspenditis.* & cap. v. *dehinc diluculo tunica prius cingulo correpta, quam præstabat moderatiorem texuisse.* Beatas igitur hoc nomine prædicat antiquorum Carthaginiensium tunicas, quod propter mensuræ suæ justitiam & temperamentum, cingulo corripi corrigique necesse non haberent. tormentum siquidem non leve cingi. idem infra de Pallio: *si quid interulæ subter est, vacat zonæ tormentum.* Nam interulæ, quas sub pallio philosophi habebant, non cingebantur. beatas igitur tunicas vocat, quæ tormento illo zonæ carebant.

Beatæ quadrata justitia in viris stabant] Apparet Helvetios fuisse qui quadratam heic nobis institam, pro quadrata justitia supposuerant, & de fasciis intellexerant, quibus variegantur Helvetiarum mulierum vestes. quod satis ridiculum est. quadratam justitiam vocat tunicarum Africanarum, quod & quadratæ ipsæ essent haud minus quam pallia. Id sequentia manifesto declarant: *Pallium extrinsecus habitus, & ipse quadrangulus.* aliquid igitur præcesserat de quadratis tunicis, cum dicat ibi Pallium extrinsecum & exteriorem habitum, quadrangulum & ipsum esse, haud minus quam interiorem, & intrinsecum, hoc est tunica. Nam tunicæ interior habitus, ut pallium exte-

exterior. tam pallium igitur quam tunicas Carthaginiensium veterum quadrata sive quadrangula fuisse ex hoc loco liquet. quo sensu quadratæ & quadrangulæ vestes dicebantur veteribus, paulo post explicabimus, ubi de quadrangulo pallio agemus.

Quadrata justitia] Iustitiam vocat τὴν συμμετρίαν vestis. *mensuræ temperamentum* supra dixit, *moderationem* inferius. temperatæ ac moderatæ sunt vestes, quæ nec justo longiores, nec breviores. *justas* Latine liceat vocare; atque ita etiam vocarunt, Græci σύμμετρους. sic *justa toga* apud veterem Persii scholiastem: *justa togæ mensura, sex ulnæ. justa statura* Suetonio: *statura, quæ justam excederet, latus ab humeris & pectore.* & *justa forma* apud Lampridium pro eodem. sic *justus orbis* annuli Ovidio, qui nec nimium laxus est, nec strictus:

Tam bene conveniat, quam mecum convenit illi,
Et digitum justo commodus orbe teras.

Ita Græci δίκαιον usurpant: δικαίαν ἐσθῆτα vocant, quæ sic ad corpus apta est, ut nec fluat, nec strangulet. δικαίαν γῆν, natum justum, qui tam æquali temperamento faciem dividit, ut nec suspensus sit, nec propensus. Pollux lib. IV. ὅτι δ' ὀρθοῖνθος, δικαία ῥὶς, ἐξ ἴσου τὸ πρόσωπον διαιρούσα. Plutarchus in libro de Iside & Osiride, justam Nili ascensionem vocat, quæ media est inter maximam & minimam: ἡ δὲ μετὰ Μένδητα καὶ Σόϊν βραχυτάτη, πηχέων ἓξ πρὸς τὸν δίχοπμον· ἡ δὲ μέση μετὰ Μέμφιν ὅταν ᾖ δικαία, δεκατεσσάρων πηχέων πρὸς τὸν πανέλληνον. Eleganter igitur justæ tunicæ mensuram, quæ nec longior æquo, nec justo brevior esset, *justitiam* dixit Afer noster.

In viris stabant] Ideo *in viris* addidit, quia hujus-

modi tunicæ, quales descripsit, manicatæ, & discinctæ, mulierum potius esse viderentur quam virorum. at apud Carthaginenses, olim tales erant & viriles. Perperam autem in editionibus ex conjectatione somniculosa correctorum hodie legitur, *In viris autem pallii extrinsecus habitus*. Inde illa tormenta interpretum laborantium reperire, cur Tertulliano libuerit heic pallia virorum distinguere à muliebribus, cum de solo virili habitu tantum loquatur. Dixisse ergo nunc Tertullianum censent, *in viris autem pallii*, ad differentiam pallii muliebris, quæ palla est. quod ineptissimum est. quasi & re & nomine non differat pallium à palla. quid igitur opus distinguere? palla nunquam de virili pallio dicitur. at præter pallam pallia etiam fuere muliebria sic proprie dicta, quæ à virorum pallio, de quo hic sermo est, longe discrepabant. fuere etiam quædam pallia virorum & mulierum communia, quibus & viri & mulieres sine reprehensione uti possent, ut est apud Ulpianum, l. XXIII. *de auro & arg. leg.* Pallium etiam vox generalis est apud Latinos & cujuscunque generis vestibus tribuitur. at pallium cum strictius sumitur, ut hoc loco sumi debet de pallio Græcanico, & philosophico, nihil ad mulieres quicquam attinuisse certum est. nec opus utique habuisset addere Tertullianus, *in viris*, ut à muliebri pallio illud discerneret. Sed de tunicis, ut jam dixi, non de pallio hæc dicuntur à Tertulliano, & ob eam quam dixi causam. Bonis viris imposuit vitiosa hujus loci distinctio.

In viris stabant]. Stare proprie de tunicis quæ non cinguntur, quales erant Punicæ. hinc Græcis

cis σάδιοι & ὀρθοσάδιοι & σατοὶ χιτῶνες hujusmodi tunicæ. Grammatici Græci: ὀρθοσάδιος χιτὼν ὁ μὴ ζωννύμενος· ὀρθοσαδίας ἢ σὺν τριάτης Αἰσχυλίνης καλεῖ. Callimachus:

---- σάδιον δ' ἐπὶ ἕσο χιτῶνα.

Hesychius: σάδιος χιτών, σατός. idem alibi: ὀρθοσάδιοι χιτῶνες, οἱ σατοὶ, ἀπόκομμα οὐκ ἔχοντες. vir magnus ad Phrynichum ἀπόκομμα in tunicis exponit præcincturæ locum, quod illæ tunicæ in loco cinctura essent intercisæ, & partes inferiores superioribus adsutæ. quod nequaquam convenit. Metaphora est ab insectis animalculis, quæ ab ea parte qua insectionem habent, graciliora sunt. Hoc autem zona præstat in tunicis quæ præcinguntur, ut ab ea parte qua cinctus est, graciliores homines reddat. at σατοὶ χιτῶνες, puta qui non cinguntur, toti ab summo deorsum unius, ita dixerim, rectura sunt, nec ullam habent intercisionem aut ἀπόκομμα. tales sunt σφῆκες, graciles in medio; hinc homines, σφηκοὶ dicti, & σφηκώσασθαι pro cingere: & σφήκωμα, δεσμὸς vel cingulum: zona quippe σφηκοῦς homines, id est graciles in medio reddit. inde & *cinguli* quoque Latinis dicti gracilioris staturæ homines. Ex his explicandus Hesychius qui σατοὺς χιτῶνας ἀπόκομμα non habere scribit. σατοὶ autem dicti & σάδιοι quod in hominibus starent hujusmodi tunicæ, ut hîc loquitur Tertullianus. uno siquidem ac perpetuo rigore à summo ad imum descendunt, ut stare videantur in corpore. tales erant citharœdorum, & tragœdorum tunicæ. Plutarchus in Alcibiade: ἐφ' ᾧ Δᾶρις ὁ Σάμιος Ἀλκιβιάδην φάσκων ἀπόλογον ἔδ', ὅτι σπεύδῃσι τύπτειν, αὐλεῖν μὲν ἐπιστάμενον τοῖς ἱλαύνουσι Χρυσόγονον τὸν Πυθονίκην, κελεύειν

ἢ Καλλιπατίδην ἢ τ τραγῳδῶν ἐσθῆτα, σατὰς καὶ ξυρίδα καὶ τ ἄλλον ἀναγώνιον ἀμπεχόμενον κόσμον. interpretes ibi σατὰς, *cothurnos* verterunt. prorsus male, cum tunicæ sint rectæ, quales tragœdorum & citharœdorum. insignis de his locus apud Arrianum in dissertationibus Epicteti, sed insigniter corruptus. sic igitur lib. 11. ὡς ὁ κιθαρῳδὸς οἶδε κιθαρίζειν· ἀλλὰ καλῶς τὸ ἔχει καλὸν, καὶ ὁμοίως εἰσερχόμενος & τρέμει, ταῦτα γὰρ οἶδεν. legendum: ἀλλὰ καλῶς, σατὸν ἔχει καλόν. Isidorus *statum* scenicam vestem interpretatur in differentiis: *inter statum, & staturam. statum, quæstionem vel scenicam vestem: staturam, quamitatem cujusque rei.* quas autem Græci σταδίας & σατὰς vel ὀρθοσταδίας vocant, Latini *rectas tunicas* videntur appellasse, aut sane ita videntur appellari posse. Non enim sum nescius aliter rectam tunicam exponere Latinos Grammaticos. qua de re diximus ad Historiæ Augustæ scriptores.

Pag. 2. *Pallium intrinsecus habitus*] Ita correximus ex veteri nostro codice, quam verissimam lectionem, nemo negaverit, postquam tunicam descripsit veterum Pœnorum, ad pallium transit, & extrinsecum habitum vocat, quia tunica intrinsecus. supra omnia vestimenta pallium, & omnium extremum. *ultimum habitum* vocat Cassianus. Græci ἐπιβλήματα dicunt, τὸ ἐπάνω πάντων βεβλημένον. *quod supra omnia vestimenta sumitur*, ut loquitur Marcellus in voce *Lana*. tunicæ interiores semper, & subter habitæ. hinc illa tunicarum vocabula, *subucula, interula, intusium.* Græci quoque recentiores ἐσωτίριον pro tunica usurparunt. Hinc illæ tunicæ longæ quæ sub pallio vel toga habentur, *subtana* nobis dictæ. Sed quod Ter-

Tertullianus hoc loco pallium apud Carthaginenſes & Afros antiquos extrinſecum habitum fuiſſe dicit, & ſupra tunicam accipi ſolitum, haud ſcio an illi fides temere habenda ſit. Si habemus, certe deroganda eſt ceteris omnibus antiquis ſcriptoribus, qui tunicatos quidem veteres Pœnos ſemper agnoſcunt, nuſquam palliatos, ut tunicas habuerint absque pallio; & ſic tunica, non pallium, extrinſecus apud illos habitus fuerit. Ennius *tunicatam* Carthaginenſium *juventutem* dixerat, non dicturus ſi ſupra tunicam pallium habuiſſet, ſed quod tunicas tantum haberent, eo *tunicatam* appellavit. Varro Meleagris apud Nonium: *Quum etiam Thais Menandri tunicam dimiſſam habeat ad talos. Ennius probro Carthaginenſium tunicatam juventutem voluit dicere.* Pallium ſupra tunicam amictui non habuiſſe Pœnos longe clarius ex Plauti comœdia Pœnulo oſtenditur. In ea ſervus advenientem Hannonem Carthaginienſem tunicatum conſpicatus, in hæc verba prorumpit:

Sed quænam illæc avis eſt, quæ huc cum tunicis advenit?
Nummam ita a balneis circunductus pallio?
Facies quidem adepol Punica eſt.

An non ſatis ex his conſtare poteſt Pœnos tunc temporis tunicatos ſine pallio fuiſſe? aſſimilat eum homini qui pallium in balneis amiſerit, & cum ſola tunica domum ſe recipiat. ſcena ſequente *tunicatum hominem* vocat:

Noviſtin tu illum tunicatum hominem qui ſiet?
G. I. Herus meus hic quidem eſt, meorum alumnorum pater.
Hanno Carthaginienſis.

Tunicatus dici non solet, nec possit nisi de eo qui sola tunica indutus sit. sic statuæ tunicatæ, in tunica positæ, nullo alio habitu præter tunicam, eoque diversæ à palliatis & togatis. plebs quoque infima Romæ vulgo tunicata sine ullis lacernis, aut togis. Horatius:

Vilia vendentem tunicato scruta popello.

Ita enim nunc malim interpretari, quam quomodo olim de pænulis. In municipiis etiam vulgo tunicati Romani absque togarum usu. Juvenalis:

Conveniunt tunicæ summis ædilibus albæ:
Nemo togam sumit nisi mortuus.

Hinc illud Martialis:

----- ô tunicata quies,

de vita municipali. sic tunicati olim Carthaginenses absque pallio. Ut ut sit, quod de pallio Carthaginiensium hîc tradit, unde expiscatus sit nescio. Pallium sane quod ab eo heic describitur, mere Græcanicum fuit, & Græcorum proprium. an & Afrorum? sed quis veterum id prodidit? Hæc magis mirari possum quam explicare, qui nunquam legi vetustos Carthaginenses palliis usos esse, quos contra constat ex iis quæ paulo ante attulimus, tunicarum demissitiarum & talarium usum, sed sine pallio, habuisse. De novis Carthaginiensibus non dubitem, quin Græcorum hominum rerumque commercio, pallii quoque cum ceteris artibus Græcanicis, notitiam & usum habere cœperint antea sibi prorsus incognitum. Nam & cæremonias è Græcia multas acceperunt. ut Æsculapii, cui sacerdotes Græcorum habitu palliati ministrabant. Gymnasium præterea, & studia palæstræ indidem habuisse testis

stis Tertullianus in hoc ipso opere cap. IV. & in Scorpiaco his verbis: *agonas istos, contentiosa sollemnia & superstitiosa certamina Græcarum & religionum & voluptatum, quanta Græcia sæculum celebret, etiam Africæ liquit. Adhuc Carthaginem singulæ civitates gratulando inquietant, donatam Pythico agone post stadii senectutem.* Hæc Græcanica exercitia sine pallio celebrari ac frequentari mos non erat. Nam quis in gymnasio & palæstra versatur cum toga? Sed, dicet aliquis, si multus usus pallii, & penes multos jam tum apud Carthaginienses erat, cur hunc habitum in Tertulliano tantopere damnabant? Sciendum est, inter pallium elegantiorum Græcorum, & pallium philosophicum, hoc est τρίβωνα, differentiam fuisse. Tertullianus philosophi habitum sumpserat cum à Carthaginensibus suis audiit, *itane à toga ad pallium?* non commune Græcorum pallium, sed hoc philosophicum vulgo infamabant tunc temporis homines, propterea quod multi sub illo habitu impostores laterent, qui fucum faciebant, & philosophiæ studium ementiebantur, cum plani essent, & nihil minus quam philosophi. Hinc Christianorum ἀσκηταὶ, qui illum habitum propter humilitatem & vilitatem frequenter usurpabant, vulgo à gentibus χαυκὶ ἀπὸ θέτου per convitium vocabantur, quasi qui sub vili palliolo impostura hominibus facere pararent, ut plerique ex Græcia philosophorum. At Tertullianus ἀπὸ θέσει serviens non distinxit inter utrumque pallium, sed quasi generaliter pallium Græcanicum à Carthaginensibus improbaretur, probare nititur illos olim palliatos Græco more fuisse, & male facere quod pallii usum in quoquam carperent, qui proprius quon-

quondam habitus ipsorum fuerit. Omnino quæcunq; de pallio & tunicis Carthaginiensiũ heic à Tertulliano prodita sunt, oratorie magis, quam historice ab eodem excogitata fuisse opinor.

Pallium, extrinsecus habitus, & ipse quadrangulus] Ergo & quadrangulæ quoq; illæ tunicæ, de quibus dixit. quo enim hæc referas, non habes, nisi præcesserit de quadratura tunicarum, ut non minus quadrangulum fuisse pallium dici queat, quam tunicæ. Tunicas illas, *quadrata justitia beatas* dixit. quadratæ itaque, sive quadrangulæ, ut pallium. at *insutas quadratas* pro tunicis, subrogaverant correctores. quadræ vestes, & quadratæ & quadrangulæ sæpius in veterum scriptis occurrunt, ut apud Græcos τετράγωνα ἱμάτια, quæ à rotundis diversa esse certum est. sed quæ ratio discriminis aut diversitatis fuerit, nemo adhuc explicavit. nihil tam dispar quam quadratum rotundo. rotundum est quod angulos non habet. quadratum non potest esse sine angulis. vestes igitur quæ angulos non haberent, eas rotundas fuisse, atque ita dictas esse, non verisimile, sed verum est. angulum in veste vocabant, partem extremam vestis, ubi aperta est, quæ in acumen desinit, tam in ima vestimenti ora quam in summa. vestes igitur, quæ circa imas oras apertæ non erant, sed undique concluſæ, & commissæ, hujusmodi angulos nullos habent, & rotundæ propterea dictę sunt, Græcis κυκλοτερεῖς. tales erant olim mulierum cyclades, quas nunc *zupas* vocamus. sunt enim plane pleneque rotundę, & nullum habent angulum, quia undiquaque clausę per extremum ambitum. rotundis contrarię quadratę. eę ab summo ad imum

apertę.

Digitized by Google

apertę. unde quattuor angulos habuiſſe neceſſe eſt. duos in ima ora, duos in ſumma. hinc quadrangulę dicebantur. tale pallium Grecorum fuit, & pallia fere omnia muliebria. Feſtus: *ricinium, pallium muliebre quadratum.* pallam quoque quadrum pallium interpretantur Grammatici. ſaga quoque militaria, quadrata, & ſaga Gallica, & paludamenta imperatorum. de quarum veſtium forma nos alibi ſingillatim. At toga Romanorum rotunda erat. ideo *pallium teres* eam vocat paulo poſt Tertullianus. Hæc nullum angulum in imo habebat, ſed cohibili circumcirca remeans ambitu, & elauſa undique, omnia corporis contegebat. Hanc quadratarum & rotundarum veſtium differentiam mihi confirmavit Ammonius, cujus hæc verba ſunt: χλαμὺς καὶ χλαῖνα διαφέρει, καθὸ δηλοῖ πολλῶν ἀπέδειξε Δίδυμος ἐν ὑπομνήματι δευτέρῳ Ἰλιάδος· ἡ μὲν χλαῖνα ἡρωϊκὸν φόρημα· χλαμὺς δὲ μακεδονικὸν μὴ ἐξακόσια ἔτη τῶν ἡρωϊκῶν ὀνομασθεῖσα Σαπφοῖ, αὐτὴ δὲ μέμνηται τῆς χλαμύδος· διαφέρειν φησὶ καὶ τῷ ἡμιαλὲς. ἡ μὲν δὲ χλαῖνα φησὶ τετράγωνον ἱμάτιον, ἡ δὲ χλαμὺς εἰς τέλειον σῴζει τὰ κάτω συμπίπτει. Vides veſtimentum, quod σῴζει τὰ κάτω συμπίπτει, & circa extimam oram totum circumcluſum eſt, opponi quadrangulo amictui. nihil certius eſt. quæ talia ſunt, angulis plane carent. contra, quæ aperta, γωνίας habent, & ea ſunt quæ Græce πτερύγωνα vocantur. γωνίας, id eſt angulos veſtium, iidem Græci etiam πέρυγας appellabant, & πτερύ. Heſychius: Θετταλικὰ πτερύ· τοῦτο εἴρηται διὰ τὸ πέρυγας ἔχειν τὰς θετταλικὰς χλαμύδας· πέρυγες δὲ καλοῦσι τὰς ἑκατέρωθεν γωνίας διὰ τὸ ἐοικέναι πτέρυξι. Hujuſmodi πέρυγας ſive γωνίας duas ab utroque latere pal-

lium

lium habebat in parte inferiori, duas in superiori. inde quadrangulum vel πτεράγωνον. sed πέρυγας proprie vocabant Græci angulos illos qui circa imum vestis, ab alarum similitudine. aperti siquidem & divisi in medio vestimenti partes ab utroque latere fluitantes avium alas plane referunt. Hesychius: πέρυγες, εὐθυωτῆρες, τὰ πηδάλια, καὶ μέρος χιτῶνος, τὰ ὦλε τὰ κρέασθαι. dicit πέρυγας tunicæ partem esse circa infimas oras. idem alibi περύγια τὰ ἄκρα τῶν ἱματίων interpretatur. τὰ ἄκρα sunt γωνίαι. Pollux lib. VII. cap. XIV. μέρη δὲ ἐσθήτων πέρυγες μὲν καὶ περύγιον τὸ ἥμισυ ἢ χιτωνίσκου. περύγιον vocat dimidiam partem tuniculæ, quia ut aves singulæ binas habent alas, sic etiam hujusmodi tunicæ quæ per medium apertæ sunt, duas ab utroque latere partes habent, quæ avium alas imitantur, atq; inde περύγια vocantur, quarum utriusque acumen extremum, γωνίαν facit, quæ & ipsa etiam πέρυξ vocatur. nam περὸν & πέρυξ cujusque rei summitatem, & acumen apud Græcos significat. idem Pollux lib. eod. cap. XIII. ὁ δὲ ἀριστὸς χιτὼν περόναις καὶ σοῦ ὦμους διῆρτο· ὁ δὲ ποδήρης καὶ τὰ σέρνα ἐνήπλετο. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ὁ τῆς παρθένου οὕτω χιτωνίσκος, ἔστι δὲ καὶ λύσιπους ἄγρι πινὸς ταῖς πέρυγας ἐκ τοῦ κάτω πέζης παρέφαινον σοῦ μηρούς· μάλιστα αἱ Σπαρτιάδες, ἃς δηλῶν τοῦτο φαινομηρίδας ὠνόμαζον. Hujusmodi πέρυγες in rotundis vestibus, & totis ab imo circumclusis, nullæ inerant, ut nec ullæ γωνίαι. sola igitur quadrata vestimenta tales πέρυγας habuere, quæ fibulis vel in humero vel in pectore tenebantur, & aperta erant. Hæc συρράπτα Græci & συμπόρπητα vocabant: ut contra ἄρραφα, quibus nullæ commissuræ, utpote quæ ab omni parte conclusa & continuata essent. talis

Do-

Domini nostri tunica ἄρραφος, ut nos alibi explicavimus. Spartanarum autem virginum amicula aperta erant, & multum corporis apparebant; ideo πέρυγας habebant. nam fibula stringebantur in pectore. Hesychius: Διαζωννύειν γυμνάζεσθαι, ἀπὸ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ παρθένων, αἵτινες χορεύουσιν ἱματίδιον ἔχουσαι περιτετμημένον ἀμφοτέρωθεν πρὸς τὸ φαίνεσθαι τὸ πολὺ τῶν σωμάτων. tales fuere Carthaginiensium quadratæ tunicæ. In iis, cum ab summo ad imum apertæ essent, duæ partes sive πέρυγες, ab utroque latere vage fluitantes, & volitantes, avium alas referebant. Hinc servus Plautinus Pœnulum in comœdia cognomine, sic tunicatum avem appellat ab hujusmodi alis:

Sed quæ nam illæc avis est, quæ cum tunicis huc advenit?

Ridiculi sunt & imperiti qui tunicarum manicas alas esse interpretantur. alæ in tunicis non aliæ fuere, nec aliter dictæ, quam quas diximus. Has & Græci πέρυγας appellant, & γωνίας in vestibus & tunicis quadratis, quibus utique carebant rotundæ & teretes. sic ex definitione quadrati vestimenti, haud minus quadratæ Carthaginensium tunicæ, quam pallium, quod Græci passim τετράγωνον ἱμάτιον vocant, sed & unica voce τετραγώνιον. *Tetragonium*, pro pallio in veteribus Notis Tironis & Senecæ, cap. de vestimentis.

Ab utroque laterum regestus] Ab utroque laterum, pro ab utroque latere. sic apud eumdem alibi, *quo laterum*, pro quo latere. Pallium ab utroque latere regestum est τὸ ἑκατέρωθεν ἀναβεβλημένον τὸ ἱμάτιον ἀναβεβλημένος, & τὸ ἱμάτιον ἀναβεβλῆσθαι Græcis dicitur, qui pallium sic ab utraque parte regestum gerit. Hinc ἀναβολὴ & ἀνα-

ἀναβόλαιον, pro pallio. Glossæ: ἀναβολή, *amiculum, amictus.* ἀναβόλαιον, *amiculum.* dicebatur & *anaboladium*, ut in veteribus glossis Latinis lectum nobis est. Hoc χῆμα pallii utrimq; regesti, communis habitus elegantiorum Græcorum, καὶ τῶν πολιτικῶν fuit. Partem enim utramque pallii retrorsum jaciebant, ita ut tota quæ subierat tunica, pateret. pallium ipsum cervicibus circumstrictum morosiusque in rugas plicatum, & ordinatum, fibulæ morsu in humeris tenebatur. Græci philosophi, & præcipue Cynici aliter τριβώνιον suum vestiebant; totos enim se pallio obvolvebant. Partem siquidem pallii de sub dextro humero super sinistrum rejiciebant, & sic exclusso dextro, obvelato sinistro humero erant. Atque hæc pallii duplicatio est, quam primus instituisse fertur Diogenes. de qua inferius ad cap. v.

Cervicibus circumstrictus] Ita libri omnes: & recta hæc lectio est. Magister tamen Parisiensis legebat, *circumstructus*, & peccare asserebat qui legerent *circumstrictus*, quia nihil pallio circumstringitur. Tertullianus infra cap. v. de pallio: *ceterum qua in humerum adhæret, nihil circumfulcit, nihil circumstringit.* Sed ne quid errent tirones tanti magistri auctoritate inducti, Tertullianus ibi de philosophico & Cynicorum pallio loquitur, cujus facilitatem & commoditatem ita commendat, ut nihil expeditius esse dicat, & minus in vestiendo morosum. Adi locum, & videbis de duplici Cratetis pallio, hæc illum ibi dicere. nihil circumfulcit, inquit, ut toga, nihil circumstringit, ut pallium vulgare. de toga paulo infra: *& pallii jam teretis redundantiam tabulata congregata*

gata tabulatione fulcitur. de pallio vulgari hoc loco; *pallium, extrinsecus habitus & ipse quadrangulus, ab utroque laterum regestus & cervicibus circumstrictus.* Hoc est pallium, cujus instar Æsculapii sacerdotes amictos fuisse scribit. de cujus morosa ordinatione cap. IV. ita habet: *cum ipsum hoc pallium morosius ordinatum, & crepida Græcatum Æsculapio adulantur.* At in Cratetis pallio sive Diogenis, nihil morose ordinatum, nihil curiose circumstrictum. pallium elegantiorum circa cervices studiose & cum cura in rugas dispositum & strictum erat, morose ordinatum. Hoc enim significat stringi & circumstringi. Inde *stricta frons*, Apulejo, rugis caperata & contracta. & *stricta tunica* Hieronymo, ἡ συλλογὴ, in rugas formata, quas Græci συλλόγας vocant. Hujusmodi rugæ etiam in toga struebantur, quæ in tabulas deductæ, & in unum congregatæ, & contabulatæ umbonis instar efficiebant, & redundantiam togæ fulciebant. Hinc *circumstringi* de pallio, *circumfulcire* de toga dixit. Hæc distinctio pallii communis & philosophici non observata, pluries errandi doctissimis interpretibus ansam præbuit in hoc opere.

In fibulæ morsu humeris acquiescebat] In fibulæ morsu est per fibulæ morsum. sic Græci ἐν ξίφει, pro διὰ ξίφους. sic idem de virginibus velandis: *& in acu lasciviore comam sibi insexunt.* hoc est, per acum lasciviorem. Attice hoc dictum volunt. profecto si Atticismus hic est, Attice loquuti sunt omnes enim infimæ ætatis auctores in quorum scriptis est loquutio frequens. Isidorus: *Calamistrum instrumentum in quo torquentur capilli.* Veteres Glossæ Philoxeni: *Atramentum*, μέλαν ἐν ᾧ γράφομεν, *in quo scribimus.* sic apud Nonium Marcellum

cellum, *in notis puncti*, pro, compuncti notis: *Stigmatias*, inquit, *in notis punctos veteres appellarunt*. sic apud Marcianum; *percutere in gladio*. Dig. ad leg. Cornel. *nam si gladium strinxerit, & in eo percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse*. aliquando *de* pro *in* usurparunt eodem sensu. sic *pilos sibi de resina tollere*, apud Iuvenalis interpretem veterem; & *de canna porcellum occidere*, apud Marcellum Empiricum, pro canna occidere: apud eundem, *de fascia constringere*. aliquando etiam præpositionem *ad* in eadem significatione ponebant: inde illæ loquutiones Vegetio familiares, *ad ballistam lapides jacere*, pro ballista: *ad fundas*, pro fundis: *ad pila pugnare*, pro pilis. & apud hunc nostrum, *ad acuta pugnare*, pro acutis. sic *ad vectes ferire*, pro vectibus: *ad cornu infundere*, apud Marcellum Empiricum. Ita plane eodem sensu dici posset *ad calamistros capillum torquere*, *in calamistris*, *de calamistris*, & simpliciter *calamistris torquere*, & *per calamistros*.

In humeris acquiescebat] Hoc de pallio communi Græcanico, quod in humeris fibula nexum sedebat, & utrumque humerum advelabat. Hoc de philosophico dici non poterat: nam excluso sinistro, dextrum tantum humerum includebat, unde ἐξωμὶς dicebatur: & ἐξωμίαι qui gestabant, quod exerto essent humero, ut pluribus infra dicturi sumus. Pallia autem & saga virilia fibula in humeris retinebantur, ut mulierum in pectore. Varro:

Sed neque aptum mollis humeris fibulam sagus ferret.

περόνην & πόρπην, ita quidam ex Græcis distinguunt, ut περόναι sint humerales, πόρπη vestem ad pectus stringat. ἐπώμιοι περόναι dicuntur Luciano in Dialogo, Ἔρωτες ὁρᾶτε ἀναστὰς ὁπηνίκα ἀζύγως κοίτης,

κείτης, τὴν ἱερὰν χλαμύδα τοῖς ἐπωμίοις περόναις συμ-
ράψας, ὅτε τὰ μυστήρια ἐορτὰς ἐξέρχεται. Sed de tota hac re alibi. Isidorus interdum non malus auctor dum bonos sequitur: *Fibulæ, sunt quibus pectus fœminarum ornatur, vel palliũ tenetur viris in humeris, seu cingulum in lumbis.* ita legenda sunt & distinguenda hæc ejus verba, quæ ad hunc locum attulerunt, ut corrumperent. nam male legunt: *seu cingulo in lumbis mulierum.* quod imperitius confirmare voluerunt istis Petronii: *Enothea incincta quadrato pallio.* quæ prorsus ἀπροσδιόνυσα sunt. Cingulum in lumbis teneri dicit Isidorus de eo cingulo, quod paulo post *cingulum renum* vocat, ac de cingulo monachorum intelligit, qui ἀναλαβὸς Græce dicebatur. redimiculum etiam & brachile, & rebrachiatorium Latine vocabant. Isidorus paulo post: *redimiculum est, quod succinctorium sive bracile nuncupamus, quod descendens per cervicem, & à lateribus colli divisum, utrarumque alarum sinus ambit, atque hinc inde succingit, ut constringens latitudinem vestis ad corpus contrahat. hoc vulgo bracile quasi brachiale vocant, quamvis nunc non brachiorum sed renum sit cingulum.* Hunc locum ita ex conjectura, & membranis Palatinis emendatum referimus, qui vulgo mendosus circumfertur. *Cingulum in lumbis*, & *cingulum renum*, pro eodem. & erat monachorum, quod *bracile* vocat Isidorus, Cassiano dicitur *rebrachiatorium*: sic enim de monachis Ægyptiis: *gestant enim resticulas duplices, laneo plexas subtegmine, quas Græci ἀναλάβους vocant: nos vero succinctoria, seu redimicula vel proprie rebrachiatoria possumus appellare.* atque hæc obiter.

Instar ejus hodie jam vestro Æsculapio sacerdotium est.] Male *jam vestro*, pro etiam vestro heic acci-

piunt: *etiam vestro*, inquiunt, *non Græciæ tantum aut Romæ.* immo *jam vestro*, qui jam vester est, cum prius Pergamenorum fuerit, deinde & Romanorum. sic obiter ostendit, multa Carthaginienses suos in religione & in vestitu jam habere, quæ olim non habuerint, ut Æsculapii cultum, & togam: ut contra quædam apud illos desita esse, quæ quondam in usu fuerint, ut hoc pallium. Æsculapius olim Pergamenorum erat duntaxat, apud quos impensissime colebatur, postea fuit & Romanorum, nunc jam vester est, inquit, sic toga quæ quondam Pelasgorum fuerat, postea cœpit esse Romanorum, jam vestra nunc est. Hoc paulo post dicit. Atque hæc mens Tertulliani. Nec illud item rectum est, quod *sacerdotium*, pro *sacerdotium* positum arbitrantur. id quomodo procedat, non video. hoc viderint acutiores & γραμματικώτεροι. *Sacerdotium* heic pro sacerdotum cœtu sive collegio: ut *presbyterium*, pro presbyterorum. sic *famulatum*, & *servitium*. Instar ejus pallii jam vester Æsculapius sacerdotes habet: ad hoc exemplum Æsculapii vestri sacerdotes amicti sunt. Hic sensus illorum verborum.

Et si cubi alibi in Africa Tyros.] Haud dubium est quin de Adrumetro intelligat, quam & ipsam Tyriorum in Africa coloniam esse nemo nescit. quod autem *si ubi* ideo dixisse Tertullianum putant, quia res non extra controversiam, magnopere falluntur. Adrumetum, Tyri coloniam esse, nullo modo dubium aut controversum. Sed Tertullianum parum triverunt. Hæ loquendi formæ dubitationem apud illum non faciunt, sed asserunt. *si quis*, pro aliquis. *si cubi*, pro ubi. *si forte*, pro forte. De habitu muliebri: *sed si quid de*

mari

mari Britannico, aut Indico ambitio piscatur, concha genus est. si quid piscatur, hoc est, quod piscatur: nam aliquid piscari ex Indico mari ambitionem satis certum est, nempe conchas margaritiferas. Sic in Apologetico: *Demetrius Phalereus, & rex Iuba, & Appion & Thallus, & si quos istos aut probat aut revincit Iudæus Iosephus Iudaicarum antiquitatum vernaculus vindex.* Si quis istos revincit, pro & qui istos revincit: nam *si quis* ille est Iosephus, & eum disertim nominat infra: *imbres ruunt, & si qua missilia cum imbribus.* id est, & aliqua missilia cum imbribus. ita & *si quando* usurpavit in libro de anima, pro, aliquando. ita in jure noſtro, *si quis melior*, pro, aliquo melior. ita plane hoc loco, *sæculis in Africa Tyros.*

At cum sæcularium sortium domina fortuna] Hanc dominam fortunam hic nobis statuerunt correctores, quæ nulla comparet in veteribus libris. Prima editio quam juxta scriptorum exemplarium fidem publicavit Rhenanus, habuit: *sæcularium sortium varia vicissitudo.* ex quo ipse in eo contextu, quem per conjecturas emendatum seorsim curavit edendum, fecerat: *sæcularium sortium Fabia Iuturna.* sed diserte in noſtro Codice legitur: *at cum sæcularium sortium variavit urna, & Romanis Deus mutavit.* quæ lectio & elegantissima, & indubitate vera est. idque jam videre docti, ut miser tam absurdi palati fuisse nuperos Criticos, qui vulgatam illam præ ista probarunt. Non verisimile est ita loqui voluisse Tertullianum, quo sæcularium sortium dominam fortunam agnosceret, præcipue cum Deum hic nominet. Elegantes vero per *sæcularium sortium urnam*, rerum humanarum vicissitudinem intellexit. Nam

quemadmodum ex urna, qui sortiuntur, aut primi, aut secundi, aut tertii, aut ultimi exeunt, felicesque aut minus prosperas sortes adeunt; sic urnam in quam plures ac diversæ sortes conjectæ sunt, similis plane est rerum mundanarum vicissitudo. In ea urna humanarum sortium, fata regum populorumque, urbium & regnorum vices, quasi versantur & volvuntur. Cujus populi vel regis vel civitatis prima sors & prospera hodie exierat, post paulo variante urna, non secundo, nec tertio, sed ultimo loco exibit. *sæculares sortes* sunt mundanæ. nam *sæculum* sæpe apud hunc nostrum pro mundo.

Et Rectumis Deus maluit] Deus qui sæcularium sortium quasi arbiter, & ad urnam tanquam prætor sedet, ut inde varias sortes populorum & regum cæterorumque hominum ducat. Tertullianus de spectaculis: *tandem est illis præsor, semper oculi in urna ejus cum sortibus volutantur.* Ad quem locum nos plura. *maluit* autem pro magis voluit, magis favit. nec subintelligendum, *maluit factum*, ut perperam censent: *Velle alicui*, & *cupere alicui*, pro studere & favere dicebant, sed & *facere* pro eodem. Unde utraque conjunxerunt, & dixere, *factum alicui velle*: & *volens alicui* dicitur qui propitius est & favet. Hinc *volentes & propitios Deos habere*. &, *volentia alicui dicere, vel facere*.

Ante jam de habita salutavit] Noster liber, *salutasset*. quod Tertullianicum magis & Africanum. sic infra *cœnasset*, pro cœnavit: *Malgatita namque vel ipso nomine pretiosa deliauit, ne mendicius patre cœnasset*. Arnobius & ipse Afer passim ita loquitur, ut lib. 1. *ipsa denique hi fecere si animantia nata potuissent, immo si arbores, gleba, saxa sensu animata vitali, vocis so-*

eis sonitum quirent & verborum articulos integrare. po, missent, id est possent. Nihil frequentius occurrit apud Tertullianum, Cyprianumque hac loquutione. quam & apud alios auctores observare memini.

De habitu salutaret Romana præcoqua] Idem liber, *Romanum præcoquæ*. quod & prima editio servat, & verum est. *Romanum* est τὸ ῥωμαϊκὸν, vel Romanitas, ut infra loquitur. *Romanum præcoqua*, ut *crepidam eratus* paulo post. Græca figura est, apud Ausonium: *mentem bonus, ingenio ingens*. sic *nuda genis, lacer ora* apud Rectam.

Ut seniam, non fastigium exemptis] Ita recte emendarunt, quod in veteribus libris fuit, etiam nostro, *fastidium*. vetus hoc scribendi vitium, in hac voce testatur & Glossarii auctor, in quo ita scriptum est: *fastidium, ἀστρωμα*.

Sollemnia Sentius Saturninus enarravit] Hoc est, sollemnia ac legitima verba effatus est, acceptum nuncupavit, quibus inaugurabantur condendæ coloniæ. inepte & imperite exponunt, hunc Saturninum augurem sollemnes deducendæ coloniæ ritus docuisse. Contrariis sollemnibus exaugurabantur urbes, cum diruendæ erant. de quibus nos alibi.

Pag. 3. *Pra patentum circumnavit à Pelasgis ad Lydos*] Toga prima Pelasgorum sive Arcadum sive Argivorum fuit, deinde Lydorum, postremo ad Romanos transiit. Lydis quoque togam fuisse tritam refert Dionysius. omitto hac circumvectione ab Arcadibus ad Ionii maris accolas transmeasse auctor Artemidorus. Erat sit, certissimum est, rem ipsam & nomen ab Arcadibus sive Argivis venisse. omisse vel habenæ illi vocabant.

cabant. quo nomine Græci Romanam togam semper vocitarunt. Verba Artemidori, quibus hanc rem tractat, corruptissima vulgo; sic sunt emendanda. lib. II. cap. III. τὰ δ' αὐτὰ καὶ ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐσθὴς, ἣν νῦν τήβεννον καλοῦσιν ἀπὸ Τημενοῦ τοῦ Ἀρκάδος ὃς πρῶτος τὴν ἑαυτοῦ χλαμύδα τόπον ἐβιβάλετο τὸ τρόπον, ἐσωκίσας τὴν Ἰόνιον κόλπον, καὶ ἀποδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ταύτῃ κατοικούντων, ἀφ' οὗ μαθόντες καὶ οἱ ἐγχώριοι τὸ αὐτὸν ἐσκεύασαντο τρόπον καὶ ἐπάλουν τὴν ἐσθῆτα Τημένιον, ἐπώνυμον Τημένου τοῦ δεύτερος, ὕστερον δὲ χρόνῳ κατὰ φθορὰν τὸ ἔνεμα, τήβεννος ἐκλήθη. Perperam apud Artemidorum excusum est, τίμβος & τιμβώνιον. τίμβος, Græcum non est, sed τήμβος. nam ἀπὸ τοῦ τάω, quod est accipio, τῆμι, ut κτάω κτῆμι. Unde τήμβος, & nomen proprium Τημβώς. Hinc Temenus Heraclides. Corrigendus etiam in hac voce Suidas: τήβεννος στολὴ Ῥωμαϊκὴ, ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Τημβοῦ Ἀρκάδος. male vulgo, ἀπὸ Τηβέννου. Artemidorus autem fallitur cum κατὰ φθορὰν illam vocis τήβεννος, pro τημβώνιος, barbaris attribuit. nam ipsorum est Argivorum sive Arcadum. Τημβὼς illius vestis repertor, quæ ab ejus nomine τημβὴν vel τημβύα dicta est; vel etiam τημβώς. sic enim τημβὺς ἐσθὴς, ut ἄνθρωπον ἦθος, ἦλυς ἔρση, ἔλκην σφαγὴς, & similia. solebant vero Pelasgi μ litteram in β mutare. sic τηβέναν dixere, & τηβενὸν, & duplicata etiam consonante, qui mos erat quorundam Græcorum, τηβέννα & τήβεννον. Pollux: τὴν δ' ὀνομαζομένην τηβέννα καὶ Κλεοβουλίνην ἐν Ἄργει φορεῖν φασὶ. τημβώδα δ' αὐτὴν καλεῖν ἐξέστι. Ubi male ex Artemidoro ἠμβώδα emendant, cum Artemidorus ex Polluce potius sit emendandus. τηβένα igitur vel τηβέννα pro τημβύα, aut τημβίς: sic

sic βύρμηξ, pro μύρμηξ. Hesychius: βύρμακας, μύρμηκας. atque inde Latinum *formica*. βύσαξ pro μύσαξ. idem: βύσαγα, ϖώγωνα. nam id significat μύσαξ· μύθος pudendum est muliebre. μύθος ἐνεὸς, καὶ τὸ γιναικεῖον. dicebatur & βύθος. idem Hesychius: βύθος, γιναικὸς αἰδοῖον. Græce μολγὸς est βόειος ἀσκός. dicebatur & βολγὶς κῆ Δωρίεκτον. atque hinc Latinum *bulga*, saccus scorteus. ita & βέλειν & μέλδειν idem. Hesychius: βέλδειν, μέλειν. & βεμβεφάδες, μεμβεφάδες. Hesychio, μῆκα sunt κέρατα. Hæc dicebantur & βῆκα. Unde vox *becum* pro corneo rostro. quod vocabulum Gallicum esse scribit Suetonius. Gallorum fortasse Massiliensium, qui à Græcis accepere: nam & Græce loquebantur. Non magis sane Gallica illa vox, quam *sagum, reno, braca, bulga, petoritum*, quas Gallicas volunt esse, cum puræ putæ Græcę fuerint. de qua re nos alibi. Μάσκην, δίκελλαν interpretatur Hesychius: eadem & βάσκα dicebatur. idem: βάσκα, μακέλη, βασκάνια. & notabis βασκάνια & ϖεγασκάνια, res turpiculas, & deformes larvas Græcis appellari, quæ ad avertendum fascinum adhibebantur. cum βάσκα etiam μάσκα diceretur, inde *masca* Latini recentiores de larvis & personis usurparunt, & ita etiam hodie vocamus. plura possem adjicere, sed alii reservamus operi: unum tamen adhuc addam. Syracusis βάμβος erat, quod ceteris Græcis βάμμα. Hesychius: βάμβος τὸ χρῶμα καὶ μύρτι μέρος, καὶ τὸ ἐμβάμματα Συρακόσιοι. ab illo βάμβα *bambata oliva* Columellæ. ut βάμβα, pro βάμμα, sic τήβεννος, pro τήμωνος. inde origo vocis τηβέννα, pro toga, quam miror ignoratam fuisse τῷ ϖολυμαθεστάτῳ Dionysio, qui fatetur quidem

Græ-

Græcos ita togam vocare, sed ejus nominis rationem aut originem se nescire profitetur: ἕλληνες, inquit, τήβεννον καλέουσιν, ὅτι οἶδα, ὅθεν μαθόντες· ἑλληνικὸν γὰρ δή φαίνεταί μοι τοὔνομα εἶ). & Græcum esse vocabulum vestis ab auctore Temeno, & Græca sive Argolica dialecto τήβεννον appellatam ex his quæ diximus constat. Hoc genus vestis Romani sua lingua *togam* indigetarunt, à tegendo. Nam *toga*, à tego. veteres dicebant *togo*. ut *voto*, pro veto. Unde apud Plautum, *votitam dicere*. quod Scaurus interpretatur, vetitam. Sic à fallo, hæc *falla*: fallaciam ita vocat Nævius apud Nonium. à stringo, *striga*. cujus διανηχεστικὸν *strigula*, à *striglâ*, ἥ ξύστρα. à jungo, hæc *junga*. unde *hæc jungla*, ἡνίοχος in Glossario. à cingo, hæc *cinga* & *cingula*, ἡ ζώνη. Ita igitur à tego *tega*, vel *toga*. veteres quidquid tegere aptum est, togam vocabant. Unde *togam*, pro tecto poëta nescio quis apud Nonium dixit. sane vestem omnem quæ tegendo corpori, *togam* dicebant. Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. *Præterea quod in lecto togas ante habebant: ante enim olim fuit commune vestimentum, & diurnum, & nocturnum, & muliebre & virile.* nisi sit potius à Græco στέγω, στεγή. unde toga. nam & τέγω dicebatur pro eodem. Sic στέλλω, στολή, & similia.

Et pallii jam teretis redundantiam.] Novissimus hujus pallii sartor, dum illud reconcinnat, non sivit, id quod erat, teres esse, sed de rotundo quadratum fecit. pallium hoc teres de pallio Æsculapii accipit, quod morosius ordinari solitum scribit infra noster cap. IV. atqui pallium illud quo Æsculapii sacerdotes amicti, non teres sed quadrangulum fuit. pallium quippe Græcanicum

cum τετράγωνον, & ejusdem formæ cum pallio veteri Carthaginiensium, quod & ipsum fuisse quadrangulum paulo ante dixit Tertullianus. quomodo igitur eadem res, & quadrata simul & rotunda potest esse? Ne quid te morer, teres pallium hoc loco toga est. vide quæ præcedunt, quæ sequuntur, & fateberis verum esse. Ab eo, tempore, inquit, ô Carthaginienses, quo coloniæ Romanæ jure donati estis, & toga vobis oblata est, exinde pro tunicis brevioribus, ac non cinctis, quales ante indutui habebatis, longiores eoque cingendas cepistis, & pallium vestrum quadratum tereti pallio mutavistis, hoc est toga Romana. Rotundum fuisse amictum togam Romanorum, monere vacuum est. Hinc *pallium teres* eam vocavit, hoc est amictum rotundum. nam pallium Latini de omni amiculo, quod super injicitur, & Græcis ἱμάτιον dicitur, usurparunt. Vetus scholiastes Persii: *Lacerna pallium fimbriatum quo olim soli milites utebantur.* idem de penula: *penula pallium cum fimbriis longis.* & quod ad rem magis facit, togam quoque pallium forma rotunda esse exponit, ad illud Persii, *Verba togæ sequeris. toga*, inquit, *est purum pallium forma rotunda, & fusiore atque inundante sinu.* Hæc Tertulliano, ut nihil melius, interpretantur. & conveniunt, quæ de fusiore atque inundante sinu togæ dixit, cum his Tertulliani verbis de toga; *& pallii jam teretis redundantiam, tabulata congregatione fulcitis.* Toga igitur, pallium teres, & redundans. Dionysius Halicarnasseus ἀμφίβολαιον κυκλοτερὲς togam appellavit. ut toga nihil aliud erat quam pallium rotundum, sic pallium Græcanicum aliud nihil quam toga quadrata. Hinc *togam Græcanicam* Sue-

tonius

tonius in Domitiano pro pallio dixit: *Certamini præsedit crepidatus, purpureaque amictus toga Græcanica, capite gestans coronam auream.* Ita enim optimus librorum Memmianus, quem vidi, legit pro *Germanica* quod editiones nunc occupat. Fruſtra etiam laborant in quærenda illa Germanica purpurâ viri eruditiſſimi. *toga Græcanica purpurea*, eſt pallium purpureum. togam de omni veſte uſurpaſſe veteres ſuperiori animadverſione oſtendimus. Sed ad Suetonium ipſum plura.

Tabulata congregatione fulcitis] Tabulatam congregationem vocat umbonem togæ, vel umbilicum, qui ex multis rugis curioſe ordinatis, & in morem tabularum formatis, contractus & coactus, redundantem & fuſiorem togæ ſinum, ante & retro ſuſtinebat, & quaſi fulciebat, ne diffluere aut laberetur. *tabulatum* infra vocitat, & *contracti umbonis figmentum.* τὸ πῆχυμα τῆς τηβέννης Græci dicunt, & ὀμφαλὸν, ut infra pluribus dicam.

Et ſi quid præterea conditio vel dignitas vel temporalitas veſtit] Ineptiſſime juxta, & imperitiſſime hæc ita interpretantur, quaſi dicat Tertullianus Carthaginienſes cetera etiam veſtium genera quibus pro tempore & conditione hominum varie amiciebantur, pariter quoque tabulis fultas habuiſſe, ut pallium & togam. Nec enim, inquiunt, togæ tantum aut pallia cum tabulis, ſed etiam veſtes pleræque aliæ. Boni viri quid vocatis hallucinari ſi hoc non eſt? Certe hoc non eſt Tertulliani interpretem agere, ſed aliud quid vis. Sed vitioſa hujus loci diſtinctio fraudi illis fuit. Ita igitur lege ac diſtingue: *Etſi quid præterea conditio vel dignitas vel temporalitas veſtit, pallium tamen generaliter veſtium immemores, etiam denotatis.* Ex eo tempore

pore quo colonia Romanorum facti estis, pro pallio, togam geritis: sed etsi quid præter togam aliud amictui nunc habeatis, pro anni temporibus scilicet aut conditione, aut dignitate hominum, obliti tamen pallium olim generaliter vestrum fuisse, id est, omnium ordinum, & temporum gestamen, etiam carpitis & reprehenditis. Etsi non omnes hodie apud vos togam gestent, & sint etiam nunc aliqui palliati, ut Æsculapii sacerdotes, & liberalium artium professores, immemores tamen generalem habitum vobis olim pallium fuisse, etiam censorie notatis. Hic sensus hujus loci.

Conditio vel dignitas vel temporalitas] Conditio, quia aliter servi, aliter liberi induti: nec enim servi togati erant. Dignitas, quod aliter plebs, aliter magistratus, & sacerdotes; nam Æsculapii sacerdotes, pallium gestabant. Temporalitas, quia aliter in pace, aliter in bello vestiti: aliter hyeme, aliter æstate: aliter diebus festis, aliter profestis. Ætatem hic omisit Tertullianus, nisi eam sub temporalitate comprehenderit: alia quippe vestis puerorum, alia juvenum, alia senum. Clemens Alexandrinus Pædagogi lib. III. ἔσων ἢ αἱ ἑσθῆτες ἁρμόζουσι, ἡλικίᾳ, προσώπῳ, πόποις, φύσει, ὅπῃ δὲ δίφασιν.

Pallium generaliter vestrum, immemores etiam denotatis] Distinguendum monui: *pallium tamen generaliter vestrum immemores, etiam denotatis.* sic infra: *sic & terram si recenseas temperatim vestiri amantem, prope sis eamdem negare, memor viridem, cum conspicio flavam, mox visurus & canam.* memor viridem, ut *pallium vestrum immemores* hoc loco.

Equidem haud miror præ documento superiore] Id est ante-

anteriore & antiquiore documento, ut infrà; *superiorum profanitas.* id est, antiquiorum. sic arietem olim quatiendis muris repertum, quod vestrum erat inventum, postea tamen à vobis excogitatum primitus fuisse immemores, cum ariete vestros muros quaterent Romani, quasi novam & extraneam machinam stupuistis: ut mirum jam non sit præ illo vestræ oblivionis documento & exemplo, vos pallium nunc non recordari, fuisse quondam communem vobis & generalem amictum.

Arietem quem Laberius reciprocicornem, lanicutem.] Versus Laberii de ariete hic fuit:

Reciprocicornis, lanicus, testitrahus.

ἀναπαμφαίνεται, ἐριώδης, ἀρχιδούρος.

testitrahum autem vetus habuit editio cum nostro scripto codice, ex quo *testitrahum* fecimus. Nam qui *vestitrahum*, aut *textitrahum* legunt, ab orbita veri eunt. *Testitrahus aries* Laberio, qui præponderet rem illam, qua præter cæteras animantes instructus est, trahere potius videatur quam bajulare. Nam quæ ferre non possumus, trahimus. Aptissime ad hoc epithetum arietis faciunt Lucilii versus apud Nonium de ariete:

Ibat forte aries, inquit, jam quod genus quantis
Testibus! vix uno filo hoste hærere putares,
Pellicula extrema exaptum pendere onus ingens.

Ex his neminem latere potest, cur Laberius arietem *testitrahum* appellarit. sic Lucianus in Dialogo Lucius, hominem istius generis pensilibus asinine potius quam humane peculiatum, præ vastitate & pondere trahere res illas dixit: καὶ ὤμην σε καὶ νῦν κἂν ἐκεῖνό γε μόνον τὸ μέγα καὶ ὄνειρο-βόλον μεγαλύζειν καὶ σύρειν. νῦν δὲ μοι ἀπηλοθὼς ἐξ

ἐκείνου

ἐκείνῃ ξ καλῶ καὶ χρησίμῃ ζώῃ εἰς πίθηκον μεταμορφωθείς.

Quæ muros frangere militat] Id est, cujus militia est muros frangere: quæ muris frangendis militat. Fruſtra ſunt igitur eruditiſſimi viri qui corrigere tentant, *muros fragore debilitat*: aut qui, *muros frangere minitat*.

Illa dicitur Carthago prima omnium armaſſe] Carthaginis inventum, aries machina. Nam cum Gades oppugnarent, & caſtellum cepiſſent, id demoliri conati, tigno ſumpto, & capite tigni pulſantes murum, ſic diruerunt. Vide Vitruvium. Pephaſmenus deinde Tyrius, & Geras Carthaginienſis ad hujus machinæ inventiones quiddam addiderunt. *Citrai Chalcedonius* legitur apud Vitruvium, ſed Athenæus habet in mechanicis, Γήρας Καρχηδόνιος. videtur Vitruvius *Carchedonius* vertiſſe, Græcam potius formam quam Latinam ſequutus. ſic *Romulos* quidam ex Latinis dicere maluerunt, quam Romanos, & *Athenæos* quam Athenienſes. apud Hyginum *Thebei* ſunt Thebani. ſic *Carchedonius* pro Carthaginienſi. Γήρας videtur nomen proprium Punicum potius quam Græcum, ut Αννίβας, Ασδρύβας, Αμίλκας, Φαμέας. Latini dixiſſent, *Geral*, aut *Gerar*, aut *Gera*, ut Μασσίσσας, *Maſaniſſa*. legendum itaque apud Vitruvium: *Geras Carchedonius*. Ita ſcribitur in Athenæo: Γήρας ὃ μετ' αὐτὸν ὁ Καρχηδόνιος ἐπέστρεψαν ποιήσας χεδίαν. ſi quis Χαλκηδόνιος reſcribendum apud Athenæum pertendit, & in Vitruvio *Chalcedonius*, non contendam contra ego: ſed longe veriſimilius arbitror Latina ex Græcis, quam Græca ex Latinis eſſe corrigenda. Præterea *Chalcedonius* non magis uſitatum Latinis,

quam *Carchedonius*: nam *Chalcedonenſis* dicunt.

Armaſſe in oſcillum penduli impetus] In agitationem, librationem, incuſſionem. *Oſcillum*, libratio, αἰώρα. ſignificat etiam perſonam & larvam. Sed harum in hac voce duarum ſignificationum, duæ ſunt etiã diverſæ originationes. Cum σμικρὸν aut προσωπεῖον ſignificat, diminutivæ formæ eſt ab *os*. Sic enim os, oſculum & oſcillum; ut vas, vaſculum & vaſcillum. itaque *oſcillum* eſt σμικρὸν. Gloſſæ: *oſcillum*, σμικρὸν. *oſcilla*, προσωπεῖα. inde *oſcillorum ludicrum*, *quod* σματίων *Graeci dicunt*, apud Auſonium, & *ſtomatium eburneum* apud Ennodium. At cum αἰώραν, & librationem deſignat, aliam habet originem. κίνησις Græce eſt κίνησις. ut δῖνος, ἡ δίνησις. & μῖμος, ἡ μίμησις. Latini ut *mimum* ex Græco, τὸ μίμησιν, ſic etiam *cinum*, τὸ κίνησιν dixere. Gloſſæ: *cinus*, τὸ νεῦμα. Iſidoro *cini* ſunt indecentes oris tortiones, motitationes. à voce *cinus* ὑποκοριστικὸν *cillus*. ut *vinum*, *villum*: *aruina*, *arvilla*; *fritinus*, *fritillus*, & ſimilia ſexcenta. à *cillus* autem verbum *cilleo* antiquum, pro moveo vel inclino. Inde *furcillas* veteres Grammatici dictas interpretantur, quod his frumenta *cilleantur*, id eſt moveantur. unde compoſitum verbum *obſcilleo* quod *oſcilleo* poſtea dixere. ut *oſtendo* pro *obſtendo*. *oſtentum* pro *obſtentum*. & *oſtentare* pro *obſtentare*. à verbo *oſcilleo* vel *oſcillo*, nomen *oſcillum*. ut *gubernum* à guberno. *monſtrum* à monſtro. *pandum*, τὸ πρηνές τόμα, à pando. quod poſtea dictum eſt *bandum*. *Oſcilla* apud Virgilium ſunt αἰώραι, κινήσεις.

Pag. 4. *De bile pecoris capite vindicantis*] Lege ex prima editione, & libro noſtro: *De bile pecoris, caput vindicantis*. atque ita etiam legi Latinitas poſtulat.

Digitized by Google

ſtulat. Cornua protendit aries in pugna, quibus caput ſuum defendit & vindicat.

Cum tamen ultimarent tempora patriæ] Idem optimus codex cum primis editionibus: *cum tamen ultimant tempora patriæ, & aries jam Romanus in muros quondam ſuos audet*: ita loqui amat noſter. ſic ſupra: *cum concordia juvat, toga oblata eſt*.

• *Aries jam Romanus*] Qui olim fuit Carthaginienſium. eodem ſenſu dixit ante, *Æſculapio jam veſtro*, qui nimirum antea Pergamenorum erat, & Romanorum.

Vt novum extraneum ingenium] Diſparandæ ſunt hæ voces interpunctione: *ut novum, extraneum ingenium*: hæc aſyndeta plerumque affectat auctor. in lib. de patientia: *ſuſtinens ingratiſſimas nationes ludibria artium, & opera manuum ſuarum adorantes; nomen, familiam ipſius perſequentes*. id eſt, nomen & familiam ipſius. ita enim ex veteri libro legimus. ſic alibi, *alite, impreſſe vulnera demonſtramus*.

Ingenium] Ingenium, vocat arietis machinam. Sciendum hæc tria vocabula, ingenium, artificium & argumentum ſynonyma Tertulliano eſſe. Adverſus Gnoſticos: *ſapienter itaque jugulavit, dum in vitam; & rationabiliter, dum in gloriam! ô parricidii ingenium! ô ſceleris artificium! ô argumentum crudelitatis, quæ ideirco occidit, ne moriatur quam occiderit!* ſic argumentum, & ingenium idem, in legibus Burgundionum tit. LXXXVIII. *nec extraneo per quodlibet argumentum terram liceat comparare*. In Epiſtolis Romanorum Pontificum ad Carolum & Pipinum, Epiſt. XLV. *tanto ſtudioſius ejus reſiſtendum eſt molimini, ne quemquam ſuis uretire valeat argumentis*. hoc eſt, artibus & ſtrophis. Epiſt. eadem: *& tantummodo per argumentum in præſentia de*

missis vestris, simulavit nobis justitias facere. Epist. LX. *dum omnia quæ B. Petro à vestra excellentia sunt oblata, per iniquum suum argumentum conantur abstollere.* alibi pro eodem dixit, *iniquum ingenium*, & *malum ingenium*. ut ingenium pro machina, sic etiam argumentum. unde *argumenta rotarum* in veteri Rassione, & *argumentis vehi*.

IN CAP. II.

SIT *nunc aliunde res*] Nunc aliunde quam ab historia Romanorum & Pœnorum exempla & argumenta sumantur rerum subinde vertentium, ne Pœni inter Romanos, victi inter victores, aut erubescant, aut doleant. Victos quippe semper aut dolor aut pudor sequitur, aut utrumque; præcipue si inter victores versentur, quos sine rubore videre non possunt, aut sine dolore. Quæ de rerum mutatione hucusque tractavit Tertullianus, ex rebus Romanis & Punicis petita sunt. præterea hæc Romæ scribebat, nam Romanæ Ecclesiæ presbyter erat. eodem autem tempore quo presbyter Romanæ Ecclesiæ factus est, & togam pallio mutavit, & hanc pro pallio apologiam detexuit.

Ne Pœnicum inter Romanos] Pœnicum pro Pœnis, ἑλληνίζει. sic τὸ ἑλληνικὸν pro Græcis Thucydidi passim. & apud Ælianum, πᾶν ὅσον τὸ Μεγαρικὸν, οἱ Μεγαρεῖς: πᾶν ὅσον Ἐρετριακὸν, οἱ Ἐρετριεῖς. & similia.

Fungitur & ipse mundus interim iste] Non possum concoquere, *ipse mundus iste*. omnino scribendum: *certe habitum vertere totius naturæ sollemne munus est. Fungitur & ipso mundus interim iste quem incumbimus.* & ipso

& ipso munere vertendi, fungitur iste mundus quem incubamus. nihil verius hac lectione.

Pag. 5. *Ad formam ejus quod mundus hic est*] Lege, *quod*, non *quòd*: ὅπερ non ὅτι, ut perperam exponunt. in veteri libro, *stic* hoc loco scriptum est pro hic: *ad formam ejus quod mundus stic est*. ubi *stic* pro istic. sic *sto* pro *isto* apud Nonium. χίον pro ἰαχίον in veteri Glossario. unde *sthiatici* pro *ischiatici*, & *sthias* pro *ischias* apud Martianum Capellam.

Proinde diversa in unum ex demutatione diversa sunt] Non belle hæc vulgo interpuncta sunt. totus hic locus ita distinguendus, & legendus est: *sed ipse quem Plato æstimat, cujus imago hic sit, etiam ille habeat necesse est proinde mutare. Quippe si mundus, ex diversis substantiis officiisque constabit ad formam ejus quod mundus hic est: neque enim mundus, si non ut mundus proinde. Diversa in unum, ex demutatione diversa sunt. Denique diversitatis discordiam vices fecerant. Ita mutando erit mundus omnis, qui ex diversitatibus corporatus, & vicibus temperatus.* Dixerat Tertullianus sollemne munus esse naturæ variare cuncta, & vertere. munere illo fungi hunc mundum quem insistimus. Sed & illum quem Plato sibi finxit, & cujus istum quem incolimus, imaginem esse dixit, illum inquam ipsum, necesse habere proinde mutare. quod sic probare incepit: si mundus est, ille Platonis idealis mundus, utique debet ex diversis substantiis constare, ad formam ejus quod hic est mundus, id est ut dici possit, & esse exemplar hujus mundi: neque enim mundus, si non ut mundus proinde, hoc est si non proinde ut mundus ex diversis substantiis officiisque constabit. Diversa autem in unum ex demutatione

sunt diversa, hanc postremo diversorum discordiam vicissitudo conciliat, ac temperat, sic omnis mundus, & ille idealis Platonis, & hic realis quem incumbimus, mutatione mundus erit, & semper mutabilis, ex diversis substantiis compositus ut pote, & diversitatis vicibus temperatus.

Ita mutando erit mundus omnis] Ita accipiunt quasi dicere velit, mundum eo ipso dictum esse mundum, quia mutatur adsidue, sive mundum quasi movendum, quod alienum prorsus est à Tertulliani mente, mundum dicit mutando esse mundum, qui per mutationes mundus est: nisi enim mutaretur, mundus non esset, ex diversis quippe substantiis compositus & compactus est, atqui diversa in unum congregari, & compingi ut aliquid creent, non possunt, nisi mutentur sic mundus mutando mundus est, quem multæ diversæque substantiæ per demutationem in unum corpus conglobatæ, & concretæ creaverunt, mutando esse etiam dici posset mundus, qui mutari potest, ut solvendo esse debitor dicitur, qui habet unde solvat, qui potest solvere, sed prior expositio verior est, immo sola vera est.

Nostra certe metatio] Hic mundus, quem incumbimus, in quo metamur. In veteribus nummis, METATIO AUGUSTI. Paullo aliter in Glossis metatio exponitur *mansuræ*, metatores enim sunt, qui loca castris præparant. Glossæ: *metatores, qui locum castris præparant.*

Quod clausum non in totum Humanum oculis liquet] Id est, vel in totum eorum ad versus Marcionem lib. I. *Proinde atque si quæ vel fluentibus oculis, idem alium solem præsumere velit, mutuem & subministrem, quia*

quem

quem videat non videt. perperam hodie ibi legitur, *cæcus aut fluitantibus oculis.* apud Martialem Epigrammate quodam adversus basiatores.

Hinc cæcis oculis, & inde lippis.

Ita olim correximus ex vetustissimo codice, in quo perscriptum erat, *cæsis oculis*, ubi hodie legas, *Hinc desioculus*, ineptissime. sic *cæci oculi* Senecæ:

Cæci sunt oculi cum animus alias res agit.

Ita Græcis τυφλὰ ὄμματα, & τυφλὴ ὄψις Sophocli. De clausis oculis ita etiam in Apologetico: *quid quod plerique clausis oculis in odium ejus impingunt, ut bonum alicui testimonium ferentes admiseant nominis exprobrationem?* quam etiam loquendi formulam hodie usurpamus.

Solstitionibus annuis] Scio *solstitia* dici unica voce, quæ τροπὴ ἡλίου Græcis. sed an *stitiones* solis etiam dicantur, addubito. immo non dubito quin heic legendum sit, *sol stationibus annuis*: atque ita plene planeque scriptum reperi in optimo codice, cum ita multo prius scribendum ex conjectura vidissem. *stationes solis* sunt solstitia, quod sol ibi cum sit, stare videatur, & stationem facere.

Luna modulationibus menstruis] Quos Græci κημαλισμοὺς τῆς σελήνης vocant, huic nostro sunt *modulationes lunæ.* κηματισμοὶ lunæ, ἡ μηνοειδὴς, διχότομος, ἀμφίκυρτος, πανσέληνος. modulare idem est quod κηματίζειν vel ῥυθμίζειν. & modulus idem quod κῆμα vel τύπος. in libro de oratione: *nos vero non attollimus tantum manus, sed etiam expandimus, Dominicam passionem modulantes.* id est, κηματίζοντες expansione manuum τὸν σταυρωσιν Domini nostri. Glossæ: ῥυθμίζω, *modulo, formo.*

Interdum dejicit quid, interdum resuscitat] Quis non stupeat illorum interpretum stuporem, qui *dejicere* morte, *resuscitare* in vitam heic exponunt, & hanc expositionis causam reddunt, quod stellas generi humano nascendi, & denascendi esse arbitras persuasum mathematicis? Sed hoc sibi persuaserint Mathematici, quis credat id eos etiam Tertulliano persuasisse? Deinde quid hoc est, *resuscitare in vitam*? an hoc etiam in stellarum potestate, ut homines mortuos resuscitent? Hæc interpretatio absurditatis ὑπερβολὴν nullam reliquam facit. per dejectionem & resuscitationem sidorum, nihil aliud intellexit auctor quam ortum & occasum stellarum, quæ dejici & decidere dicuntur cum occidunt, resuscitari cum oriuntur. Quod semper facimus, Tertulliano etiam heic demus Tertullianum interpretem. in lib. de resurrectione, ubi hoc idem argumentum tractat, ita loquitur: *redaccenduntur enim & stellarum globi, reducuntur & siderum absentiæ quas temporalis distinctio exemerat. Redarmantur & speculæ lunæ quæ mensurum numerum adtriverat. Revolvuntur hyemes & æstates, verna & autumna. quippe etiam terræ de cælo disciplina est, arbores vestire post spolia, flores denuo volvere.* quis post hæc aliud requirat ad hujus loci expositionem? idem de judicio Domini:

Sidera cuncta cadunt, iteramque renata coruscant,
Et dies in densa moritur cum lumine nocte.

Sidera renasci, ibi dixit, ut hoic resuscitari. nam quasi resuscitari videntur, & resurgere, cum denuo oriuntur. sic in Ecclesiaste, cap. 1. sol dicitur renasci cum oritur, his verbis: *oritur sol, & occidit, & ad locum suum revertitur: ibique fit renascens, gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem.*

Nunc

Nunc ſub divo ſplendidus] Recte quidam emendarunt, *ſubdivo ſplendidus*, unica voce: ſed quod *ſubdivum*, ſerenitatem extra tectum producentem, & ſub dio manere cogentem intelligi voluere, in eo ſententiæ falſi ſunt. *ſubdivus* idem eſt quod Græcis ὕπαιθρος. ὕπαιθρον autem & αἴθριον Græce idem ſignificat, quod apertum, clarum, & dilucidum. Dium & ſubdium quoque Latinis idem. unde & *dium fulgur*, matutinum. nam *dium* eſt αἴθρη, & αἰθρινόν eſt πρωϊνόν. ὕπαιθρον πτᾶγμα Græci vocant περφανές· αἴθριον autem & ὕπαιθρον idem eſſe facile eſt vincere. Heſychius: αἴθριον ὑπὸ τ αἐρος. nam αἴθρη, ἀὴρ καθαρὸς, διάϊος. idem, ὕπαιθρον ὑπὸ τ αἐρος. ſic Latinis, & *ſubdivum*, & quod ſub dio, idem eſt. ut αἴθριον & ὕπαιθρον, clarum & nitidum aëra ſignificat, ita etiam Latinis, *ſubdivum*, ὑπαίθριον, ſerenum. unde ὑπαιθριάζειν τὰς νεφέλας Ariſtophani, nubes ſerenare, & *ſubdium* reducere:

ὑπαιθριάζῃ τὰς νεφέλας, ἢ ξυννεφῇ.

Qui ἀπαιθριάζειν in Ariſtophane corrigunt, Græce imperitos ſeſe produnt. nam ἀπαιθριάζειν, ſi diceretur, non aliud eſſet, quam τὸ αἴθριον, hoc eſt ſubdivum, & ſerenum pellere. Sic contrarium ſenſum affingerent verbis Ariſtophanis, apud quem ὑπαιθριάζειν νεφέλας, eſt diſpellere nubila, & ſerenare. ὕπαιθρον igitur idem quod αἴθριον. & Latini *ſubdivum* dixere, hoc eſt ὕπαιθρον. Gloſſæ: *ſubdivus*, ὕπαιθρος. *ſubdivum*, ὕπαιθρον. hinc partem domus, quæ ſub divo eſt, quam Græci αἴθριον vocant, *ſubdival* Tertullianus dixit adverſus Iudæos: *Ezechielis* IX. *& claritas Dei Iſrael aſcendit à Cherubim, quæ fuit ſuper ea in ſubdival domus.* Gloſſæ: *ſubdival*, ὕπαιθρον. *ſubdiale*, ὑπαίθριον. hinc

subdivalia sentina eidem Tertulliano de anima: *nobis inferi non nuda cavositas, nec subdivalia aliqua mundi sentina creduntur, sed in fossa terræ, & in alto vastitas, & in ipsis visceribus ejus abstrusa profunditas. subdivum* igitur absolute & simpliciter, serenum significat, ut Græcis αἴθριον, & ὑπαίθριον. Glossæ: αἰθρία, serenus. αἰθρία, serenitas. αἰθριοποιῶ, sereno: quod καταθριάζω Aristophani. & frustra est magister ille qui ἀπαθριάζειν emendat, doctissimumque Aristophanis interpretem eo nomine suggillat, quod agnoverit καταθριάζειν.

Legi 6

Pag. 6. *Et si qua missilia cum imbribus*] Jacula grandinis, ut Apulejus vocaret. missile Latini vocant, quidquid jaci potest. unde & *missilia* quoq; pro jaculis apud Vegetium. ad missilia sparsionū qui alludi putant, quam ridiculi sunt! *si quæ* autem pro aliqua. sic in Pandectis, *non solum deteriorem, sed etiam si quo meliorem.* hoc est, aliquo. Tertullianus in Apologetico: *si quæ illic arborum poma conantur*, pro, quæ illic arbores poma conantur. item ibidem: *si quod arcæ genus est, non de honoraria summa, quasi redemptio congregatur religionis.* nunquam aliter ille loquitur, nec aliter est intelligendus. De qua loquutione jam supra.

Subtillum & denso sudum] Inser serenum, & pluvium, subtillum recepus est, cum minutim nempe rorat, priusquam pluvia incipiat, aut postquam desiit. subtillum est proprie ψεκάς, ut Græci vocant. inde *stillicidium* ψακάς & ὑσμίνη glossæ interpretantur. Glossæ Servii: *subtillum*, ψεκάς. aliæ Glossæ: *subtillia*, ψεκάδες.

De tranquillo probum] Mirifica interpretatio illa est, quæ *probum mane*, hoc loco exponit probum

bum

bum sive prohibens à portu. sed huic expositioni minime acquiescentes, longe miriorem excogitarunt correctionem, *procitum* nempe, id est, porro sive longe citatum. persuasum illis fuit, heic à Tertulliano *probum* mare opponi *tranquillo*, & sic reliqua deinceps, temperatum flustris, & inquietos fluctus decumanis. Hæc enim omnia ἀνθρωπικῶς accepere. de aliis postea viderimus, nunc de probo videamus. Probum mare dicitur, cum bonum est. at bonum non sit nisi tranquillum. alicubi legi, *bonum mare*, & *faventes ventos*. Hinc hodieque *bonaciam* dicimus, maris tranquillitatem. non igitur heic opponuntur, tranquillum & probum quasi diversa, sed de tranquillo probum dicitur, quod tunc probum sit, cum tranquillum est: quod de tranquillitate probum est, nam *tranquillum* heic pro tranquillitate, ut *serenum* passim apud auctores pro serenitate. *de tranquillitate mare probum* sic dicitur, ut *famosæ tunicæ de subtemine* supra, & *grata peloris de sapore*, de habitu muliebri: *concha genus est non dico conchylio, aut ostreo, sed nec peloride gratius de sapore*. in hoc ipso opusculo infra: *de incendio gloriæ ardor est*. an ardorem, & incendium ibi opponi dices? passim auctores, etiam optimi & vetustissimi ita loquuntur. sic *probum mare de tranquillo*, quod tranquillitas facit probum. *de flustris temperatum*, quod flustra temperatum reddunt. *de decumanis inquietat*, quod à fluctibus decumanis inquietum & turbulentum redditur, & inquietatur.

De flustris temperatum] An flustra heic tempera-ratio mari opponuntur? nequaquam. Nam *flustra* malaciam maris significant. Festus: *flustra dicuntur cum in mari fluctus non moventur, quam Græci* μαλα-

in Q

μαλακίαν vocant. at mare *temperatum*, quid aliud quam ſedatum, & quietum, fluctibusque vacuum? Virgilius lib. 1. de Neptuno qui tempeſtatem ab Æolo excitatam ſedavit:

--- levat ipſe tridenti,
Ac vaſtas aperit ſyrtes & temperat æquor.

Fluſtra igitur ſunt, quæ mare temperatum reddunt. quod tum fit, cum in mari fluctus non moventur. aliquid tamen intereſſe debet hoc quidem loco inter probum ſive tranquillum, & fluſtris temperatum. Nam auctor in perfidia, & mutabilitate maris denotanda, tres illi diverſos mutationum modos adſignat; cum tranquillitate probum eſt, & cum temperatum fluſtris, & cum decumanis turbulentum. ſic in aëris inconſtantia deſignanda tria tempora novavit, pluvium, ſubſtillum, & ſudum. Manifeſte igitur hoc fluſtris temperatum mare à tranquillo diſtinguitur. Tranquillitas & tranquillum proprie eſt, cum placidum ventis ſtat mare. Gloſſæ: *Tranquilla, ἀλκυών. ἡσυχαίκως, γαλήνη.* Si *fluſtra* ſecundum Feſtum malaciam ſignificant, quid differet tranquillum mare ab eo quod fluſtris temperatum reſidet? puto fluſtris temperatum Tertulliano dici, quale paulo ante tempeſtatem ſolet eſſe mare, quum agitatum tumeſcere incipit, & fluctuare; & poſt tempeſtatem, cum nondum ex toto deſiit, ſed adhuc fluctus moventur. Nam *fluſtra* ſane fluctus ſunt, nec aliter unquam hoc vocabulum uſurpat Aldelmus antiquarum vocum ſtudioſus aucupator. centies apud illum *fluſtra*, pro fluſtris ſive fluctibus poſita occurrunt. De laudibus Virginis:

Hic quondam oſtendit turgentem tempore Nilum,

Qui

Qui fœcunda rigat plustris Memphitica regna.

Et alibi:

Contra plustra senem statuerunt scœva verendum.

item:

----- *Miteſcunt æquora plustris.* *Temperatum* itaque *ſluſtris* erit ſimpliciter πλωΐμον, nondum penitus tamen placidum & tranquillum. ſic Horatio *animæ Thraïcia mare temperare* dicuntur, hoc eſt πλωΐμον facere. Non deerunt fortaſſe qui *temperatum fluſtris*, malint interpretari de ſumme tranquillo mari, quodque penitus fluctibus vacet, ut ſolet eſſe cum γηνεμία eſt: id magis conveniret cum expoſitione Feſti, qui fluſtra malaciam eſſe vult, *cum fluctus in mari non moventur*. Hoc etiam maris fidem infamiorem fecerit, utpote quod ex ſumma tranquillitate, & malacia derepente in maximam tempeſtatem & τεχνμίαν vertatur. iſtud videtur innuere Florens noſter cum dicit, *de fluſtris temperatum, & extemplo de decumanis inquietat.* probet hoc vero qui volet, mihi magis prius probatur.

De decumanis inquietat] Hoc eſt, decumanis inquietatur. ſic infra, *de paradiſo exterminat*, pro exterminatur. &, *poſitis exuviis novus explicat*, pro explicatur. vel hic locus poterat advertere viros doctos, ut ne priora ἀνυδρικῶς acciperent, ſed dum malos agunt interpretes, pejores etiam profitentur correctores. quale eſt enim quod hoc reponunt, *de decumanis in quietos*? contra librorum fidem, & rationem ipſam id plane eſt. ſed perverſas interpretationes ſemper ſequuntur nec rectæ correctiones, varæ vibias.

Terram ſi recenſeas temperatim veſtis amantem] Lege, *temperatim*. Hoc eſt, pro temporibus anni.

nam

nam *temperatim* aliud est. terra pro temporibus anni varie vestitur. cum segetes in herba sunt, viridem vestem habet: cum messem spectant, & flavescunt, flavam: cum tota vero nivibus cooperta est, candidam. Heic tres tantum colores enumerantur: atqui quatuor anni tempora sunt. Quæritur ergo ab interpretibus cur autumnum omiserit auctor, nec illi suum colorem attribuerit, cum in anni tetrachordo jure suo locum sibi, partemque vindicet. docent potuisse adjungere varium, tribus supra scriptis coloribus: nam varius autumnus, de fructuum colore. Hoc mihi si venisset in mentem, ut hanc moverem quæstionem, alium potius colorem autumno adservissem, venetum nempe, idque vel ipsius Tertulliani auctoritate, qui in lib. de spectaculis ita scribit de factionum coloribus: *albus hyemi ob nives candidas: russeus æstati, ob ruborem solis: prasinus terræ, mixti vel verno: venetum, cælo & mari vel autumno.* Græci quoque ita: οἱ δὲ φασὶ πράσινον μὲν τὸ ἔαρ, ῥώσιον δὲ τὸ θέρος, βένετον δὲ τὸ φθινόπωρον, λευκὸν δὲ τὸ χειμῶνα. Sed Tertulliano minime hoc loco propositum fuit, quattuor anni partes enumerare, & suos singulis colores adjudicare: agit de vestitu terræ, qui pro temporibus anni variat: ac de terræ quidem cultæ vestitu tantum loquitur, cui segetes pro veste sunt. nam ἀμέσως eam tegunt, & totam operiunt. arbores quippe haud ita propriè terram vestire dici possunt. præterea eumdem pæne colorem vere & æstate & autumno præferunt, virides enim sunt, & viriditatis tantum specie differunt. terra quoque in pratis, tam vere, quam autumno similiter colorata est. tres igitur hos solos habuit colores quibus tem-

temporatim terræ tunicam variari diceret, viridem in segetibus lactentibus, flavum in maturis, candidum in nivibus, quæ & ipsæ terræ pro veste sunt, quam totam operiunt.

Memor viridem] Distingue: *memor viridem, cum conspicis flavam, mox visurus & canam.* Hoc est, memorem viridem vidisse, cum flavam vides, mox etiam visurus candidam. sic supra: *pallium generaliter vestrum immemores, etiam denotatis.*

Ceteri quoque ejus ornatus quid non aliud ex alio mutant?] Non damno quidem hanc lectionem, quæ sic satis recte habet. Græce esset: τὰ λοιπά γε αὐτῆς καλλωπίσματα τί ἢ οὐχὶ εἰς ἄλλο ἐξ ἄλλου μεταβάλλουσιν; ita enim Græci passim: τί ἢ οὐκ ἐκεῖνο ἐννοῆσαί σε δεῖ, ὅτι καὶ σοὶ ἐν ἐκείναις ταῖς τέχναις ὠφελήσαντας οἱ πατέρες καὶ μητέρες τούτοις πιθῶσι μᾶλλον; idem Lucianus: τί δὲ οὐχὶ οἱ τὰ ἀλλότρια λαμβάνοντες ἀδικεῖν σοι δοκοῦσιν; & in Parasitico: τί ἢ καὶ Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος οὐχὶ τῶν δοκίμων ἦν φιλοσόφων; idem alibi: τί ἢ οὐχὶ καὶ Ἀεισυγείτων δημοτικὸς ὢν καὶ πένης, ὥσπερ Θουκυδίδης φησί, προέστη ἦν; τί δὲ οὐχὶ καὶ ἐφορᾷς; sic etiam Latini loquuntur. Ovidius:

Quid non Æmonia quem cuspide pertulit heros
Confossum medica posti modo juvit ope?

Item:

Quid non Alpheon diversis currere terris
Virginis Arcadiæ certus adegit amor?

quid non? τί ἢ οὐχί; ita hoc loco, *ceteri ejus ornatus, quid non aliud ex alio mutant?* Sed aliam lectionem vetus liber præfert, eamque si non meliorem, certe Tertulliano frequentiorem & usitatiorem. ita enim legit: *ceteri quoque ejus ornatus si quid, non aliud ex alio mutant & scapula montium decurrendo?*

Digitized by Google

currendo? &c. si quid ceteri ejus ornatus, id est, quodcunq; est reliqui ejus ornatus, nonne aliud ex alio mutant & montes decurrendo, & fontes exarescendo ? Nam & fontes & montes & flumina terram ornant, & inter ejus ornatus computantur. *si quid ornatus ejus*, pro quodcunque in reliquo ejus ornatu est. sic passim loquitur noster. in Apologetico: *olet adhuc incendio terra, & si qua illic arborum, poma conantur oculis tenus, ceterum contacta cinerescunt.* ita enim illa verba interpungenda sunt. *si qua illic arborum*, quæcunque illic arbores sunt. ita supra: *& si quid præterea conditio, vel dignitas, vel temporalitas vestit*, pro, & quidquid præterea. sed de hoc loquendi genere plura in superioribus.

Et montium scapulæ decurrendo] Ita recte vetus codex. Prima editio male, *scopulæ*. ex quo Rhenanus in contextu suo fecerat, *scopuli*: melius quam illi recentiores Critici, qui *scopulas* defendunt. si nunc viverent, vix scapulas suas à flagro Orbiliorum defenderent. σκοπὴ inquiunt, *scopa*, specula: hinc *scopulæ*, speculæ summæ. Sed quis unquam scopam aut scopulam, hoc sensu apud Latinum auctorem legere meminit? Scio Græcas voces in hoc opusculo multas usurpari, & notavi ipse plurimas. at *scopula*, nec Græca vox est, nec Latina. Montium partibus veteres juxta Græci Latiniq; vocabula imposuerunt ex membris corporis humani. inde montium vertices, dorsa, juga, latera, costæ, suræ, pedes: & Græcis, ὀρέων κορυφαὶ, νῶτα, λαγόνες, κνημοὶ, πόδες, πρόποδες, & similia. sic *scapulæ montium* hoc loco non sunt quidem ἀκρωρείαι, sed inferiores vertice partes, quæ humeris humani corporis respondent.

nihil

nihil prohibet etiam de summitatibus montium accipi, ut ἀκρωμίαι montium sint, & ἀκρώρειαι.

Et scapulæ montium decurrendo] Fontibus aut torrentibus, aquarumve decursibus subito natis manando. sic enim *montes decurrere* dici queant, ex quibus nempe torrentes decurrunt, ut *ardua fluitare* paulo post, in quibus aquæ fluitant. decurrere aquæ & flumina proprie dicuntur: inde *aquarum decursus*. scapulæ etiam montium decurrendo mutant, cum partes montium avulsæ diluvio in planum decidunt, & sic una cum torrente pariter decurrunt. Ovidius de hac ipsa rerum in orbe mutatione:

---- *& eluvie mons est deductus in æquor.*

Et fontium venæ ebullando] De vitio semper hanc lectionem suspectam habui. quid enim? scapulæ montium mutant decurrendo? nam proprium montis est stare, non decurrere. Fluminum quoque viæ mutant obumbrando, cum scilicet ubi flumen erat, nunc arbores sunt. at fontium venæ quid mutant ebullando? nonne proprium fontium est ebullare? fons non est fons, nisi ebulliat vel ebullet. nisi quis dicat *ebullare* heic poni pro bullare desinere. Sed hæ nugæ sunt. Verum id reperi, quod semper sum suspicatus, hanc lectionem correctorum esse. id didici ex vetere libro, & primis editionibus Rhenani, quæ habent, *cavillando*. primus igitur, ut apparet, Gelenius hoc verbum mutavit in *ebullando*, quem postea omnes secuti sunt. sed tanti est ad fontes recurrere. Elegantissime autem fontium venas cavillari dixit, quæ resistunt, & quasi subterfugiunt ac tergiversantur: quæ non amplius apparent, sed latent & fallunt in officio suo fluendi ebullien-

dique cavillantes. sic *cavillari in officio* pro cessare, & non recte agere in libro de Pudicitia: *non ergo & Ninivitæ idcirco Ethnicis Ninivitis non putabat pœnitentiam necessariam, cum cavillaretur in prædicationis officio, an potius misericordiam Dei providens etiam in extremitate profusam, quasi destructuram præconium verebatur.* Cavillatur qui non aperte agit, sed frustratur ac decipit. Glossæ: *cavillatio, ἐπίθεσις, ἀπάτη, παγγυχεύσεως.* Tertullianus lib. de anima: *at Menelaus statim insequitur amissam, statim repetit ereptam, decenni prælio extorquet, non latens, non fallens, non cavillabundus.* sic & fures cavillantur, qui latent, & fallunt, ac frustrantur, terramque suis aquis fraudant.

Et fluminum via obumbrando] Eorundem correctorum istud *obumbrando* est, quorum *ebullando* superius fuisse notavimus. Nihil eorum manus effugere potest. cavillantur ubique, & omnia obumbrant & obscurant. si saltem sensum communem haberent, ferri possent. contra naturam est hæc tam repentina mutatio, ut ubi modo fluvius decurrebat, subito arbores chatas, & alveum obumbrantes videamus. scriptus noster codex *obumando*. alii habent *obummando*. ex quo illud *obumbrando*, adumbratum est. Latinius emendabat, *obambulando*. frustra. legendum ex veteri scriptura: *obhumando*. qui veteres libros aliquando versarunt, non ignorant, sæpe in illis, immo fere semper, *umus*, *umor* & *umidus* scriptum reperiri. Ita & *obumando* hoc loco exaratum fuit, pro *obhumando*. obhumare ad verbum est ὑγραίνω & ὑγραίνειν. quod de fluminibus Græci dicunt, quorum alvei limo opplentur, ita ut cursum mutare inde cogantur. obhumationes sunt ὑγραίσεις vel

ος vel περχοίος fluminum. obhumando flumina num viæ mutant, dum obhumantur & obliman-tur eorum alvei. quod fieri solet per illam quam Græci vocant περχωσιν. sic Ægyptum olim ta-lem fuisse aquis submersam, & obrutam tradunt. At Nili περχοίους illam subinde obhumando re-plevit reddiderunt. unde & δῶρον περχωσῦς, & ἐπί-περχωσις vocata est. Hoc & de aliis multis flumi-nibus scriptum est. idem & de Pyramo Ciliciæ fluvio qui testis Strabone, περὶ τὴν καπὴν χοῦν ὅτι τῶν ἡϊόνων, ut de eo excideris hoc ora-culum:

Ἔστι τις ἰσομβρίοις ὅπι Πύραμος ἀργυρόδινος
Ἡϊόνα περχοίσιν ἐρηνὴν ἐς Κιλικηΐδα πίπτων.

Humus est χοῦς, unde & χοικὸς homo. inde obhu-mare est περχοῦν, περιπεχοῦν, hoc vocat idem Strabo lib. XII. ἀφανίσαν γὰρ τὴν καπὴν συμβαίνει καὶ ἐν Αἰγύπτῳ τῷ Νείλῳ ἀεὶ περιπεχοῦντος τὴν θάλατταν τῇ περχοΐ. περχοῦν pro eodem alibi usurpat. quod Tertullianus ad verbum vertit *obhumare*. Latini hoc etiam vocant *alluvionem*. Glossæ nomicæ, ἀλλοίωσις, περίχωσις. mutantur igitur fluminum viæ obhumando, quorum alvei & cursus obhumatur, & in humum solidam ver-titur, quod χερσοῦσθαι Græcis dicitur.

Sed & enatando rursus infima mutavit rursus orbis alius: Idem] Sæpius in hoc opere loquuntur conjectores quam Tertullianus. Non amplius auctoris est hoc scriptum, sed eorum qui rescri-pserunt. *ardua fluitasse*, cum orbis aquis obsitus erat, superiori versu dixit. ut illis arduis sua in-fima responderent, nobis hanc vocem procude-runt ex vetusta lectione quæ habet *informa*, aut etiam, ut in nostro legitur, *infirma*. Nec isto tan-

tum vitio miser est hic locus, quo per sorte ctores laborat, sed etiam pessima interpunctione affectus. Totum igitur sic lege ac distingue: *Sed & enatando rursus in forma: mutavit rursus orbis, alius idem. Mutat & nunc loculiter habitus*, &c. mutavit, inquit, & totus orbis aliquando, diluvii nempe temporibus, cum una fuit universi orbis facies, & omnia pontus occupavit, ita ut etiam ardua, hoc est montes altissimi, fluitarent, aquisque obruti essent. Haec prima & universalis mutatio orbis. *sed & enatando rursus in forma*: id est, postquam natare & fluitare desiit, in forma priore fuit, ac pristinam faciem recepit. & sic mutavit iterum orbis totus: nam orbis denuo coepit esse, qui pontus erat: atque ita alius tum factus est, quam fuerat in diluvio, idem vero qui fuerat, ante diluvium. & hic sensus est horum verborum, *mutavit rursus orbis, alius idem*: alius quam tempore diluvii, idem qui fuerat ante diluvii tempora. sic de Phœnice loquutus est in lib. de resurrectione: *siquidem animal ille est res, & vitae obnoxia & morti. illum libet videri Orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate mortis suae sum, qui semet ipsum libenter funerans renovat, natalis sui lectus cadens atque succidens: iterum Phœnix, ubi jam nemo: iterum ipse qui non jam: alius, idem.* quae verba eo libentius adduximus, quia vitiose etiam distincta habentur in editionibus. ea nos similiter laborantia, simili modo curavimus. sic infra de pavone: *multicolor & discolor & versicolor, quâ nunquam ipsa semper alia, etsi semper ipsa, quando alia.* & de Chamæleonte: *mutare totus, nec alius, valet.*

Sed & enatando rursus in forma] Postquam enatavit, vel natare desiit, *enatavit*, qui non amplius natat:

Digitized by Google

natat: sic *eluxit*, quæ luctum desiit: *elusit*, qui ludum finiit. natabat orbis cum aquis totus erat submersus. Virgilius:

----- omnia plenis
Rura natant fossis.

sic *ardua fluitare* supra. verbum *enatare* male heic accipiebat vulgus interpretum.

Cum inter insulas nulla jam Delos, harenæ Samos, & Sibylla non mendax] Hæc est plane libri nostri veteris scriptura, & priorum editionum, quam jam ante hos decem plus minus annos asserueram, & cui firmandæ notaveram illum Sibyllini oraculi versum:

----- καὶ Δῆλος ἄδηλος,
Καὶ Ψάμαθος Σάμος ἐσί.

ad quæ Sibyllæ verba nullum dubium est, quin respexerit auctor cum hæc scripsit de Delo deque Samo insulis. Sed ain tu Tertulliane nullam tuis temporibus jam tum inter insulas extitisse Delon, & harenas fuisse Samon? Atqui Delos & Samos hodieque sub imperio Turcico. aliqua igitur etiam nunc Delos & Samos. quomodo hinc nosque teque expediemus? Posteriores interpretes difficultatis hujus, quam & moverunt, emovendæ præclaram rationem commenti sunt. cum enim sequatur, *& Sibylla non mendax*, pro facto volunt Tertulliamum accepisse, quod fieri aliquando habebat ex vaticinio Sibyllæ: immo quod necessario futurum erat, & cur non futurum, cum de veritate Sibyllini oraculi dubitare sit nefas? Sedeamus igitur & expectemus illud tempus, quod fidem Sibyllinæ de Delo ac Samo prophetiæ comprobaturum sit. Egregium & ingeniosum commentum. Hoc vel uno po-

terant videri superjecisse omnes retro hujus auctoris commentatores. Et lepidum sane ratiocinandi genus huic Afro adfingunt, cui nimirum sic lubeat argumentari: Sibyllam prædixisse nullam aliquando futuram Delon, Sibyllam autem non solere esse mendaciloquam, ergo tam verum esse quod Sibylla eventurum dixit, quam quod jam evenit. Inde Tertullianum, cui certa & explorata Sibyllæ fides, de veriloquiis ejus, quæ numquam frustrari soleant, securum, audacter pronunciasse, nullam jam Delon inter insulas, & harenas esse Samon. Adhuc igitur pendent Sibyllæ vaticinia; quorum eventum nos nondum vidimus, sed fortasse videbit posteritas, in extrema illa ἐκπυρώσει scilicet. Sed Sibyllinos istos interpretes aut ariolos potius, missos faciamus. Profecto plus quam certum est & compertum, quo tempore hæc auctor scribebat, jam pridem, quantum ad Delon & Samon attinet, Sibyllæ oracula effectum suum fuisse sortita. Nam Delos & Samos motu terræ maxima sui parte conciderant & penitus habitatoribus desertæ ac desolatæ fuerant, ut & Rhodos & Coos, & Hierapolis: idque acciderat imperante Augusto. Harum insularum desolationem Poëtæ illorum temporum Græci passim deflent. Antipater Thessalonicensis, Deli vastitatem hoc epigrammate deplorat:

Εἴθε με παντοίοισιν ἐπὶ πλάζεσθαι ἀήτῃσι,
Ἠ Ἀητοῦ φῶτα μεσσάτιον ἀλωομένην.
Οὐκ ἂν χηπουίην πλαγὸν τόσον· οἷ ἐμὲ δήλῃ,
Ὅσσαις ἐπλήσαν νηυσὶ φερεπλόομαι·
Ἀλλ' ἐρημαίῃ, τὸ πάλαι σέβας, ἠέ σοι Ἠὼς
Ἀητοῦς, ἀλλ' ἰκτρὴν ἠμὶ, ἐπέδηκε δίκην.

clarius

Digitized by Google

clarius etiam Alpheus, poëta item Epigrammatarius, Delon non amplius extare scripsit Epigrammate quodam, quod adscribam:

Κλῃὴν σὴν λιποῦσαν, ὅτε δὴ πεπρωμένον ἦεν
Κλῄζεσθαι πᾶσιν, Τλίοις, Βορηϊάδαις.
Ἀλλὰ νῦ Ὀρτυγίην ἔσχε κλέος, οἷον ὅμοιον δ' αὐτῇς
Ἤρχετο Ῥωμαίων ἄχρις Τιμβραίων.
Νῦν δ' οὐ μοῦνον ζώειν, ἀλλ' οὐκ ἔτι τις κεν ἐώλπει
Οὔδεσι Δῆλον ἐρημοτέρην;

Postremis duobus versibus hoc dicit, Tenon adhuc extare, & incolis frequentari, licet non eadem gloria famaque præditam, qua quondam fuerat, Delon vero non esse amplius, οὐκέτι ζώειν. & sane jam inde à Mithridatis temporibus deserta & vasta Delos. scribit Pausanias in Arcadicis, Δῆλον εἰς ἴδαφος κατασεβεσθεῖσαν, ad solum dirutam fuisse, à Menophane Mithridatis legato. De illa ἐρημώσει intelligendum est Antipatri Epigramma, qui Mithridatis contemporaneus fuit & Pisonis illius contubernalis, adversus quē extant Ciceronis orationes. Annon hæc satis evincunt de Delo potuisse vere dicere Tertullianum, nullam jam esse, & Sibyllam non videri mendacem quæ nullam aliquando futuram vaticinata fuerat? quibus verbis non παντελῆ ejus ἀφανισμὸν designare voluit, sed vastitatem tantum, & desolationem. Nam Deli quidem solum, ut & Sami adhuc extabat Tertulliani ætate, sed ædificia & urbes non amplius supererant. sic insulæ illæ inanes tantum erant, cultoribus & incolis vacuæ. adde quod maxima quoque ex parte insulæ suprascriptæ terræ motibus pessum abierant. Tertullianus in Apologetico: *Legimus Hierapolim, & Delon & Rhodon, & Coon insulas multis*

cum millibus hominum pessum abiisse. Sed, inquiunt, cum Afer ibi dicit, *legimus*, intelligi vult in oraculis Sibyllæ illud se legisse. in pictura igitur & in scriptura, hoc est in oraculis Sibyllæ pessum abierant insulæ illæ. quis talium interpretum stuporem ferre posset? Vulgo cum jactabant gentiles, omnium cladium, & calamitatum quibus eo tempore vexabatur orbis, causam Christianis adtribui debere. Tertullianus, ut hoc revinceret, & falsum esse probaret, eo loco ostendit multas ejusmodi clades urbium & insularum jam ante Christi adventum accidisse. *Ore vos*, inquit, *ante Tiberium, id est ante Christi adventum, quantæ clades orbem & urbem ceciderunt? legimus Hierapolim, & Delon, & Rhoden, & Cos insulas cum multis millibus hominum pessum abiisse.* Ostendere volens Gentilibus multarum urbium & insularum labes & clades ante Christum contigisse, earum proinde, quæ post Christi adventum acciderunt, culpam in Christianos conferri non debere, quam ridiculus meritoq; deridendus fuisset auctor, si clades illæ quas ibi dicit ante quam Christus nasceretur, evenisse, nondum evenissent, sed in oraculis Sibyllæ tantum legerentur, eventuræ utique, sed post Christi adventum? Verum hæc refelli non merentur, in tantum prodigiose absurda sunt. *Legimus* igitur, non in Sibyllinis oraculis, quod futile & nugatorium est, sed apud rerum conditores, qui de illis cladibus scripsere. De Rhodi terræ motu & de Hierapoli videndus Eusebius. De Rhodo etiam extat Antiphili Epigramma κατὰ διάλογον ad Tiberium, quo ipsum & solem paria beneficia Rhodo insulæ contulisse scribit. Solem enim ἐξ ἀδύτου eam insulam produxisse,

duxisse,

duxisse, Tiberium jam pene extinctam, atque iterum εἰς ἀφανὲς redactam, restituisse atque instauravisse. Epigramma ipsum apponam, testimonio utique futurum non tantum in oraculis Sibyllæ legisse Tertullianum, quæ de Rhodi possumdatione in Apologetico scribit. ita habet Epigramma:

Ὡς πάρος ἠελίῳ, τιμῇ Καίσαρος ἡ Ῥόδος εἰμὶ
Νάσσος, ἔτ' ἀμφιρύτῃ κεκλιμένη πελάγει.
Ἠδὲ πρὶν ἀμπυκίῃσι μετὰ νέον ἄρτι φανεῖσαν ἀκτῖν
Ἄλιος, ἀμφὶ δέ μοι φέγγος ἔλαμψε Νέμει.
Πῶς εἴπω; τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι; ἆς μοι ἔδωκεν
Ἐξ ἀΐδου πάλιν εἰς φῶς ἀναπτομένᾳ.

Eon in Atlantico Libyam aut Asiam adequans.] Pro isto verbi portento, quod etiam agnoscit princeps editio, Codex noster legit *cum*. quæ verissima est lectio. suspicor fuisse in codicibus quibus usus est Rhenanus in sua editione curanda, *eum*, aut *con* pro *cum*. inde ille generatus *eon*. sed & paulo post, pro *nunc*, & vetus editio, & liber scriptus habent, *cum*. totum igitur hunc locum, de localibus orbis mutationibus, ita constituimus ac distinximus: *Mutat & nunc localiter habitus, cum situs latitat: cum inter insulas nulla jam Delos, harena Samos: & Sibylla non mendax: cum in Atlantico Libyam aut Asiam adequans queritur: cum Italiæ quondam latus, Hadria Tyrrhenique quassantibus medio tenus interceptum, reliquias Siciliam facit: cum tota illa plaga discidii contemptiosos æquoris coitu angustiis retorquens, &c.*

angustiis retorquens] Vetus liber: *angustis torquens*. torquere proprie est torticum. Unde σφῶν ὑδάτων, & ὀχετὸν Græci vocant. Virgilius primo divini operis:

——— ait illum ter fluctu ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.

angusta, sunt τὸ στενά. atque ita puto scripsisse auctorem: quam lectionem prima etiam editio exhibet.

Nomen vitii mari induit, non expuentis naufragia, sed devorantis] Alluisse volunt auctorem ad Charybdis etymum, ut sit quasi χάσουσα ὑδάτων. Hoc poterat verum esse, si quidem ita scripsisset auctor. sed cur mutarunt lectionem quæ in prioribus duabus editionibus habetur, *novum vitii mari imbuit*? quippe quum ita etiam differre legatur in optimo exemplari, quo usi sumus. Græca figura dixit Tertullianus *novum vitii*, pro novo vitio. νεμὸν δ' πάθος. sic Epiphanius in libro de Lapidibus ἀναγκαιότατον δ' σμαράγδε, pro ἀναγκαιότατον σμάραγδον dixit. ἄλλοι δ' φασὶ Νέρωνά τινα τεχνίτην δ' πολλῶν πινακοπώλην, εὑρεῖν λίθον ἐφδρεῖν ἀναγκαιότατον δ' σμαράγδε, ἣ ἐκ τούτε Νερωνιανὸν καλεῖδ', id est, *pretiosissimum smaragdum*. Hoc vero novum in mari vitium, ut naufragos absorbeat & voret, quos in littus expuere & ejectare consuevit: præter naturam maris hoc est, ideo novum vitium appellavit. *novum vitii* autem dixit, ut *endromidis solecem* infra, pro *endromidem solorum*. ita loquuntur Græci: Aristophanes:

Τῶν πτηνῶν ἀνόρθια καὶ κυδαίνια.

Ut papillarum recta sunt, & cottonei similes. Idem in Pluto: ἐφ' ἑκάτερα πλανᾶται. sic *ab utroque lucetum*, pro utroque latere apud eumdem Tertullianum supra. sic *variæ punitiones* sunt variæ punitiones, apud auctorem collationis le-

gum

gum Mosaicarum, quod nec videntur animadvertisse viri doctissimi. tit. *de naufragiis & incendiariis*, ex Ulpiano lib. VIII. de offic. Proconsul. *lex quidem Cornelia aqua & igni interdici jussit. sed variæ sunt punitionum.* nec enim subintelligendum est, *species*, ut vir eruditissimus censet. sed *variæ punitionum* positum, pro variæ punitiones. ita Græci, πολλαὶ τῶν γυναικῶν. & apud Arnobium simile est, *sacerdotum intestibus*, pro sacerdotibus intestibus. de quo nos alibi. *imbuit* autem heic legimus, non *induit*.

Libyam aut Asiam adæquans queritur] Non adæquare, sed majorem Asia Africaque scribit in Apologetico: *memorat & Plato majorem Asia & Africa terram Atlantico mari ereptam.* ubi *majorem Asiæ*, & *Africæ* dixit, pro majorem Asia & Africa. Spartianus in Caracalla: *Tiberium & Syllam in conventu pleramque laudavit: patris superbior fuit.* ad quem locum vide quæ de hac loquutione notavimus. sed & ad Apologeticum plura.

Et frustra ager est, & urbes retro] Illud *est*, non agnoscit meus liber, ut nec prima editio. totus hic locus ita legi ac distingui debet: *adspice ad Palæstinam qua Iordanes amnis finium arbiter: vastitas ingens, & orba regio, & frustra ager: at urbes retro, & populi frequentes, & solus audiebat.* Singula singulis reddidit & opposuit hoc modo. ubi vastitas ingens, urbes retro fuere: ubi orba nunc regio, ibi olim populi frequentes: ubi nunc frustra ager, solus quondam audiebat, hoc est, colono parebat; votis coloni respondebat, μόνος ἐπήκοος. Graci enim ἐπήκοον de agro fertili dicunt, & qui votis & labori agricolæ respondet. Pollux εἰ ἀφειδεῖ ἐπήκοον ἡ γῆ τῶν γεωρ-

γειτονῶν δὲ οὐκ ἐπῄνεσεν, οὐκ ἀπέδωκε τὰ ὀφειλόμενα. aut, *solus audiebat*, de fertilitate famosus erat: sed prius verum est.

Pag. 7. *Et propinquitas magis juxta cum sola mortem bibit*] Nunquam potuit hæc mihi placere lectio. tum magis etiam displicuit postquam diversum abire scriptum codicem sensi. Is ita habuit: *juxta cum solo mortuum ibit*. omnino scribendum: *mortuum ivit*. hoc est, mortuum est, mortuum factum est. nam *mortuum* illud mare appellabatur. Propinquum autem illi mari solum, etsi non ita appellaretur, revera tamen & ipsum utique mortuum erat: nihil enim gignebat. in Apologetico cap. xl. *volet adhuc incendio terra, & si qua illic arborum, poena tenentur oculis tamen, veterum contacta cinerescunt*. usitata autem hæc loquutio optimis quibusque scriptoribus. *mortuum ire* pro mori: *redditum ire*, pro reddere. ita etiam loquitur noster alibi: ut in libro de patientia, *suggestum ire*, pro suggerere: *atque utinam erubescere istud remedium ferat, ut pudori non exhibendi quæ aliis suggestum imus, exhibendi fiat magisterium*. quare noli dubitare quin hæc sit vera Tertulliani manus, *mortuum ivit*, non *mortem bibit*, ut vulgo legitur.

Dehinc ut Deus censor esset, impietas ignium meruit imbres] Si *imbres ignium* huic loco abessent, tum locum habere posset hæc lectio, hoc modo: *Dehinc ut Deus censor esset, impietas meruit*. hoc sensu: impietas Sodomorum Deum habere censorem & ultorem meruit. Sed quoniam, nec illa verba abesse, nec ista lectio locum habere hoc loco potest, lege ut in nostro codice habetur, & in primis editionibus: *Dehinc ut Deus censor est, impietas ignium meruit imbres*: id est, ex quo Deus censor esse cœpit,

pit,

pit, igneo imbre impietatem eorum vindicavit. *ut censor est*, postquam censor fuit. Ovidius:

Vt fumus in Ponto, ter frigore constitit Ister.

Victis castris fraudatis expiata] Non potest ambigi quin ista sint capienda de Cambysæ exercitu in Libycis Syrtibus, immensis arenarum cumulis cooperto atque obruto. Plutarchus in Alexandro: ἢ ἧς εἰ λαβρὸς ἐν ἄμμῳ βαθείᾳ, καὶ ἀχανεῖ πορευομένοις ὑπιπέσοι νότος, ὡς πᾶν καὶ πάλαι λέγεται περὶ τὴν Καμβύσου στρατόν, ἀναιρήσας ἅπαν μεγάλην, καὶ κυμαίνουσαν τὸ πεδίον, μυριάδας ἀνθρώπων πέντε καταχώσαι καὶ διαφθεῖραι. Mobilis & fabulosa in illis partibus humus, vento impellente alibi magnos arenarum aggeres & montes erigit, alibi discedens subsidensque vastos hiatus facit: sic absorptæ & coopertæ tot hominum illæ myriades. Ut non male Tertullianus in illo casum arrando *voraginis* mentionem fecerit. Nam & eamdem cum mari fluctibus tumultuato terrestres illæ Syrtes naturam habent. Vorari porro fluctibus & forberi naves passim legere est. Fraudata vero per illam voraginem profundæ arenæ castra Cambysæ dicit, quæ intercepta & pessumdata sunt. sic in Apologetico mare fraudare insulas dixit, eodem sensu: *quod terræ vorant urbes, quod insulas maria fraudant, quod externa & interna bella dilaniant.* & ratio metaphoræ manifesta est. ita in Quintiliano fraudari syllabæ dicuntur quas pronuntiatio non exprimit, sed supprimit & intervertit. comedi & vorari voces & syllabas, quas hoc modo fraudantur, vulgo dicimus. verba Quintiliani lib. XI. cap. III. *nec voluptati minus confundenda quæ dicimus, quia & distinctio pedis & affectus, & nonnunquam etiam verba aliqua sui parte fraudantur.*

ita

ita legendum in Quintiliano. perperam legunt editiones, *fundantur*. sic fraudata voragine castra hoc loco intelligi debent. At egregii interpretes, qui ex historia meminerant, castra illa Cambysis obruta fuisse, dum pranderent, prandio suo fraudata exponunt. Quod sine risu legere non potui. haec sunt dictata illius magistri, qui quoad vixit, cymbalum fuit juventutis. sed τίθηνοι, μὴ βάλωμες.

Bellis quoque plurimum licuit, sed tristia piget. Post finem hujus periodi quae satis longa est, quasi se metipsum corrigens & reprehendens quod tristibus commemorandis nimis immoretur, subjicit, *sed laeta jam malo, quia laeta mutant.* quod certus sum non ibi dicturum fuisse, si & heic dixisset. at quid aliud est quod hoc loco dixit, *sed tristia piget*? Idem plane est. verum & ista periodus tota cujus initio profitetur, se tristium pigere, de rebus tristibus agit: Nam & bellis plurimum licuisse memorat, in mutando habitu situque orbis, & regnorum vicibus, quasi velut in transcursu recenset, quae non admodum laeta materies est. ex his certe certius statui potest, textorem pallii non ita ut heic habetur scripsisse, sed ejus interpolatores. cujus rei fidem fecerit & scriptura vetus, quae longe aliter concepta est, hoc nempe modo: *Bellis quoque plurimum licuisse, & perget tristitia non minus quam & regnorum vices recensere, quoties & ista mutaverint, &c.* Ita plane legit noster codex. à qua lectione minimum recedunt priores editiones, quae ante Gelenianam prodiere. quam haec diversa sunt ab editis? meliora etiam esse nemo dubitet. sic porro distinguenda sunt: *Bellis quoque plurimum licuisse, & perget tristitia, non*

minus

minus quam regnorum vices recensere. Quoties & ista mutaverunt jam inde à Nino Beli progenie, si tamen Ninus regnavit primus, ut autumat superiorum profanitas? Hæc indubitate vera est hujus loci lectio. Quæ hucusque de variis orbis mutationibus & localibus & universali narravit, tristia sunt, ut diluvia, terræ motus, voragines, incendia. De bellis & regnorum mutatione nihil dum dixerat. Hæc non minus tristia sunt quam superiora, nec minus ad mutandum orbis habitum faciunt. ideo post illa tristia superius memorata, pergere se heic scribit in non minus tristibus memorandis ac recensendis, bellis nimirum, ac regnorum vicibus, quæ nunquam dominos mutare, aut ipsa mutari consuerunt sine aliqua insigni clade. & perget, inquit, tristitia referre, bellis quoque plurimum licuisse, multum scilicet bella contulisse ad mutandum orbis habitum, situmque movendum, non minus quam & regnorum vices recensere. Quoties & ista mutaverunt jam inde à primo rege qui fuit Assyriorum, nempe Nino Beli filio? in Apologetico, ut heic, bella cum regnis junxit: *quod terræ vorant urbes, quod insulas maria fraudant, quod interna & extranea bella dilaniant, quod regna compulsant, quod fames & lues, & locales quæque clades, & frequentiæ plerumque mortium vastant.* ubi & eumdem, quem hîc ordinem sequutus est, de urbibus terra voratis, insulis mari fraudatis, bellis dilaniantibus, regnis invicem compulsantibus. ita enim scribendum esse nos ad Apologeticum docebimus.

Iam inde à Nino Beli progenie, si tamen Ninus regnavit primus] Codex noster: *si tamen Ninus regnare primus.* purus putus Græcismus: εἰ Νῖνος βασιλεύειν

λεύειν πεῖρᾶσθαι. recte autem feceris, si totum hunc ita legas ac distinguas ut fecimus: *Quoties & ista mutaverunt, jam inde à Nino Beli progenie, si tamen Ninus regnare primus, aut autumat superiorum profanitas? fabulæ apud vulgus stilus non solet: ab Assyriis, si forte, ævi historia patescit. Quis vero divinas tecta annos, ab ipsius mundi habitu alibi compotes sequus.*] *Ab Assyriis si forte*] Assyrii & Ninus in Græcorum Chronicis principem locum occupant, inde omnes fere scriptores Græci historiarum suarum principium petere soliti erant: quia apud illos, ut loquitur Tertullianus, stilus non ultra solet, red. Glossamentum quodam Æmiliano quodam Sura in Velleii contextum inferbum & infulcum est, sic habet: *Assyrii principes omnium gentium rerum potiti sunt, deinde Medi, postea Persæ, deinde Macedones.* hoc scholion ab antiquario aliquo ad marginem libri adscriptum, postea in contextum temere à librariis receptum est. Ipse Vellejus paulo post *inter hoc tempus & initium Nini regis Assyriorum, qui princeps rerum patrius est, interfuisse annos* DCCCCXCV. Cephalionem Gargettium aliorum historicorum more, sic historiam suam exorsus fuerat: ἀρχόμενος γράφειν ἀφ' ὧν ἔλαβεν τὰ ἐμπεριόδευτα, καὶ τὰ πάθεα. Ἕλληνικὸς πόλεμος, καὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος, ἔτεσιν Ἡρόδοτος ἀλικαρνασσεύς, Τὸ παλαιὸν ἡ Ἀσσυρία ἐδυνάστευσε. Διόδωρος, ὁ Βήλου Νίνου.

Pag. 9. *Quid mare diluit, cœlum texit, terra subduxit*] Diluit, ἐκπλύνει, unde *diluvium*, κατακλυσμός. Ovidius:

Stantia vix summa diluerant æquora cacumina

Non sine callido certo exit loquax, mare diluit, aut terra subduxit, aut gladius detondet: at sine noxa

cœlum

cœlum nos tegit. Lucretius:

------ & quod tegit omnia cœlum.

quid igitur est, quod in cladibus ac damnis exprimendis quæ de cœlo passus est orbis, *cœlum texisse* dicit hic noster? *Texit*, inquiunt, igneis imbribus, & fulmine. quis unquam fulmine aliquid tectum legit, pro fulgurato? multo minus *tectum* absolute hoc sensu legere sit. vetus liber nobis vitium vulgatæ lectionis detexit, sed non item emendationem, quæ per conjecturas invenienda est. Is habet: *quod cælum dixit.* forte, *ixit* pro icit. Icta de cœlo templa, monumenta passim occurrunt. Hoc nisi verum est, utique indubitatum, *deuxit. deuxit* scriptum erat pro *deusit*, ut infra *extruxit* pro *extrusit*. *Vlixes*, *Vlisses*. inde factum, *dixit*. supra: *& Tuscia Vulsinios pristinos deusta.* ita igitur lege.

Gladius detotondit] Sic in lib. de anima, bella & lues & clades, *tonsuram generis humani* eleganter vocavit, quæ nimis stipantem ac luxuriantem mortalium copiam detondent ac rarefaciunt: *revera lues & fames & bella, & voragines civitatum pro remedio deputanda tanquam tonsura insolescentis generis humani.*

Alias versura compensato redit] Legebam: *alias versura compensatum redit.* sed in libro nostro est: *versura compensati redit.* quod verum est: hoc est, versura compensationis. versura heic non est usura vel fœnus, ut perperam vulgo interpretantur, sed τὸ ἀνλιγρέφον vel ἡ ἀνλιγροφὴ, ut Græci calculones vocant. sic apud eos appellatur id quod alicui summæ deest, & quod suppleri debet ad eam integrandam. exempli gratia, solidus assis duodecim habet uncias: octo unciæ bessem assis

faciunt: reliquæ quattuor unciæ, quæ desunt, & suppleri debent ad integrandum assem, ἀνυσροφῆς nomine veniunt. Hinc in Glossis nomicis *actio quanti minoris*, Græce redditur, ἀγωγὴ ἡ ἀνυσρέφεια. Vetus Rationale peræquatorum quod in Bibliotheca Regia servatur: ἕως ὧδε ὀφείλεις ἀπαρτεῖν δικέραιον ἑμόνον· ὅσον ἢ ἡμίσεως ἢ ἔκτε, ἤτοι ἓξ δημοίρε ἓξ ἑνὸς χαραγίματος νομίσματος, ὀφείλεις ἀπαρτεῖν ἢ ἑξάφολλον δίχα χαραγίματος, λογαριάζειν ἢ δώδεκα μιλιαρήσια τῷ νομίσματι, ἤτοι τὸ μιλιαρήσιον ἔχον φολλὶς κδ' ἢ ἡ παλαιὰν ἐκδόσιν ἓξ Αὐγύστε Καίσαρος· ἀνυσρέφειν ἢ καὶ τὰς σροφὰς ἐξ ὁλοκλήρε ἢ τὸ ἀνῆκον τῷ δημοσίῳ. nummus aureus tum duodecim milliarensibus argenteis valebat, milliarense viginti quatuor æreis follibus, in bessem nummi aurei, dicerati nomine postulabant exactores, folles sexdecim: pro hexaphollo, sex folles: bes aurei cum dicerato & hexaphollo, milliarensia octo colligit, & folles duo & viginti: ἀνυσροφὴ vero milliarensia tria, hoc est tertiam aurei partem, & folles duo. hanc ἀνυσροφὴν si addideris ad reliquam summam, habebis aureum integrum duodecim milliarensibus constantem. Hoc ita ibidem explicatur & in aliis summis, habita proportionis ratione. Sed de his nos in nostro de re nummaria plura. Minor igitur numerus qui summæ deest, quum in summam redit, ἀνυσροφὴ vocatur. *versuram* hoc loco id vocat Tertullianus. Hinc eleganter si quid ex generis humani summa bellis deminutum ac delibatum est, id alias versura compensati redire, repensarique, ἀνυσρέφειν ac redintegrari dixit. Alias scio *versuram* etiam usuram ac fœnus significare. Glossæ Servii: *versura*, δανεὶν δάνειον. non

est

Digitized by Google

est quod Græci toculliones dicunt τόκω τόκον: sed illum intelligit mutuæ pecuniæ sumendæ modum, cum æs alienum prius contractum, novo ære alieno dissolvitur. hoc qui facerent, *versura solvere* dicebantur, hoc est versura facta, vel fœnori accepta pecunia, vetus nomen expungere. perperam legitur apud Terentium *versuram solvere*. male etiam Festus *versuram facere*, ex eo dictum esse exponit, pro mutuam pecuniam sumere, quod initio qui mutuabantur ab aliis, non ut domum ferrent, sed ut aliis soluerent, velut verterent creditorem. versura Latinis simpliciter est δάνειον, non δανείᾳ δάνειον. unde *versuram facere*, δανείζεσθαι, & mutuari. nam mutuum, & versura plane idem. mutuum quippe,& versura idem quod ἀμοιβή. ἀμείβειν, vertere. *mutua muli scabunt*, εἰς ἀμοιβὴν χνήθονται ὄνοι ὑπ' ὄνων. ita Græci proverbium illud efferunt. *mutuus* porro à verbo muto, quod est ἀμείβω: ut *cernuus* à cerno: *pascuus* à pasco, & similia. nam qui mutuatur, id est qui pecuniam mutuam sumit, eam accipit ut reddat, & sic versuram facit,hoc est ἀμοιβήν. nam ἀμοιβὴ & mutuum,& versura, res eadem. verbum *muto*, ἀμείβω, unde *mutuum* & *mutuari* descendunt, ex Græco Siculo venit, quod est μοῖτον, & ἀμοιβὴν significat: nam antiqui dicebant *mæto* ut *cæro*. proverbium erat vetus Siculum, μοῖτον ἀντιμῶ, hoc est mutuum reddo, vel gratiam refero, ἢ χάριν τίνω. Hesychius: μοῖτον ἀντιμῶ, παροιμία Σικελοῖς· ἡ γὰρ χάρις μοῖτον, τίνω χάριν. verba Hesychii vulgo corruptissima, quæ vulgo etiam ab eruditis ita corriguntur, ut longe depravatiora fiant, quam fuerant. μοῖτον idem est quod χάρις, vel ἀμοιβή. ἀντιμᾶν vel ἀνταμᾶν est, ὑπερβάλ-

λεοθαι τῇ πμῇ. hinc μοῖπον ἀνλημᾶν est gratiam cum fœnore referre, & plus reddere quam acceperis. τίνειν χάειν simpliciter exponit Hesychius. Hoc Siculum dictum ex Sophrone citat Varro de L. L. qui hac etiam parte corruptus circumfertur. ita apud eum scribendum lib. IV. *si datur, quod redditur, mutuum: quod Siculi μοῖπον. ita scribit Sophron, μοῖπον ἀντιμῶ.* nam in veteri libro legebatur, *mœton antimo.* sic *versura*, & mutuum, & ἀμοιβή, & Siculum μοῖπον eadem sunt. inde *versuram facere*, est mutuari.

Iam & primitus majore ambitu terra cassa] Vetus: *jam & primitiis majorem ambitum terra cassa.* atque ita etiam prima editio. correxere, *primitus*. quod non improbo. nisi quis magis probet *primitiis*, pro primordiis, & initiis nove usurpasse Tertullianum, quod in aliis multis hoc opere illi sollemne: *majorem ambitum*, omnino retinendum. sic alii auctores, *majorem partem*, pro majori ex parte. Cicero in Bruto: *majorem partem oratio nostra conflat jambis.* Quintilianus lib. XI. cap. III. *Iam tussire, & expuere crebro, & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, & oris humore proximos spargere, & majorem partem spiritum per nares effundere, etiamsi non utique vocis sunt vitia, quia tamen propter vocem accidunt, huic loco subjiciantur.* ita enim legendum est ex veteri libro. *ambitum terræ* etiam in Scorpiaco dixit quidquid ambitu suo terra continet: *qui vero non huic, id est non intra hunc ambitum terræ, nec per hunc commeatum, nec apud homines hujus naturæ communis confessionem putant constitutam.*

Itaque cogitans omnia si domū intelligens alibi] Nihil hic nisi correctorum est, nam Tertulliani pæne nihil est. ut scias me verum dicere, ponam bona

bona fide, ſicut meus eſt mos, ſcripturam vetuſti codicis, cui magna ex parte conſentit editio prima Rhenani. ſic igitur ille: *jam & primitus majorem ambitum terra caſſa, & vacans hominum, & ſicubi aliqua gens occuparat, ſibimet ſoli erat. Itaque colere omnia ſi domum intelligis alibi ſtipantem copiam, alibi deſerentem runcare & ruſpare conſuluit, ut inde velut ex ſurculis*, &c. Valde laboraſſe videntur homines eruditi, ut locum hunc ex corrupto facerent corruptiorem. at poſita tantum aliter diſtinctione, & mutatis duabus litterulis cetera omnia ſana futura audebo polliceri. Nam pro *domum*, legendum *demum*. quo genere ſæpe in hoc opere peccarunt antiquarii. ſic *exodoratas* pro *exeduratas*; & *montes* pro *mentes*, perperam ſcriptum oſtendimus. at pro *ruſpare*, ſcribi omnino debet, *ruſtare*. de quo paulo poſt dicam. ſic igitur hanc totam periodum conſtituimus: *jam & primitus majorem ambitum terra caſſa, & vacans hominum, & ſicubi aliqua gens occuparat, ſibimet ſoli erat. Itaque colere omnia (ſi demum intelligis alibi ſtipantem copiam, alibi deſerentem) runcare & ruſtare conſuluit, ut inde velut ex ſurculis & propaginibus, populi de populis, urbes de urbibus per ubique orbis pangerentur.* Hoc vult Tertullianus, in mundi primordio, cum terræ ambitus majorem partem vacaret, & cultoribus deficeretur, & omnia occupantis eſſent, ſi qua gens in vacuum veniſſet, & alicubi aliquid occupaſſet, hoc totum ſibi habebat. itaque colere omnia quæ invaſerat, gens illa tunc inſtituit, & quæ inculta erant circa ſe, runcare & ruſtare, hoc eſt, malis herbis & ſentibus liberare. verba autem illa, *ſi demum intelligis, alibi ſtipantem copiam, alibi deſerentem*, parentheſi includenda ſunt. hoc, inquit, ut fieri po-

tuisse, & factum quoque scias, intelligendum tibi est, alibi homines abundasse, alibi defeciisse: nam ex locis in quibus conferta ac stipata erat hominum copia, ad ea loca quæ hominibus vacabant, quasi surculi & propagines transferebantur, pangendis populis & urbibus per totum orbem. Hæc mens auctoris, qui *runcare* & *rustare* recte conjunxit. quorum alterum malas & noxias herbas exstirpare significat; alterum rubos & sentes, hoc est rusta vellere. at *russare*, quod heic legebatur, nullo modo convenire potest. *Rustare*, pro *russare* reposuimus: quod nemini mirum videbitur qui scierit quam sæpe in veteribus libris hæ duæ litteræ invicem mutentur. sic in hoc eodem opere *pelino* scriptum fuit in omnibus exemplaribus pro *telino*. in veteribus Glossis *pipita* legitur pro *pitita*, sive *pituita*: & *ruplus* pro *ruclus*, & alia sexcenta. *rustum* autem est genus rubi. unde *rustariæ falces* apud Varronem de re rust. lib. 1. cap. XXVI. quibus id genus sentes exciduntur. inde verbum *rustare*, quod est rusta evellere. in fragmentis Festi legitur; *rustum ex rubus*. sine dubio rustum ex rubus factum esse dicebat hoc modo, ut arbustum à voce arbos. sic *rubustum* à rubus, & inde *rustum*. sed pura puta vox Græciæ est, ῥυσὸν à trahendo. unde ῥυσάζειν trahere. quod proprium est spinarum. Ruscus etiam herbæ genus, asperæ & spinosæ, cujus mentio apud Festum & Columellam & alios. unde apud Ovidium:

Horridior rusco, vili projectior alga.

quod nescio an idem sit cum *rusto*. Festus diversas facit, sed scio in multis vocabulis *s* pro *r* & invicem Latinos ponere. Glossæ Servii: *ruscum*, μυρρε-

μυρρινάκανθος. aliæ Gloſſæ: *ruſcum*, χαμαιδάφνη, κυνόσβατον, εἶδος βοτάνης. *ruſcus*, βάτος. *ruſtum*, μυρσίνη ἀγελαία. ab ea voce ruſcare etiam eſſet, ruſcos tollere. quod & heic locum habere poſſet pro illo ruſpare. ſic *ſputorum umbilicos* pro *ſcutorum* ſcriptum eſt in libro Tertulliani de habitu muliebri. & *ripa*, pro *rica* in hoc verſu Germanici de Aſtræa:

----- *triſtique genas abſcondita ripa*,

ubi manifeſto legendum *rica*. ſic *Cupienus*, qui aliis eſt *Pupienus*, apud Aurel. Victorem. ruſcare aut ruſtare, utrum vis rectius eſt quam ruſpare, quod heic non poteſt ferri. *ruſtare* autem eſt, ruſta purgare, eodem modo quo *retare*, retas in fluminibus tollere: & *pilare*, pro pilos vellere, & ſimilia.

Per ubique orbis pangerentur] Notant Tertullianum hoc loco; ut infeliciter Atticos imitatum. ſed nihil infelicius hac ipſa notatione. ſcribunt Atticum eſſe ἀφὲ παντοχῆ γῆς, quod cum ſtuderet imitari Pœnus homo, *per ubique orbis* expreſſiſſe. ubi hunc Atticiſmum legerint neſcio. ne Græcum quidem eſt, ἀφὲ παντοχῆ γῆς. altera illa eſt hariolatio, Atticos cum dicunt ἀφὲ παντοχῆ γῆς, recte id facere, nam id eſſe ἀφὲ τῆς γῆς, παντοχῆ: at Tertulliano non æquus licuiſſe ponere, *per ubique orbis*, quia dici non poſſet, *per orbis ubique*. Hæ ἀναισθησίαι ſunt, & hominis quidem Græco imperitiſſimi. Non Atticorum eſt, ſed nec Græcorum, ἀφὲ παντοχῆ γῆς. Attici certe Græciquo omnes dicunt, παντοχῆ γῆς, & ἁπαντοχῆ γῆς. Hoc vulgo ſic ſolent exprimere Latini, ut dicant, *ubique gentium*, *ubique terrarum*. Tertullianus pro eodem, *ubique orbis*. at quemadmodum, *per ubique gentium* dici poſſet, per gentes ubique diffuſas,

quidni etiam dici queat, *per ubique orbis*? quod idem est ac si positum esset, ubique per orbem, ἀπαντοχῆ τῆ οἰκουμένης.

Transvolavere redundantium gentium examina] Ab apibus hæc metaphora: at superior ab arborum plantationibus, quæ ex surculis & propaginibus panguntur.

Scythæ exuberant Persas] Hæc est & veterum editionum, & scriptorum exemplarium omnium scriptura: quæ tamen doctissimis hominibus insolens visa est, & historiæ veritati contraria: itaque præstantissimus olim Turnebus, rescribere tentavit primus, *exuberant in Persas*. Nec enim Scythæ Persas exuberarunt, sed potius in Persas, & qui Persæ fuerant, Parthos feceruut: nam apud Persas Parthi appellati, sub sua ditione Persarum imperium redegerunt. Nihil propterea tamen mutari necesse est. ut enim antiqui passim Persas & Medos confudere; sic etiam Parthos & Persas. hic ipse Tertullianus in libro de Anima, Parthicas terras scribit à Scythis occupatas fuisse. ubi Parthicas posuit pro Persicis, ut contra hoc loco Persas vocavit, qui Parthi potius vocandi. Nam certissimum Scythas, qui in Persidem sese transfuderunt, Parthos fuisse vocitatos apud Persas, hoc est φυγάδας sua ipsorum lingua, hoc est Scythica. Stephanus: Παρθυαῖοι ἔθνος, πάλαι μὲν Σκυθικὸν, ὕστερον δὲ Φυγὸν ἢ μεταναστᾶσαν ἀπὸ Μήδων· κληθὲν δ' ἄπο τοῦ Μήδοις δὴ τὸν φύσιν ἀμφότερα δεξαμένης γῆς, ἀλλοδαπὰ καὶ αἰχμάδων ἔσης· ἢ δὴ τὸν φυγὴν, καθότι οἱ Σκύθαι οὗτοι φυγάδας Πάρθους καλοῦσι. Parthi igitur Scytharum sermone φυγάδας sonant. Vagos dixit Tertullianus lib. de anima: *invenimus autem apud commentarios etiam*

etiam humanarum antiquitatum humanum genus exuberasse, dum ab origines vel vagi, vel extorres vel glorioſi quique occupant terras, ut Scythæ Parthicas, Temenidæ Peloponneſum, Athenienſes Aſiam, Phœnices Africam. nam vagi Scythæ, extorres Temenidæ, glorioſi Athenienſes. Sed hæc alibi. Ceterum propius mihi & attentius hunc locum conſideranti non videtur Perſas heic accipi debere pro Parthis. Exuberant enim Scythæ Perſas, dum μετοικίας ſua Perſas exuberantiores faciunt. ut enim flumina rivis creſcunt, quos in ſe recipiunt; ſic populi aliorum populorum examinibus acceptis numeroſiores evadunt. *exuberare* igitur heic poſitum ab auctore pro exuberantius reddere, non exuberantius fieri. Ita ſumitur apud Columellam his verbis: *quæ herba favorum exuberant ceras.* id eſt, exuberantiores reddunt. At Perſas heic pro Parthis accipiendo, *exuberare* eſſet quaſi ex ubere quodam emittere. ſed illud omnino verum.

Chaldæum ſemen in Ægyptum educatur.] Educatur heic poſitum, pro educitur. quod mirum non vidiſſe doctos viros, qui certatim iſtud *educatur*, loco ſuo deducere tentaverunt, ut aliud verbum inducerent. ut *ducare*, pro dicere, unde & *ductus*, & *ductor*. ſic etiam *educare* eſt educere. quod etiam, alibi uſurpavit noſter, ut in libro de virginibus velandis: *quid quod etiam hæ noſtræ habitæ mutationem ætatis conſitentur, ſimulque ſe mulieres inter ſeverorum de virginibus educantur?* id eſt, de virginibus exeunt, & deducuntur. ſic ſupra *de virgine exire*, pro eodem dixerat: *non ita eſt autem, ſed ex qua ſe intelligere cœperit, & ſenſum naturæ ſuæ intrare, & de virgine exit.* exire de virgine, ut excedere ex

ephebis. quod & educari vel educi de virgine dixit. sic *inducare*, pro inducere in veteri Glossario: *elicit, evocat, iuducat*, προκαλεῖται, δελεάζει. Ubi *inducare* manifesto est inducere. sic infra *deglubare*, pro deglubere. ad quem locum plura.

Herculea posteritas quæ Temeno pariter] Editio prima Rhenani: *quæ Temeno*. forte, *quæ à Temeno*. posteritatem Temeni intelligit. *Temenidas* vocavit in lib. de Anima: *occupant terras, ut Scythæ Parthicas, Temenidæ Poloponnesum*. sed Temenus ipse in illis fuit Herculis posteris qui Peloponnesum occuparunt. scribendum itaque, ut liber habet noster: *Herculea posteritas Temeno pariter Peloponnesum occupando producunt*. Pausanias in Corinthiacis: Ἐπὶ Τεισαμενῷ τούτῳ καταβαίνουσιν εἰς Πελοπόννησον Ἡρακλεῖδαι, Τημένους μὲν καὶ Κρεσφόντης καὶ Ἀριστομάχου. *Posteritas producunt*, ut *turba ruunt*. & apud Martialem:

----- *gratias agunt urbes,*
Populus habebunt.

Figura Græca: ὁ δῆμος ἐῶσιν, ὁ δῆμος ἐπῄδων.

Pag. 10. *Asiam novis urbibus instruunt*] Instruere urbibus insulas, provincias, est quod Græci uno verbo dicunt κτίζειν. *condere* etiam Latini unica voce id dixerunt. Hieronymus in Chronico Eusebii: *Bithynia à Phœnice condita*. id est, à Phœnice urbibus instructa: item, *Achaia ab Achæo condita*. quod nimis mirum videri non debuit viro magno. nam & Vellejus Paterculus tanto antiquior Hieronymo, sic verbum *condere* usurpavit lib. 1. *eadem tempestate, & Tyria classis plurimum potens marium: ultimo Hispaniæ tractu, in extremo nostri orbis termino, insulam circumfusam Oceano, perexiguo à continenti diviſam freto, Gadis condidit*, id est, urbi-

urbibus inædificavit. nec erat causa cur vir alter magnus rescribere vellet contra librorum consensum & auctoritatem, *insulâ circumfusâ & divisâ*, quia Velleii sit mens, oppidum Gadis à Tyriis conditum in insula Oceano circumfusa. nam & insula Gades dicta fuit. & *condere insulam*, pro urbem in insula condere, eo modo posuit Vellejus, quo Græci passim auctores, κτίζειν νήσους, κτίζειν ἐπαρχίας solent dicere, cum insulæ & provinciæ urbibus ædificatis instruuntur.

Corinthii cum Archia muniunt Syracusas] Muniunt, condunt, ædificant. sed *mœniunt* verius, hoc est muris cingunt. Plautus:

Pergamum divina mœnitum manu.

Glossæ Isidori: *mœnit, struit, ædificat*. Priscianus in periphrasi Dionysii de situ orbis:

--- tunc deinde Tarentum
Tangitur æquoribus, quod mœniuere Lacones.

ἐπολίσωντο. ita enim in Græco Dionysii:

---- Τάρας δ' ἁλὸς ἐγγύθι ναίει,
Ἣν ποθ' Ἀμυκλαίων ἐπολίσσατο καὶ πατὴρ Ἄρης.

Quot populi propaginati?] Quænam ista populorum propaginatio? Paulo ante vix duabus in medio lineis dixit, *quantum urbium aut produxit, aut auxit, aut reddidit præsentis imperii triplex virtus*. hæc nimirum populorum propagatio est, cum urbes novæ conduntur, aliæ colonis deductis augentur, aliæ restituuntur ac reædificantur. cur igitur heic repetiit de propagatione populorum? sed mirum ni hanc vocem propaginarunt, aut potius compaginarunt correctores ex veteri scriptura, quæ habuit, *quod populi repugnati*. ita enim in scripto nostro Codice legitur. Nec aliter habuisse videntur quos Rhenanus vidit, ex

quo

quo ipse fecerat, *quot populi regnati?* sed omnino scribendum: *quot populi repurgati? quot ordines illustrati? quot barbari excluſi?* sic populi repurgari solent, cum & ordines illustrantur, & barbari excluduntur. *repurgati*, pro *repugnati*, facilis correctio in non difficili corruptione. sic apud Florum olim duobus locis *repurgare* repositum à nobis est, ubi perperam lectum fuerat *repugnare*: *Pœnos mari repurgavit.*

Et cacto, & rubo] Portentum verbi, istud *cacto* esse clamant: ejiciendum proinde & exurendum. Hinc *carecto* alii reponunt, alii *exacto*. alii aliter illud *cacto* expulere. Sane *cactus* spinæ genus est, ut non mirum sit correctores pupugisse. Græcis κάκτος. unde κάκτος ἔπηψεν apud Theocritum. & πύμμα κάκτου lemma distichi Philetæi apud Strabonem. sed liber nunc ad manum non est. Plinius cacti meminit lib. XXI. cap. XVI. & Siciliæ peculiare facit genus illud spinæ: *& cactos quoque in Sicilia tantum nascitur, suæ proprietatis & ipsa, cujus in terra serpunt caules à radice emissi, lato folio & spinoso.* in veteribus Glossis: *acactum*, ἀκάνθας φόβος, ὡς Λουκιανός. sine dubio in vitiosam scripturam incidit illarum Glossarum auctor, & *acactum* legit, ubi debuit esse *cactum*. sed quis ille Lucianus, in quo reperiri hanc vocem scribit? fuit cum putarem legendum, ὡς Τερτυλλιανός. videant eruditiores. hoc saltem teneamus, cactum, heic non esse loco suo movendum.

Consitum & amœnum] Et prima editio, & liber scriptus optimæ notæ, quo usi sumus: *consultus & amœnus*. de orbe loquitur: *revera orbis cultissimum imperii ejus est, eradicato omni acquisito hostilitatis & cacto, & rubo subdolæ familiaritatis, consultus & amœnus*

rus super Alcinoi pometum, &c. consultus & amœnus, orbis nempe, qui cultissimum imperii rus est. nam ad *orbis* hæc referuntur, non ad *rus*. pro *consultus* autem scribi debet *concultus*. sic *consilium*, pro concilium supra: & *cæsis oculis*, pro cæcis alibi notavimus, & apud Isidorum in Glossis: *sultor*, *cultor*. sic *saccire*, & *sacire*, quod Græci σαγκίζειν, recentiores *safire* dixerunt, unde nostrum *saisir*. de quo nos alibi. *concultus*, pro simplici cultus. sic *concessare* apud eumdem, & *confibulare*, & *concinerari*, & *concumulari*, & similia. in libro de anima ubi idem tractat: *certe quidem ipse orbis in promptu est cultior de die & instructior pristino, omnia jam per via, omnia nota, omnia negotiosa, solitudines famosas retro fundi amœnissimi oblitteraverunt*. sed & *consultus*, si forte, posset aliquis retinendum pertendere sub eo sensu, ut *consultus* dicatur, cui optime consultum & provisum est. quod Tertulliani genio neutiquam repugnat.

Consultus & amœnus super Alcinoi pometum] Idem liber legit: *per Alcinoi pometum*. Hellenismus esset, ὡς ἐγὼ τὸν τοῦ Ἀλκινόου κῆπον, καὶ τὸν Μίδου ἐδεσμῶνα: amœnus per Alcinoi pometum, & Midæ rosetum. sic apud veterem Juvenalis Scholiastem, *per Romanum equitem agere*, pro τὸν ἱππέα Ῥωμαῖον διάγειν, qui illud habet ex antiquiore scriptore. sane heic noster ubique in hoc opere, aut ἀχαΐζει, aut ἀχαΐζειν. nolim tamen affirmare ita illum hoc loco scripsisse.

Quid denotas hominem] Denotare est reprehendere, corripere, & notam censoriam inurere. nunquam aliter hac voce utitur hic auctor. adversus Marcionem lib. v. *Noli ergo Apostolum novum statim auctorem, aut confirmatorem eum denotare.*

notare

notare Censoris olim proprium. Heic *denotare*, pro eodem usurpat. infra : *enimvero jamdudum censoriæ intentionis episcynio dispersо, quantum denotavi*, sic & in Apologetico, *denotare impudentes*. Denotare igitur hoc loco non est, ut perperam interpretati sunt, oculis, digito, voce designare, sed illud quod diximus.

IN CAP. III.

Pag. 11. *QVamquam & pavo pluma vestis, & quidem de cataclitis*] Ita libri omnes scripti editique : *cataclitis*, inquam, non *catacliſtis*. quod videbimus tamen an & heic locum habere possit. utrumque sane explicabimus, cum in utroque exponendo mire hactenus hallucinati sint viri eruditione præstantes. & de *cataclitis* quidem primum videamus, quæ lectio omnium librorum auctoritate confirmatur. nullæ sunt heic *cataclita* vestes, sed cataclitorum, aut de cataclitis. & non mediocriter errant homines docti, qui *cataclitas* vestes, accubitorias interpretantur. quæ interpretatio magnam fatetur Græci sermonis imperitiam. *cataclita*, κατάκλιτα, sunt accubita : tori nempe quibus ad mensam accumbitur : nam κατακλίνεσθαι est ad mensam accumbere. & κατάκλισις, accubitio. inde κατάκλιτον, accubitum, vel stibadium. sic ἀνάκλιτοι δίφροι, vel ἀνάκλιτα sunt sedes vel cathedræ, quæ ἀνακλισμὸν habent. Hesychius : θρόνος, ἀνάκλιτοι δίφροι. *vestis* igitur *de cataclitis*, Tertulliano est vestis cataclitorum : quibus cataclita nimirum sternuntur, hoc est accubita, vel tricliniares lecti. Latini unica voce *accubitalia* dixere. Unde *accubitalia Cypria*, apud Trebel-

Trebellium Pollionem in Claudio. *veſtis de cataclitis*, pro veſtis cataclitorum: & *veſtis de altari*, apud Anaſtaſium veſtis qua ornatur altare: ſic *caput de aquila*, pro caput aquilæ apud Agrimenſores. Pavoni noſter veſtem de cataclitis tribuit, quia hujuſmodi veſtes tricliniates, aut accubitales, pictæ ut plurimum, & auro purpuraque inſignes. Lucianus in convivio Lapitharum: ἡμεῖς κατακλινόμεθα, πορφυρίδας ὑποβαλόντες. Cornelius Nepos apud Plinium lib. IX. cap. XXXIX. de purpura Tyria dibapha: *Huic ſucceſſit dibapha Tyria quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac P. Lentulus Spinther Ædilis curulis primus in prætexta uſus improbabatur: qua purpura quis non jam tricliniaria facit?* tricliniaria ſunt accubitalia quibus accubita vel lecti tricliniares ſternuntur. Nec de purpura tantum illa, ſed etiam auro clavata, ut & mantelia, quibus menſa ſternebatur & mappæ. aureorum & auratorum manteliorum mentio multis locis apud Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores. Stragula quoque veſtis qua cubiculares lecti inſternebantur, auro & purpura depingi ſolebat. Apulejus lib. X. *Sed & ſtragula veſte, auro ac murice Tyrio depicta probe conſternunt.* nec minus tricliniaris, & accubitalis. Babylonicorum ϖοικιλμάτων præcipue uſus inſternendis accubitis, quæ auro & purpura picta fuiſſe, & aliis coloribus intexta nemo neſcit. Plinius: *Metellus Scipio tricliniaria Babylonica ſeſtertium octingentis millibus væniſſe jam tunc poſuit in Capitonis criminibus, quæ Neroni principi quadragies ſeſtertio nuper ſtetere.* inde *Babylonicum aureum plumatum* Publio Syro dicitur. Gloſſæ: *Babylonicum*, ψιλὴ πολύμιτος. Duobus autem præcipue coloribus ſuperbit pavo, aureo & purpu-

reo.

reo. Oppianus Κυνηγετικῶν II.

Τοῖον ἐν ὀρνιθεσσιν ἀριζήλοις ἐμαρύνατ'
Χρυσῷ πορφυρόεντι μεμιγμένῳ αἰθόμενον πῦρ.

Phile de pavo:

Ἀμφὶ γὰρ ἐστὶν ἡ γεγραφὴ τῶν ἀνθέων.
Χρυσὸς ἢ λεπὶς ἐναχθεὶς τῇ πορφύρᾳ
Σμάραγδον ἀγνὸν ἐμφυτεύει.

Tertullianus hoc loco quo pavonem laudat: *immo omni conchylio preßior quâ colla florent: & omni patagio inauratior quâ terga fulgent.* hi etiam duo præcipui coloresBabylonicis & accubitalibus intexti, aurum & purpura. immo purpurea aliquando tota, aureis clavis distincta. Hinc recte ac merito Tertullianus plumam pavonis, quæ illi pro veste est, *vestem de cataclitis* esse dixit, hoc est triclinarem & accubitalem vestem; propter aurum scilicet, & purpuram, quibus pavo æque ornatus ac pictus est, ut vestes quibus accubita, vel cataclita insternuntur. Sic & Publius Syrus pavonem Babylonico amictum facit, hoc est triclinari sive accubitali veste:

Tuo palato oculosus pavo nascitur,
Plumato amictus aureo Babylonico,

Nec dubito Tertullianum in mente illos Publii versus habuisse, cum pavoni vestem de cataclitis dedit. nam *Babylonicum*, & *vestis de cataclitis*, qua cataclita scilicet insternuntur, idem est. Atque hæc de cataclitis, & pro cataclitis, quam veram esse hujus loci lectionem nunc mihi pæne persuadeo. olim magis probabam *catacliſtis*, & etiam nunc placeret si libri faverent. quamvis nihil facilius sit, quam unicam litteram revocari quæ fortasse librarii culpa deest. κατάκλειστον Græci vocarunt, quidquid ita pretiosum est, ut servari diligen-

diligenter, & clauſum teneri mereatur. puellas virgines quas tenellis aſſervandas diligentius uvis poëta neſcio quis ſcribit, Callimachus κατακλείσας vocat his verſibus:

παῖδες αἱ κατάκλειστοι,
αἳ φασιν οἱ τεκόντες
δύναιχς ὀαρισμὸς
ἔχθειν ἶσον ὀλέθρῳ.

Hinc & κατάκλειστοι meretrices quædam dictæ, quæ carius ſe venditarent, nec omnibus paterent. *devium ſcortum* Horatio, quod ſcilicet non omnibus obvium eſt. κατάκλειστα εἶχον τὰ βιβλία, apud Strabonem de Apellicontis heredibus, qui libros Ariſtotelis ſub clave habebant, nec exire in publicum ſinebant. atque inde, ut dixi jam, κατάκλειστον de re pretioſa, quæ non pro derelicto haberi, ſed ſtudioſe conſervari ac tuto loco concludi digna eſt. Sextus Empiricus lib. 1. Πυῤῥωνείων ὑποτυπώσεων: ἢ ἐὰν ἐνθυμηθῶμεν τὸ χρυσὸν ἀσωλῶς ὂν τὸ γῆς ἐῤῥιμμένον πολλοῦ, ὡσαυτως τοῖς λίθοις, τίνι δόξομεν ἔστε τοῦτον τίμιον ἢ κατάκλειστον ἔτως; *ſic pretioſum, & cataclistum?* nam & Latini hanc vocem uſu ſuam fecere. Unde *cataclista veſtis* Apulejo lib. XI. *eas amœnus lectiſſimæ juventutis, veſte nivea & cataclista prænitens, ſequebatur chorus.* non ab ullo colore cataclistam veſtem, ut apparet, dixit, ut pote quæ nivea eſſet, ſed in arca condi ſervarique ſolitam, feſtivis tantum diebus, & ſollemnitatibus inde promendam ac ſumendam. hujuſmodi enim ratiores veſtes non quotidie habebantur, ſed in arcis ſervabantur. Seneca de tranquillitate lib. 1. *non ex arcula prolata veſtis, non ponderibus aut tormentis ſplendere cogentibus preſſa.* Martialis;

Digitized by Google

Et micat innumeris arcula syntheſibus.

Sic *cataclista veſtis* de pretioſa, ut πμίᾳ, & κατάκλειστος χρυσὸς, apud Sextum. nugantur vero qui *cataclistas* ſplendentes interpretantur, à prelis ſive preſſoriis veſtium, quibus ad hoc premebantur, ut ſplenderent. Seneca loco quem paulo ante produximus, clare diſtinguit veſtē quæ prolata ex arca, ab ea quæ ponderibus aut tormentis preſſa ſplendere cogebatur: prela ſiquidem ſive preſſoria ad hanc rem habebantur. Martialis:

De Pallatinis dominæ quod ſerica prelis.

at κατάκλειστον ſimpliciter ſignificat quidquid concluſum ac conditum tuto loco ſervatur. nec neceſſe eſt, ut niteat & ſplendeat quidquid in arca reponitur & cluditur: nec ſi quid in arca repoſitum ſplendet, ideo ſplendet quod in arcam miſſum ſit. aurum κατάκλειστον Sexto dicitur. Et ſplendet quidem aurum, ſed ſplendorem illum ſuum non ab arca vel loco quo conditum eſt accipit. proinde non neceſſe eſt quidquid κατάκλειστον dicitur, id etiam ſplendidum dici. ſic *cataclista raſa*, apud Fortunatum non ſunt ſplendentia, ſed pretioſa. & *cataclistica fila* apud eumdem, non pro ſplendentibus, ſed pro caris & pretioſis:

Quæ manus artificis cataclistica fila rotavit.

aurea quidē ille fila intellexit, quæ & ipſa ſplendent ut aurum, ſed non propterea *cataclista*, aut *cataclistica* appellata. pretioſæ ſane veſtes omnes, etiam ſplendentes & claræ, unde pretioſas clarasque veſtes apud Lampridium in Marco: *milites oſtenſionales non pretioſis & claris, ſed ſpecioſis veſtibus ornabat.* claritas & ſplendor pretioſam, ſi forte, veſtem facit: ſolum vero pretium facit *cataclis-*

taclistam, hoc est curiose solliciteque servandam. Hinc κατάκλειστον Græci pro pretioso, quia quæ pretiosa sunt, etiam apud omnes κατάκλειστα haberi consueverunt. sed de cataclistis plus satis, quæ etiam heic locum habere possunt addita littera, ut pro *cataclitis*, scribatur *cataclistis*.

Immo omni conchylio depressior quâ colla florent] Priusquam manu exaratum exemplar nactus essem, legebam: *omni conchylio pressior*. quod postea liber ille, quem vidi, mihi confirmavit, in quo, ut & in prima editione, clare legitur, *pressior*. qui *pressiorem* heic aut *depressiorem*, splendentiorem exposuere, quia splendor est de pressorio, & *pressa vestis* splendens, splendide sane nugati sunt. splendor non est proprius conchylii aut purpuræ, sed illi cum multis aliis rebus & coloribus communis. aurum etiam splendet, de quo sequitur, & coccus magis utique quam purpura, & ignis. at Tertullianus hoc loco qualitatem coloris certam, & purpuræ propriam designare voluit, quæ cum purpura pavonis comparata collataque sordescat. cum enim pavoni vestem de cataclitis, hoc est auro purpuraque distinctam dedisset, ut id magis exaggeraret & extolleret, infert: immo, inquit, quâ purpureo lumine floret, πάσης πορφύρας πορφυρώτερόν ἐστιν: & quâ aureo colore fulget, παντὸς χρυσοῦ χρυσότερος. *Pressior* igitur de colore in purpura, & quidem eximio, accipi debet. *pressus color* Latine dicitur quem aliter *saturum*, aut *saturatum* dixere, Græci κατακορές. quo nomine intensiorem colorem, & minime dilutum vocant. *Myrteum* & *pressum* eundem faciunt, Servius & Isidorus: *Myrteum quem in purpura pressum vocamus*. myrteus color Porphy-

rio, medius est inter flavum & nigrum. Cynaræ flos, quem *myrteolum* Columella vocat, Dioscoridi ὑπόκιρρον dicitur, ac Plinio *myrteus*. κίρρος autem & ὑπόκιρρος color est in fuscum & lividum vergens. Galeni Lexicon: πελὸν, πέλια ὑπόκιρρα. τὰ ἢ αὐτὰ καὶ πελιρὰ ὀνομάζει. Ζηνόδοτος ἢ ἐν ταῖς τεχνικαῖς λέξεσι Σικυωνίως φησὶ τὸ κίρρον, πελλὸν ὀνομάζειν. Hesychius: πελὸν, φαιὸν χρῶμα, ἐμφερὲς τῷ πελιδνῷ. ex voce πελὸς quæ fuscum significat, vox Latina *pullus*. nam πελὸς, *pullus*, ut σικελὸς, *Siculus*. Plinius genus quoddam filis pressum vocat, quod ceteris erat fuscius, & quo pictores utebantur ad picturæ umbras: *Tertium genus est pressum, quod alii Syricum vocant ex insula Syro, jam quidam & ex Achaia, quo utuntur ad picturæ umbras.* idem Plinius de Sinopide: *quæ magis ceteris rubet utilior abacis: idem pretium ejus quæ pressior vocatur, & est maxime fusca.* Servius ad illud Georg. III. *Spadices glaucique: quos phœniciatos vocant professos myrteos.* lege: *pressos, myrteos.* nam pressus, & myrteus color idem, ut jam diximus, nempe subfuscior, & saturatior, qui diluto opponitur. Junius Philargyrus: *spadix phœnicius est, quales sunt fructus palmarum, neque satis diluti coloris, neque nimium pressi.* idem ad illud IV. Georgicῶν.

----*Hyali saturo fucata colore.*

saturo, id est vineo. & saturo ebrio, id est presso colore, ut in consuetudine dicimus, meracius saturat, quæ purius & meracius lucent. ex his omnibus locis patet quid Latini *pressum* in colore vocaverint, id nempe quod Græci καταγρὲς, iidem Latini *saturum*, quod diluto contrarium est, qualis est color nigrantis, & fuscioris purpuræ. *oneratum colorem* vulgo appellamus, τὸ καταγρέστερον: ut contra, *exoneratum*,

tum, qui dilutus eſt. *plenum colorem*, etiam Latini dixere, ſaturum & minime dilutum. Capitolinus in vita Albini: *nam & bos albus, purpureis ad plenum colorem cornibus natus eſt.* ubi *plenus color*, eſt preſſus & ſatur. *adſtrictum* etiam in eodem ſignificatu ſumpſere. nam preſſus, & adſtrictus idem eſt. Plinius lib. IX. cap. XXXVIII. de confectione purpuræ: *Buccinum per ſe damnatur, quoniam ſucum remittit. Pelagio admodum alligatur, nimiæque ejus nigritiæ dat auſteritatem illam, nitoremque qui quæritur cocci. ita permiſtis viribus, alterum altero excitatur aut adſtringitur.* ſic *adſtrictus* color, qui & preſſus idem, ac nigricans, *excitato* opponitur, hoc eſt claro & acuto, quem Græci ὀξὺ dicunt. in gradu autem colorum, licet adſtrictus, & excitatus invicem opponantur, in eodem tamen ſimul poſſunt eſſe, ſed diverſo reſpectu. Tyria purpura nigrior & adſtrictior adſpicientibus apparebat, ſuſpicientibus autem excitatiſſimum nitorem ac lumen adfulgebat. Plinius eodem loco: *laus ei ſumma color ſanguinis concreti, nigricans aſpectu, idemque ſuſpectu refulgens.* at excitatus & dilutus, ut nec adſtrictus & dilutus, ſimul eſſe nequeunt, nec in uno morari. Excitatus igitur & preſſus, licet inter ſe diverſi, ex æquo tamen utrique diluto contrarii ſunt. Excitatus & acutus color in cocco, preſſus & adſtrictus in purpura *nigrantis roſæ*, ut Plinius ait, *colore ſublucens*. Tyria purpura utrumque habebat, acumen lumenque cocci, & nigritiam ſaturitatemque purpuræ nigræ. neutrum habebant dilutiora, ut conchylium, de quo paulo poſt. *Excitatum*, & *vegetum*, ac *vividum* Latini pro eodem ponunt, atque etiam *clarum*. unde *claræ purpuræ* in vita Probi. Græci ὀξὺ & λαμπρὸν vocant.

cant. unde ὀξεῖαι πορφύραι. Suidas: βάμμα Σαρδιανικὸν, ἀντὶ τοῦ ἐρυθρόν σε ποιήσω· νῆσος δὲ ἐστὶ μεγίστη ἡ Σαρδὼ, ἐν ᾗ γίνονται πορφύραι διάφοροι καὶ ὀξυτάτην. hinc φοινικὶς ὀξεῖα Aristophani, excitati & vegeti luminis.

Τρεῖς λόφους ἔχων ἁλῶ καὶ φοινικίδ' ὀξεῖαν πάνυ.

unde *oxyblatta* in Codice, purpura intensioris & vegetioris luminis. & ὀξεῖαι μεταξῆ in recentioribus Græcorum imperatorum constitutionibus: τὸ κεκοσκινον δὲ μεταξης ὀξείας ἀπηγορηται. ubi ὀξεῖαι metaxa est coccinea. idem est & λαμπρὸν, λαμπρὸν χρῶμα, de coccineo dixit Plutarchus in nuptialibus præceptis. inde λαμπρὰ ἐσθὴς coccinea apud Euangelistam. Latinis *clara vestis*, & *clara purpura*. nam purpuræ maxime claræ τὸ λαμπρὸν habent, quod in cocco inest. Græci hodieque ignem, absolute vocant λαμπρόν. Antiqui pressiores & fuisciores purpuras magis probabant; at recentioribus claræ & excitatæ potius placuere. de quo nos alias. Sciendum porro est Latinos pressum & saturum etiam de clarissimis & excitatissimis coloribus usurpasse, intentissimum quemque in sua specie colorem, & qui diluto pallidoque maxime contrarius esset, ita vocantes. omnino quidquid largissimo atque abundantissimo colore & lumine pictum tinctumque esset, hoc nomine donarunt. sic Græcis καθαιρές. Sextus Empiricus lib. 1. Pyrrhon. hypotyp. καὶ τὸ αὐτὸ χρῶμα τοῖς μὲν πεσοβυτέροις ἀμυδρὸν φαίνεται, τοῖς δὲ ἀκριβέσι καὶ καθαιρές. perperam hodie editum est, τὸ αὐτὸ βρῶμα. quod sequitur interpres, nec assequitur mentem auctoris. Quæcunque meracius & validius colorata essent, *satura* & *pressa* vulgo dicebant. ita accipiendum

hoc

hoc loco, *prestiorem omni conchylio*, πάσης πορφύρας δ' αὐθέστερον. austerum Latinis in colore idem quod maxime saturum. Plinius lib. IX. c. XXXVI. *sed unde conchylii pretia, queis virus grave in fusco, color austerus in glauco?* πικρὸν χρῶμα ἐν τῷ κυανωγεῖ, τὸ κυανωγέστατον, τὸ ὑπερκυανοῦν. idem cap. XXXVIII. *nimiæque ejus nigritiæ dat austeritatem illam nitoremque qui quæritur cocci.* austeritatem vocat saturitatem, & superbiam nitoris. & lib. XXXVII. cap. VII. de carbunculis: & *heic mares austeritas distinguit, siquidem vigor apposita tingens indicat: quidam etiam hebetare visus dicuntur. Blandior fœminis flamma, alliciens magis quam accendens.* & de Scythicis smaragdis meracius & improbius virentibus, cap. V. ejusdem libri: *nullis major austeritas, nec minus vitii.* & paulo post: *ergo Cyprii varie glauci: magis ac minus in eodem smaragdo aliis partibus tenorem illum Scythicæ austeritatis non semper custodiunt.* πικρὸν Græci vocant quod austerum in coloribus Latini. Epiphanius de smaragdo qui saturatius viret: τέταρτος λίθος σμάραγδος· ὅτι καλεῖται καὶ πεπασμένος· ἔστι δὲ χλωρὸς τῷ εἴδει· ὅμως ἐστὶ διαφορά τις ἐν αὐτοῖς· τινὲς μὲν γὰρ αὐτῶν Νερωνιανὸς καλοῦσιν, ἄλλοι δὲ Δομετιάνος· καὶ ὁ μὲν Νερωνιανὸς πικρός ἐστι τῷ εἴδει σφόδρα χλωρίζων, διειδὴς καὶ σίλβων. *specie austerus est, & valide viret, translucidus & nitens.* Hæc Epiphanius in libro de duodecim lapidibus. *altum colorem* etiam vulgo dicimus qui intensissimus. Græci quoque βαθὺ similiter ponunt, de gradu coloris celsissimo. idem Epiphanius: ὑάκινθος οὗ τὰς μὲν χρόας ἔχει διαφόρους· ὅσῳ γὰρ εὑρίσκεται ὁ λίθος βαθὺς τῇ χροιᾷ, τοσούτῳ ἀναγκαιότερος ἐστὶ τῶν ἄλλων. & de jaspidum generibus: ἄλλη δέ ἐστι γλαυκοτέρα θαλάσσης, βαθυτέρα τῷ ἄνθει καὶ τῇ βα-

τῇ βαφῇ. Hæc est quæ austerum habet in glauco, ut loqueretur Plinius. *superbum* quoque in eodem significatu sumpsere. Unde *superbia candoris* Vitruvio, austeritas καὶ ἡ βαθύτης τὴν λευκότητα. Hinc & *superbum ostrum* Virgilio:

Arte laborata vestes, ostroque superbo.

improbum etiam pro eodem usurparunt. nam improbum Latini dicunt, quidquid supra modum extollitur atque eminet. unde *improbior statura, improbiora labra*, & cetera de quibus nos alibi. hinc & *improbus color* de purpureo per excellentiam. Vide quæ notavimus ante hoc biennium ad historiæ Augustæ scriptores. plura etiam his notabuntur in commentario de coloribus. quæcunque autem superius exposita sunt vocabula, quibus Græci Latinique auctores usi ad exprimendum coloris cujusdam eximii absolutissimum gradum, uno saturi vel saturati coloris nomine comprehenderunt. pressum etiam cum saturo eumdem fecerunt, omnem colorem ita vocantes, qui dilutus non erat, & meracius nitebat. sed hæc de saturo, deque presso colore plus satis, & ad satietatem usque pæne impressimus.

Omni conchylio presser] πάσης πορφύρας δαφέστερος καὶ καθαρώτερος. ita quidem, si *conchylium* heic pro quavis purpura usurpavit. sed *conchylium* hoc loco magis est, ut sit *conchylia* sive *conchyliata vestis*, vel *conchyliatus color*, quem à purpura semper auctores distinxere. nam conchylium coloris genus est multo pallidius dilutiusq; purpura. ut mirum non sit si colla pavonum quæ mero purpuræ lumine florent, omni conchylio vegetiora dixerit Tertullianus, cum conchylia omnia saturitatem illam floris ac luminis non habe-

habeant, quam habet purpura. purpuram à conchylio, hoc eſt purpuream veſtem à conchyliata Plinius ſemper diſcernit. lib. IX. cap. XXXV. *Conchylia & purpuras omnis ora attexit, quibus eadem mater luxuria paria pœne & margaritis pretia fecit.* & lib. XXII. cap. II. *tranſalpina Gallia herbis Tyrium atque conchylium tingit, omneſque alios colores.* & lib. XXI. cap. VIII. tria genera præcipua ac principalia ſtatuit purpurei coloris, *Tyrium, amethyſtinum,* & *conchylium.* Omnium ſaturatiſſimum erat Tyrium; huic color, ut alibi dicit, *concreti ſanguinis nigricans aſpectu, idemque ſuſpectu refulgens.* Hanc Tyriam dibapham vocabant, & proprie purpuram. nam omnes purpuræ commodiores, ut idem alibi refert, bis tingebantur. in ſecundo gradu ac genere amethyſtinum, non adeo pleno colore refulgens, ut purpura, nec tantæ nigritiæ, nec æque auſterum, ſed blandius aſpectu, & magis violaceum. Tertium genus conchylii eſt, cujus variæ ſpecies erant, ſed omnes dilutiores pallidioresque tum amethyſtino, tum multo magis Tyrio & purpureo. locus Plinii quo tres iſtos purpurei coloris gradus præcipuos diſtinguit, & cum floribus eos colores comparat, elegantiſſimus eſt, ſed etiam in vulgatis codicibus corruptiſſimus. Nos eum ex veteri & optimo codice Regiæ Bibliothecæ, & noſtris non nihil conjecturis emendatum heic ſubjiciemus: *in quibus unguento viciſſe naturam gaudens luxuria veſtibus quoque provocavit eos flores qui colore commendantur. Hos animadverto tres eſſe principales; in cocco qui à roſis micat, & gratius nihil: ſuſpectu trahitur & in purpuras Tyrias dibaphasque ac Laconicas. Amethyſtum, qui in viola: & ipſe in purpureum, quemque janthinum appellavimus. genera*

enim tractamus in ſpecies multas ſeſe ſpargentia. Tertius eſt qui proprie conchylii intelligitur, multis modis: unus in heliotropio, & in aliquo ex his plerumque ſaturatior: alius in malua ad purpuram inclinans: alius in violæ ſerotina, conchyliorum vegetiſſimus. omnium colorum micantiſſimus coccineus qualis in nigrante roſa conſpicitur. is etiam in purpuris Tyriis ac dibaphis micabat, ſed tum cum ſuſpicerentur tantum. Plinius lib. IX. cap. XXXVI. de purpuræ ſanie: *liquoris hic minimi eſt in candida vena. unde pretioſus ille bibitur nigrantis roſa colore ſublucens.* dixit *ſublucentem*, ſuſpectu lucentem. quod clarius expreſſit capite ſequenti de purpuræ Tyriæ colore: *nigricans aſpectu, idemque ſuſpectu refulgens.* fulgorem igitur illum nitoremque cocci pariter & roſæ, non habebat purpura, niſi in ſublimi poſita ſpectaretur, ita ut ſuſpicienda eſſet. & hoc eſt quod hoc loco dicit, coccineum colorem qui in roſis micat, ſuſpectu etiam trahi in Tyrias purpuras & dibaphas. perperam hodie legitur, *gratius nihil traditur aſpectu, & in purpuras Tyrias.* quod plane ſenſu caret, ſaltem illo quem habuit Plinius. Conchylii porro coloris tres gradus facit, quorum vegetiſſimus, qui in viola ſerotina cernitur: minus vegetus & ſaturatus, qualis in malvæ flore: omnium dilutiſſimus in heliotropio, cujus flos cæruleus eſt. hunc colorem vulgo *blutum* vocamus, quaſi ablutum vel dilutum. & fane cæruleus color, quem Græci κυανοῦν vocant, nihil aliud eſt quam purpura dilutior, & pallidior. Plinius alibi de conchyliis loquens, colorem illis tribuit, *auſterum in glauco, & inſtenti ſimilem mari.* lib. IX. cap. XXXVII. poſtquam de purpura dixit, huic faſces ſecuresque Romanas viam facere, eam-

eamdemque pro majestate pueritiæ esse, distinguere ab equite curiam, Diis advocari placandis, omnemque vestem illuminare, & in triumphali miscerі auro, addit: *quapropter & excusata purpuræ sit insania. sed unde conchylis pretia, queis grave virus in fuco, color austerus in glauco, & irascenti similis mari?* purpuram à conchyliis, hoc est purpuream vestem à conchyliatis apertissime ibi separat. & de purpura quidem haud mirandum dicit tantopere ab omnibus expeti, tantoque in honore, ac pretio haberi, cujus tam insignis & eximius color. De conchyliis miratur quod pretiosa & illa essent, cum tam male olerent, nec gratum colorem haberent. qua igitur in re differebant conchylia à purpuris? solo tingendi temperamento. idem Plinius eod cap. *concharum ad purpuras & conchylia eadem materia est. sed distat temperamento.* de Tyrii & amethystini temperamento habes cap. XXXVIII. lib. IX. apud eumdem. Capite sequenti quomodo conchylia tingerentur, ostendit. Pelagio & buccino purpura & amethystinum tingebatur: at conchylium sive conchyliata vestis solo pelagio, hoc est solo purpuræ conchylio. Nam purpuræ pelagiæ dicebantur. atque inde conchylium appellatum, quod solo & mero purpuræ conchylio tingeretur, sine admixtione buccini. Nam conchylium, est concha purpuræ. At dicebatur etiam *conchylium* de colore & de veste: ut purpura, & coccus, de coccino & purpureo. Hæc erat præterea inter purpuram & conchylium differentia, quod lotium tingendis conchyliis admiscebatur, purpuræ non item. hinc grave virus & malum odorem in conchyliis notabat supra Plinius. grave

illud

illud virus ex lotio. postremo magnum discrimen de colore inter purpuram & conchylium. in purpura abundantissimus & saturatus; in conchylio dilutus & pallidus, & ad cæruleum magis accedens quam ad purpureum. de conchylii denique temperamento hæc verba Plinii sunt capite XXXIX. libr. IX. *in conchylia veste cetera eadem sine buccino. præterque jus temperatur aqua, & pro indiviso humani potus excremento: dimidia & medicamina adduntur. sic gignitur laudatus ille pallor saturitate fraudata, tantoque dilutior quanto magis vellera esurunt.* ita antiquæ omnes editiones Plinii, & scripti codices locum illum legendum exhibent, quem doctissimi hujus ætatis viri varie suis conjecturis distorserunt. *conchyliam vestem* dixit pro conchyliata. nam & *conchylium* passim conchyliatam vestem vocat. verba illa, *præterque jus temperatur aqua*, nullo modo sollicitanda sunt. *præterque*, est prætereaque: quod Græcis, καὶ πρὸς γε. ita alibi loquitur Plinius. cap. VIII. lib. XXXV. *articulis etiam membra distinxit, venas protulit: præterque, in veste rugas & sinus invenit.* atque ita etiam Plautus in Sticho:

Nec aliud quidquam nisi hoc quod habeo pallium,
Præterque, linguam unam etiam venditariam.

jus autem vocat, τὸ βάμμα. succum purpuræ, medicamen quod in aëno coquitur tingendis lanis. atque alibi *jus* vocavit, lib. XXXV. cap. VI. *præcipuum est primum fervente aëno rudibus medicamentis inebriatum. proximum egesto eo addita creta in jus idem.* Græci quoque ζέμα, & ζωμὸν vocant. Physica sub nomine Democriti de tingendis purpuris: εἶτα λαβὼν ὄστρεα πυρὸς τὸ ζέμα, βάλε εἰς λεκάνιον, πρόσβαλλε τῷ πορφύρᾳ καὶ θλῖψον τὸ ζέμα τῇ πορφύρᾳ

φύρᾳ ἕα βρέχεσθαι νυχθήμερον ἕν. paulo poſt, ζωμὸν appellat: καὶ διυλίσας τὸ διύλισμα, θέρμανον· καὶ σωθεὶς τῷ ἐρέαν κατάχεε, χαυνοτέρᾳ ἢ σωτεθήτω, ὥσε φθάσαι τὸ ζωμὸν μέχρι ξ συθμῶ. & mox: καὶ ἔασον νυχθήμερας β'. εἶτα λαβὼν μὴ ταῦτα, ξήρανον ἐν σκιᾷ, τόνδε ζωμὸν ἔκχεον. εἶτα λαβὼν τὸ αὐτὸν ζωμὸν, ἓ βαλὼν λίτρας β', βάλε ἐν τῷ ζωμῷ ὕδωρ, ὥσε χλιαίνεσθαι τῷ πρώτην ἀναλογίαν, καὶ ἔκχεε ὡσαύτως, ἕως ἂν παχυνθῇ· εἶτα ὑλίσας, βάλε τῷ ἐρέαν. in purpura tingenda, jus illud ſola aqua temperabatur, ad conchylii vero tincturam aqua, & pro indiviſo humani potus excremento, hoc eſt lotio & aqua ſimul junctis, nec certa menſura diviſis. prout dilutius aut ſaturatius facere vellent, ita plus minuſve lotii aut aquæ addebant. Recentiores autem in omni purpura tingenda lotium adhibuere, lanamque priuſquam in aënum inderetur, non ſolum aqua ſed etiam lotio elutriabant. Phyſica Democriti? βάλε τῷ ἐρέαν ὡς τὸ πρῶτον, εἶτα λαβὼν σκόπελινον εἰς ἕρον, καὶ ξήρανον ἐν σκιᾷ. ἔπειτα λαβὼν λακχᾶν, καὶ λαπάθυ λίτρας δ', ἕκζεσον μὴ ἕρυ ὡς λυθεῖναι τὸ λάπαθον· καὶ ὑλίσας τὸ ὕδωρ βάλε λακχᾶν, καὶ ἕψε ἕως παχυνθῇ, καὶ διυλίσας πάλιν τὸ λακχᾶν βάλε τῷ ἐρέαν, εἶτα σκῦον ἕρῳ. Hæc infimæ ſunt Græciæ, ſub nomine Democriti vulgata in libris nondum editis, qui Græce περὶ χυμείας ſcripti ſunt. ſed hæc melius diſcantur apud tingentium officinas, quos etiam nunc audio in cocco tingendo uti lotio. nam conchylii βαφὴ aut purpuræ nulla hodie in uſu, præter eam quæ herbis tingitur. Hæc de conchyliis ac purpuræ differentia, dicenda fuere, quia conchylium heic perperam cum purpura confundunt interpretes. Conchylium autem heic

Digitized by Google

heic est conchyliata vestis, quæ à purpurea distinguitur.

Quâ colla florent] *Florere* heic proprie de purpura dictum: ut *fulgere* de auro. Catullus:

Quantum sæpe magis fulgore expalluit auri.

Virgilius:

-----auri per ramos aura refulsit.

at *florere* proprie purpura dicitur. nam & ἀνθοφύρης Græci dicunt. Plinius: *sed purpuræ florem illum tingendis expetitum vestibus, in mediis habent faucibus.* Pollux de purpura: αὐτη θεασαμένη τὰ χείλη ἔχ κυνὸς ἀνθοῦσα αἱμῆ βαφῆ. unde εὐανθὴς πορφύρα, largo flore & lumine saturata. ut contra ἀνανθὴς, pallida & diluta. perperam igitur heic *colla florent* interpretantur de colorum mixta varietate: dixit enim, *præstior omni conchylio quâ colla florent.* colla autem pavonis purpureo colore florent: ut terga ejus aureo fulgent.

Omni patagio inauratior] Patagium est clavus, ἀπὸ τῦ πατάσσω, παταγεῖον, clavus qui in materiam incuditur. sic ἀπὸ τῦ σημάσσω, σημαγεῖον. & ἀπὸ τῦ καταμάσσω, καταμαγεῖον. & à χαράσσω, χαραγεῖον. & ἀπὸ τῦ κόπτω, κοπεῖον. hinc *patagium* de clavo qui vesti immittitur. nam & ἧλος Græci hujusmodi vestium clavos vocant, unde & ἔνηλος vestis clavata. sed clavi de purpureis proprie magis. Glossæ *clavum*, πλατεῖαν πορφύραν interpretantur. aliæ, πορφύραν ἐνυφασμένην. at patagium de aureo. unde heic Tertullianus, *omni patagio inauratior.* Nonius Marcellus: *patagium*, clavus aureus. παταγεῖον Græce.

Multicolor, & discolor, & versicolor] Πολύχρως & ἑπτάχρως καὶ ποικιλόχρως. haud magna inter has tres

tres voces differentia, quas indifferenter plerumque usurpant auctores. quidquid multicolor, etiam discolor & versicolor sit necesse est. quidquid autem versicolor, etiam discolor est, & multicolor. hoc tamen inter discolor & multicolor interest, quod vel duo colores simul mixti junctive facere possunt, ut aliqua res sit discolor. unde & discolor, δίχροος & δίχρωμον Glossæ exponunt. at multicolor non potest esse nisi ex pluribus coloribus constet. versicolor autem Latine dupliciter sumitur. aut enim id est quod colorem semel mutavit, aut quod colorem subinde mutat. Jurisconsulti *versicoloriorum* nomine comprehendunt, quidquid naturalem colorem semel vertit, ut omnia quæ tincta sunt, quæque nativum colorem alieno & adsciticio mutaverunt. versicolor alias & hoc loco, est qui colorem alium atque alium subinde ostendit, prout mutatur ac movetur, ut colla columbarum. Græci ἀλλάσσον vocant. unde *allassontes calyces* id est *versicolores* apud Trebellium Pollionem. *mutantem colorem* vulgo dicimus.

Nominandus & serpens licet pone pavum] Nominandus, non est ὀνομαστὸς, ut sibi persuadent interpretes, qui non videntur intellexisse hoc loquendi genus Tertullianicum, *licet pone pavum*. inter bestias, inquit, quæ formam mutant, primus est pavo. nominandus etiam inter eas ac recensendus est serpens, *licet pone pavum*, hoc est quamvis longe minoris quam pavo dignationis sit. sic infra: *omnis liberalitas studiorum, quattuor meis angulis tegitur: plane post Romanos equites*. omnis illa liberalitas studiorum, id est omnes liberalium studiorum cultores, qui pallio vestiuntur, equitibus Roma-

Romanis dignitate plane inferiores sunt. in libro de anima: *etsi post Deos & cum Diis daemonia deputantur penes poëtas & philosophos.* post Deos, inferiores Diis.

In angustias stipat] Nullus liber, aut scriptus aut editus, exhibet eam lectionem, quam heic sequi maluerunt interpretes, *in angusta stipat.* cur vulgata illis displicuit, quam libri omnes tuentur? stipare in angustias, est infercire se & infulcire in angustias. sic de Martyribus, *Regulus in arcae genus stipatus.* per vim insultus & intrusus. εἰσβεβυσμένος. legi etiam posset: *in angustia stipat.* angustiam vocat foramen arctum, & cavum serpentis. *specum* appellat in sequentibus: *specum ingrediens & cutem egrediens.* in angustia stipare, ut in subsicivis stipare apud eumdem libr. 1. adversus Marcionem: *nihil enim non majus est id quod capit eo quod capitur: & videndum nequa adhuc illi vacent subsiciva, in quibus & tertius aliquis stipare Deus cum populo suo possit.* id est, stipatum & confertum consistere, πεπυκνωμένος. Lucianus: πεπυκνωμένος πᾶς ὁ τρίκλινος, in aliquo angulo triclinii stipans. stipare est implere & farcire & densare. *stirpare calceum multiformem* in libro de virginibus velandis, pro implere. & in lib. de jejunio, *ventrem escis stipatum.* & in libro de anima: *oracula id genus totus orbis stipatus est.* id est, refertus. stipa dicebatur, quæ vasis in navi componendis interponebatur, ut firmius hærerent. Servius: *stipant, densant, transtatio est à navibus in quibus stuppa interponitur vasis, quam stipam dicunt.* stuppa plerumque ad hanc rem utebantur, sed & aliis plerumque rebus, ut fœno & palea. nec stuppa stipa est, ut alibi sentire videtur idem Grammaticus, nisi quatenus stuppam ut pluri-

plurimum, stipandis & componendis vasis adhibebant. origo quippe harum vocum diversa est, & ex Græco utraque. *Stuppa*, ὁ σύπτης. *stipa*, ἡ στιβή. Græci στιβὴν σωρῆσιν vocant. Hesychius: στιβή, σωρῆσις καὶ χόρτος. inde stipa Latinis ἡ σωρῆσις, quidquid nempe componendis vasis interponeretur. Servius *stipatores* dictos scribit, qui in navibus componebant, hoc est, qui vasa in naves illata composite ordinabant ac densabant, interjectis ut firmiter omnia cohærerent stuppis aut fœno & palea. & hanc σωρῆσιν *stipam* vocabant. verba Servii ad III. Æneid.

---- stipantque carinis Ingens argentum.

Stipat, inquit, *densat. unde & stipatores dicuntur, qui in navibus componunt, à stipa.* sic componere apud Petronium: *Ego cum Gythone quidquid erat in latum compono, & aperatis sideribus intro navigium.* rimæ navium etiam stuppa stipabantur, unde & *stupare* hodieque dicimus obturare. Stipa etiam dicebatur fœnum & palea, qua firmari solent amphoræ cum extruuntur, *etiam stipites*, inquit Festus, *qui ob eam rem destituuntur.* torto fœno etiam hodieque ad eam rem uti consueverunt figuli. *Stipa* omnino est στιβή. nam antiqui *stæpam* & *stupam* vocabant. στιβὴ à στείβω, ut *stipo*. nam στείβειν idem est plane quod stipare. sic λοιβή, à λείβω. atque inde Latinum *libare*, ut ἀπὸ τοῦ στείβειν, *stipare*. hinc στεβεύς, fullo, & στιβάς, stramentis atque herbis lectus fartus.

Specum ingrediens & cute egrediens.] Rectius & magis ad Tertulliani genium stilumque, quod vetus habet editio cum nostro codice: *specum ingrediens, & cutem egrediens.* exire, excedere, egredi urbem, Latina sunt, quod alii sexto casu enunciant.

ciant. Pontius Diaconus in passione Cypriani: *egressus est domum principis, sed Christi & Dei princeps.* idem ibidem: *& cum exiret prætorii fores, erat comes militum turba.* sic multi auctores loquuntur.

Cum squamis & anni recusantur] Hanc lectionem omnes recusarunt, & pro ea alii *recursantur*, alii *recurantur* recipiunt. primum contra libros, qui omnes habent, *recusarunt*: deinde & contra Tertullianum ipsum, qui frequenter hoc verbi in eo sensu quo heic positum est, usurpat. Etenim *recusare*, non est si quid non habeas, rejicere tantum, & nolle accipere cum offertur, sed etiam id quod diu habueris, dimittere ac deponere, ac nolle amplius habere, quod prius habuisti. ita hac voce usus Commodus in Epistola ad Pescennium quæ apud Spartianum in ejus vita legitur: *ducatum mox dabo, ubi per senectutem Ælius Cordueus remp. recusaverit.* id est, reip. administrationem dimiserit, & deposuerit. Tertullianus ipse sic sæpe utitur. De cultu fœminarum: *jam non tantum confictæ & elaboratæ libidinis suggestum recusandum à vobis sciatis, sed etiam naturalis speciositatis oblitterandum dissimulatione, & incuria.* recusandum, rejiciendum ac deponendum. ibidem: *cum tamen cognito Deo adempta placendi voluntate per luxuriæ vacationem, omnia illa ut otiosa & hostilia pudicitiæ recusantur.* & in libro de Idololatria: *nam si ita esset, utique tantæ sanctitatis & constantiæ viri, statim habitus inquinatos recusassent:* id est, abjecissent ac dimisissent. ita hoc loco *annos recusare*, est senectutem deponere & exuere. *anni* pro senectute. *annis pannisque obsitus*, apud Comicum. apud alium poëtam, *obsitus ævo* pro eodem Ovidius:

---- *quod vir tibi marcet ab annis.*

Serpente

Pag. 12. *Serpente paſtus langueſcit in juventutem*] Nihil mutandum. & fruſtra ſunt, qui aut *longiſcit*, aut *angueſcit* legunt. hæc jam alii explicarunt.

Capit & alia beſtiola verſiculum] Libri omnes conſtanter: *capit & talis beſtiola verſiculum*. ſcribe: *capit & alis beſtiola*. *alis* pro *alia*, ἐχ καθ' ὁμοιὸς. ita enim veteres. Catullus:

---- *quod non fortior auſit alis.*

Jam timebis aliquid cum leone] Adjectio leonis ad nomen Chamæleontis, illum tibi timendum faciet, quaſi aliquid terrificum habeat, cum hoc leonis adjuncto. interpretes ridiculi ſunt, qui duo timores ex duplici nomine imaginantur. omnis terror qui ignaris incuti poteſt ex nomine Chamæleontis, in fine nominis eſt, qui leonem præfert.

Ridebis illico audaciam & Græci jam nominis] Variis conjecturis hunc locum exagitarunt Critici. fruſtra. nam & explicari poteſt ac defendi ut editus eſt. ſi quid mutandum eſſet, haud dubitarem legere: *ridebis illico audaciam è Græcia nominis*. nominis è Græcia, nominis Græcanici.

Quippe nec ſuccus eſt corpori, qui minutioribus multo licet. Chamæleon pellicula vivit] Cum hæc lectio, tum diſtinctio à correctoribus. quare non mirum, neutram eſſe rectam. vetus ſcriptura libri noſtri ad quam ſemper, ut ad ſacram anchoram decurrimus, ita diſertim habuit: *quippe nec ſuccus eſt corpori, & quo minutioribus multo licet Chamæleoſi pellicula vivit*. à qua non longe abit & prima editio Rhenani. Hoc ſincerum & integrum præſtare auſim, modo intelligentes harum rerum homines mihi des. *quo* pro *quod* infinitis locis ab hoc authore uſurpatum offendimus, aut ita ſal-

tem in libris ejus ſcriptum. in Pandectis vero Florentinis plus ſexcenties *quo* pro *quod* exaratum occurrit. hoc poſito ſic diſtinguimus: *quippe nec ſuccus eſt corpori, & quod minutioribus multo licet, Chamæleo, ſi pellicula vivit.* elegantiſſime & eruditiſſime. negat ſuccum eſſe Chamæleontis corpori, & Chamæleontem vivere concedit, ſi pellicula vivit. ſi pellicula, inquit, vivit, vivit etiam Chamæleon. atqui pelliculam vivere dici non poteſt, ideo nec Chamæleon. quod tamen multo minutioribus licet, ut muſcis, muſcionibus, & aliis ſimilibus animalculis, quæ & ſuccum habent & vivunt. recte igitur & eleganter exſuccum & exanguem Chamæleontem, & qui pellicula totus eſt, negat vivere. ſic homines macilentos & exſuccos vivere, & vivos eſſe negabant veteres.

Lucillius:

---- *vix vivo homini ac monogrammo.*

Lucretius:

ἰσχνὸν ἐρωμένιον tum fit, cum vivere non quit
Præ macie.

Ovidius:

Sit gracilis, macie quæ male vira ſua eſt.

ita enim ibi legunt ſcripti libri. vulgo excuſum eſt, *macie quæ male viſa ſua eſt.* de macilentis autem dicebatur, nihil eos habere præter oſſa & pellem. Plautus:

---- *oſſa ac pellis totus eſt, ita cura macer.*

vita in ſucco & ſanguine, non in pelle & oſſibus. ideo homines macie extenuati, qui ſine ſucco & ſanguine, toti ex pelle tantum & oſſibus conſtant, vix vivere videntur. hinc & Chamæleontem Tertullianus, cui nec ſuccus eſt in corpore, & qui pellicula tantum eſt, vivere concedit, ſiquidem

Digitized by Google

quidem pellicula vivit. exſucci dicebantur homines tenues & macie confecti. ut contra *inſucci* pingues & bene paſti corporis. ſic *inſuccum corpus gladiatorum* Cypriano: ita Græci ἐγχύλους vocant pingues, hoc eſt ad verbum *inſuccos*. Gloſſæ: *Baſſus*, ἔγχυλος. *Baſſus*, παχὺς. *Baſſulus*, παχὺς ὑποκοριστικῶς.

Pag. 13. *Molitur inceſſum ſtupens & promovet*] hoc eſt movet & promovet greſſum, ſed ſtupens & magna molitione, ut magis gradum demonſtret, quam explicet & expediat. & ſic magis cognoſcitur gradum promoviſſe, quam videtur promovere. non audiendi ſunt, qui aliquid heic mutare moliuntur.

Jejunus ſcilicet ſemper & indefeſſus] Ita videtur primus repoſuiſſe Gelenius. peſſime ut omnia quæ in hoc auctore, nec in hoc tantum opuſculo, mutavit. Editiones Rhenani habuerant: *jejunus ſcilicet ſemper, & indefectus*. atque ita noſter liber. quod rectiſſimum eſt. male etiam illi qui corrigunt, *inrefectus*. verum quidem eſt, nec nos negamus Latine dici, refici ſtomachum, refici vires cibis: demûs etiam *refectionem* pro cibo purioris eſſe Latinitatis, & *inrefectum* eſſe, qui cibum non ſumpſit: heic tamen nullo modo convenire poſſit. nam bis idem diceret auctor. quippe quis inrefectus, niſi qui & jejunus, quique nondum vires cibo refecit? at vult Tertullianus chamæleontem, etſi ſemper jejunum, tamen eſſe indefectum, hoc eſt non deficere. deficere eſt λείπεσθαι. & *defectus* qui deficit. unde *defectus annis* de ſene. Phædrus:

Defectus annis, & ſenecta debilis.

& apud Tacitum: *Tubero defecto corpore*. & de-

fecta lingua Martiali:

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipse sui.

hoc est, jam deficiente lingua. ut apud Tibullum:

Te teneam moriens deficiente manu.

sic *defecta traditio* eidem Tertulliano quæ jam defecit, de anima: *quid si defecta jam traditionis superstites aliquas aurulas hausit?* huic contrarium est, *indefectus:* ut hoc loco *indefectus Chamæleon*, qui licet jejunus semper, nulla cibi fultura vires reficiat, tamen non deficit. *indefectus*, ἄλειπτος. ita vocabantur athletæ qui vinci non poterant, nam *deficere* dicti, & λείπεσθαι cum vincerentur. quod alibi exposuimus.

Follicans ruminat] Chamæleon qui nihil nisi pellicula est, & cui de vento cibus, cum ventis quibus vescitur, acceptis pelliculam suam inflat, follicare dicitur. à follibus fabrorum qui auras accipiunt reddunt que, & dum accipiunt, inflantur, cum reddunt reflantur. atque hoc *follicare* est. ab hac follicatione *inflatus* Chamæleon huic nostro in lib. de anima: *Thamnus & piscis sui, inquit, cur non magis & pepo tam insulsus, & Chamæleon tam inflatus?* Theophrastus de animalibus colorem mutantibus: ὁ δὴ χαμαιλέων δοκεῖ τῷ πνεύματι πιεῖν τὰς μεταβολὰς, πνευματικὸν γὰρ φύσει. σημεῖον δὲ τὸ ἅμα πνεύμων μέγιστος. σχεδὸν γὰρ ἐν ὅλῳ σώματος τέταται· ἅμα δὲ καὶ ἐξαιρόμενος αὐτὸς καὶ φυσώμενος δῆλος ἐστί. Aristoteles de Hist. animal. lib. 11. cap. 11. de Chamæleonte: σὰρξ δὲ χαμαιλέοντος ἡ μεταβολὴ ἐμφυσωμένῳ αὐτῷ γίγνεται. sic Chamæleon qui totus fere pulmo est, pulmone quasi sacco follicat dum ruminat, quod etiam à quibuslibet saccis & follibus non

non fabrilibus tantum, dictum videri queat. nam follis cum impletur, tumet ac turgescit; cum vero depletur, flaccescit, & rugat. omnia itaque laxa quæ inflari reflarique possunt, *follicare* & *follare* dicebantur. hinc *caligæ follicantes* Hieronymo, laxiores calcei in quibus pes natat. de follicantibus calceis intelligit Ovidius cum dicit:

Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.

Aristophanes: ἔνεον ἐν ζαῖς ἐμβάσιν, *in calceis natabam.* nam laxiores calcei, cum pes premitur, & terræ insistit, inflantur & tumescunt; quum levatur, detumescunt, atque id proprie follicare, & follare dicebatur. Hieronymus ad Eustochium: *omnis his cura de vestibus, si bene oleant, si pes laxa pelle non follet.* ita omnino legendum, non *folleat*, ut legitur in vulgatis. inde *follati calcei*, apud Isidorum, in quo perperam scribitur *foliati*. idem mendum est & in Glossis veteribus, quæ *foliatum curvum* exponunt. Nam ibi quoque scribendum, *follatum*. Follata vel follantia vela navium dicebantur quæ vento intumescunt. nam & curva & cava lintea poëtæ, ob eamdem causam appellant. nam quidquid cavum, etiam curvum. unde & curvare, & cavare pro eodem sæpe usurpatur. Glossæ: κοιλαίνειν, *curvare.* & κοιλαίνειν κλάδον, ramum curvare. sed hæc alias. *follare* autem à folle, ut *follicari* à follice vel follico. nam & *follex* & *follicum* dicebant. Glossæ: *follex*, φύλακος, καμίνου ἀσκός. *follicum lupi* apud auctorem Rhetorices ad Herennium lib. 1. *ei damnato statim follicum lupi in os, & soleæ ligneæ in pedibus inductæ sunt. in carcerem ductus est.* ita enim ibi legendum ex optimis libris docebimus in notis ad illum authorem. & *follis*, & *follex* ex Græco. φύσις & φύσιξ

Græce ſaccus eſt. Æoles dicebant φύλλις, & φόλλιξ. unde Latina *follis*, & *follex*. ſic φῆρες, pro θῆρες apud eoſdem Æoles. & φερμὸς, pro θερμός. unde & Latinum vetus *formus*, pro calido. verum hæc alibi. qui fractis greſſibus, molliter & delicate incedebant, etiam *follicare* dicebantur. Gloſſæ: *follico*, ἀμφαλακωνεύω. nam σαλακωνεύω, & ἀμφαλακωνεύειν, Græci θρύπτεσθαι, & τρυφερῶς βαδίζειν exponunt. ſic delicati hominis languidum & quaſi fluctuantem inceſſum recte & eleganter *follicantem* appellare poſſimus.

Tamen & Chamæleon mutare totus nec aliud valet.] Cum talis ſit, inquit, Chamæleon qualem deſcripſi, hebes, feſſus, jejunus, vix vivus, & pellicula tantum, & omnium animalculorum imbecillimus, & inertiſſimus, mutare tamen totus valet, ſcribe autem: *mutare totus, nec alius, valet*. mutat totus Chamæleon, nec tamen alius cum mutat, ſed idem eſt ſemper. ſic de pavone ſupra: *quæ nunquam ipſa ſemper alia, etſi ſemper ipſa quando alia*. ab hac mutatione *verſipellem* & *verſipellionem* Latini Chamæleontem vocarunt. Gloſſæ: *verſipellio*, χαμαιλέων καὶ λυκοάθροπος: *verſipellis*, χαμαιλέων. *verſipellio*, χαμαιλέων ζῶον. & recte quidem verſipellio, cum pellis totus ſit & pellem illam variis ſubinde coloribus vertat: unde de pelle ſua illum ludere Tertullianus hoc dixit.

Quod vulgo dictum eſt de corio ſuo ludere.] Proverbium erat, *de alieno corio ludere*, in eos qui de alieno liberales. Hinc δημῶδες illud apud nos, *de alieno corio latum lorum*. At chamæleon non de alieno, ſed de ſuo plane corio ludit, quod ita pro libito verſipelle habet ac verſatile. Martialis ad illud proverbium alluſit:

---*Olle*,

---- Olle, quid ad te
De cute quid faciant ille vel ille sua?

Multa dicendum fuit, ut ad hominem præstructim perveniretur] Postquam præstruxit de plumæ mutatione in avibus quam pro veste habent; de quadrupedibus, quæ aut ævum, aut sexum, aut corium mutant, transit ad hominem. hic implumis cum sit, mutare plumas, ut avium quædam, non possit: sed nec ævum, ut serpentes: non sexum ut hyænæ, non corium ut Chamæleontes, convertere queat. quid igitur ille mutare habuit? vestem. & nudus ille quidem, inquit, primo creatus fuit, quæcunque de ejus creationis origine ac primordio sententiæ fuerint. nam alia Judæorum Christianorumq; super ejus prima formatione opinio; alia Gentilium: in eo tamen omnes conveniunt, nudum à figulo suo fictum primo fuisse. at secundum Christianos, cum arboris vetitæ fructum gustasset, & sese nudum esse agnovisset, de ficulneis foliis nuditati suæ velamen prospexit. Hæc prima primi hominis vestis fuit. Hanc mox mutavit: nam propter peccatum, quum ex paradiso terrestri, ac de originis suæ loco pulsus esset, pelliceum habitum sumpsit. Hæc de vestis & habitus in protoplasto homine mutatione ex arcanis Christianorum prompsisse contentus, quoniam cum Gentilibus rem habebat, qui arcana ista non norant, ex eorum potius litteris & historiis, de varia vestificinæ inventione, artificio, materia, mutationibus tractare incipit: *Cedo*, inquit, *de vestro quod Ægyptii narrant*, &c.

Nudus certe & investis] Investem Latini veteres vocabant imberbem, & cui nondum barba vesti-

tum mentum: ut *vestitipem*, barbatum. Heic *investis* in propria sua significatione, est ἀχίτων, ἀνείματος. ut *investis* qui vestes non habet, sic *intestis*, apud Arnobium qui testibus caret. ita enim Gallos matris Deum & Attinis sacerdotes vocat lib. v. *quibus contentum beneficiis Agdestim consecrasse corpus in Pessunte: cerimoniis annuis, & sacerdotum intestibus honorasse.* vulgo quidem legitur, *sacerdotum antistibus.* sed ferri non potest. nam antistes & sacerdos idem. in Codice Regiæ Bibliothecæ scriptum est, *antistibus*, ex quo fecimus, *intestibus.* castratos, hoc est intestes fuisse Attinis & matris Deum sacerdotes notius est quam ut doceri debeat. *Evirates* idem paulo post vocat, & *Gallos.*

Post demum sapientiam haud dum licitum, præreptam potitur] Scriptus codex: *post demum sapientiam, haud dum licitum, præreptam potitur.* Græca figura dictum, *haud dum licitum*, οὐκέτι θεμιτὸν ὄν: cum nec dum licitum esset. sic supra loquutus est: *nec expeditum cingulo sinus dividere*, id est, cum expedītum non sit, οὐκ ἐν ἑτοίμῳ ὑπαρχοντος. ita Græci, ἐξὸν ἀπαλλάττεσθαι, cum liceat abire: δέον ποιῆσαι, cum oporteret facere.

Pag. 14. *Pellitus orbi ut metallo datur*] Sic alibi de eodem: *Adam in ergastulum terræ laborandæ datus.*

Ordo jam de vestro, quod Ægyptii narrant, & Alexander digerit] Mira nuperi commentatoris ἀλλαξία, qui *Alexandrum*, pro Alexandrino populo accepit: quo exemplo, qua auctoritate, qua ratione? *Alexander*, pro Alexandrinis, quis unquam legit, quis audivit? sic Romulus, pro Romanis scilicet, & Cecrops si forte, vel Theseus pro

Athe-

Athenienſibus. ſed cur heic Alexandrini? an non & ipſi Ægyptii? quod Ægyptii narrant, an non & idem narratur ab Alexandrinis? quod Alexandrini ſcribunt, & in litteras digerunt, nonne ab Ægyptiis, ſcriptum digeſtumque cenſeri debet? jocularis deliratio. Cur quod in promptu erat, de Alexandro non intellexere, celeberrimo nempe illo Polyhiſtore, qui ex Beroſo rerum Ægyptiacarum hiſtoriam fuſiſſime & luculentiſſime perſcripſerat? Quod Ægyptii narrabant, hoc idem ſcripſerat, & in litteras retulerat Alexander. Hoc igitur, inquit, diſcere poteſtis, vel ex narrationibus Ægyptiorum, vel ex ſcriptis Alexandri Polyhiſtoris, qui ſtudioſe res Ægyptiacas litteris mandavit. Digerere eſt perſcribere, atque ordine res geſtas pertexere. Hinc *digeſtum*, qualecunque ſcriptum. Tertullianus *digeſtum Lucæ* vocat, Euangelium Lucæ. adverſus Marcionem lib. IV. *nam & Lucæ digeſtum Paulo adſcribere ſolent: cœpit magiſtrorum videri, quæ diſcipuli promulgarint.* in eodem libro: *ſi vero Apoſtoli quidem integrum Euangelium contulerunt, de ſola convictus inæqualitate reprehenſi, pſeudoapoſtoli autem veritatem eorum interpolaverunt, & inde ſunt noſtra digeſta, quod erit germanum illud Apoſtolorum inſtrumentum.* Unde & *digeſta* libris ſuis titulum fecerunt multi veterum Juriſconſulti. Gloſſæ: *digeſtum*, Διάσρωμα. nam & Διασρῶσαι, & καταστρῶσαι dicebant, quod vulgo dicimus, *Coucher par eſcrit.* Hoc *digerere* Tertulliano, in libro de anima: *forte neſcio quid de anima diſſerueramus, cum ea ſoror in ſpiritu eſſet, poſt tranſacta ſollemnia dimiſſa plebe, quo uſu ſolet renuntiare nobis quæ viderit, nam & diligentiſſime digeruntur, ut etiam probentur, inter cetera, inquit, oſtenſa mihi eſt*

anima

anima corporaliter. diligentissime digeruntur, id est conscribuntur, & scripto mandantur. Glossæ S. Benigni: *Digesta, conscripta. Digesta, descripta.* dicebant *& in litteras digerere.* apud Trebellium in Claudio: *ventum est ad Claudium Principem, qui nobis cum cura in litteras digerendus est.* Hoc proprie Græci dicunt καταχωρίζειν, suo quamque loco scilicet rem ponere ad digerere. unde & καταχωρίσαι εἰς ποίησιν apud Strabonem. sed & simpliciter κατεχωρίζειν scribere illis est, in litteras digerere. Hero περὶ τῶν κατὰ αὐτομάτων, qui liber secundus est ejus αὐτοματοποιητικῆς: νομίζομεν ἱκανῶς ἂν ἐφόδιον ἐν τοῖς προγεγραμμένοις, καὶ τὸ εὐκόπως καὶ ἀκινδύνως τὰ ξένως πρὸς τὴν ἡμῶν ἀναγεγραμμένα κατακεχωρίκαμεν. Athenæus περὶ μηχανημάτων: ἡμεῖς δὲ κατεχώρισαμεν αὐτὰς ἀπὸ τοῦ ἐνίους τῶν νῦν μηχανικῶν παραδείγματι αὐτῷ ξένῳ τούτῳ θεάματος ἐξαπατᾶν ἐπιχειρεῖν. vetus inscriptio: καὶ τὸν τόπον ἀναγραφὴν ἀπομνήματος χάριν εἰς τὸ γυμνάσιον κατακεχώρικεν. *Ponere* similiter Latinis pro dicere vel scribere. Hinc *ponere lucum*, apud Persium est lucum describere, vel descriptionem luci facere.

----- *& ponere lucum*
Artifices.

Juvenalis:

Pone Tigellinum, tæda lucebis in illa
Qua stantes ardent.

Ponere quoque pictores fictoresque dicebantur imagines & statuas quas pingebant fingebantque. Horatius:

Hæc ære, at liquidis ille coloribus
Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.

Ovidius de arte amatoria:

Si Ve-

Si Venerem Cous nunquam posuisset Apelles,
Nunc etiam aquoreis illa lateret aquis.

ita scriptum in optimis membranis repperi, cum vulgo legatur, *pinxisset*. γεγράφειν tam de pictoribus quam de scriptoribus dicitur, & γεγράμμα non solum quidquid scriptum, sed etiam quidquid pictum est. Hinc & *ponere* de utrisque.

Et Afer legit] Tolerabilius est *Afrum*, pro *Afris*, vel Pœnis poni, quam *Alexandrum*, pro Alexandrinis: nam & *Romanus*, *Tarentinus*, pro Romanis, Tarentinis apud Florum, & alios. haud minus tamen absurdum heic & ineptum. quid enim? an quod Alexandrini vel Ægyptii scribebant, soli Afri vel Pœni legebant? scilicet quod eadem lingua uterentur Pœni & Ægyptii, ideo magis legit & melius intelligit Afer, quæ scribit & loquitur Ægyptius? quid absurdius? Adde quod nulli libri, exceptis quos ita corruperunt, habent *Afer*, sed omnes *mater*. nec dubium est quin Isidem intelligat, Osiridis matrem. nam quod nemo hactenus animadvertisse videtur, ita distinguendum est: *& mater legit, ea tempestate, Osiridis, qua ad illum vasit Ammon ovium dives.* quod transpositum est, pro *mater legit Osiridis, ea tempestate qua ad illum vasit*, &c. Alios matrem Osiridis Isidem, alios conjugem velle notissimum est. matrem etiam absolute Isidem vocabant Ægyptii. Plutarchus de Iside: ἡ δ' Ἶσις ἐστὶν ὅτε μὲν μεθ', ὅτε πάλιν αὖθις μεθ' Ἡρακλέους προσαγορεύεται, τῷ μὲν πρώτῳ μητέρα δηλοῦντες, &c. *Legit* autem hoc loco est collegit, observavit, notavit. quid illud est quod Ægyptii narrant, scripsit Alexander, & notavit sive observavit Isis, eo tempore quo ad Osirim natum ejus venit Ammon? floccum nempe lanæ

ex ovi-

ex ovicula à Mercurio vulsum manibusque ejus tractum & eliquatum, in filum exiisse, quales è philyra restes prius necti moris erat. ex eo artem materiamque texendis vestibus Isis excogitavit. hic sensus hujus loci.

Quâ ad illum ex Libya Ammon vasit] Rem piaculi feciſſe putarem, ſi omiſiſſem monere de varietate quam in ſcripto exemplari offendi, quamque veteres editiones præferunt: magna ſiquidem conſpiratione legunt, *facit*, pro *vasit*. quod mutatum eſt ab iis qui illud *facit* non intelligebant, quo ſenſu heic poſitum eſſet. *facit*, pro *fecit* Tertullianico more, qui præſentia pro præteritis frequenter uſurpat. *facere* idem eſt, quod proficiſci, & vadere. idem & *faceſſere* dicebatur. nam *facio*, & *faceſſo*: ut *capio*, & *capeſſo*: *incipio* & *incipiſſo*, & ſimilia. *præcepta faceſſunt* Virgilio. *faceſſe* autem eſt βάδιζε, πορεύε. quod dicimus eum aliquem amolimur importunum, & abire jubemus. *faceſſere* igitur ad aliquem & *faceſſere* ab aliquo, quod heic facere. *Ammon ad Oſiridem facit*, πρὸς τὸν Ὄσιριν πορεύεται. Donatus in Phormione ad illud, *hæc hinc faceſſat: pro hinc ſe faciat, id eſt abeat. ut huc ſe faciat, huc accedat. hæc hinc faceſſat pro cedat, alias faciat.* Apulejus lib. v. Mileſiarum: *invitata Pſyche talium locorum oblectatione propius acceſſit: & paulo fidentior intra limen ſeſe facit.* & *facere ſeſe*, & *facere* ſimpliciter pro eodem dicebãt, ut & faceſſere. ſic & *dirigere ſe aliquo*, & *dirigere* abſolute pro tendere aliquo. Ulpianus directarios interpretatur, *qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo.* ſed & *dirigere* ſimpliciter. Vopiſcus: *occiſi ſunt præterea multi qui dirigere nolebant.* hoc eſt incedere, vel in medium procedere. ſimiliter & *dare ſe*, pro ire:

Digitized by Google

ire: & *dare* apud Jurisconsultum, *mulæ quæ cessim dant*, quæ retro cedunt. Ab ea loquutione porro *facere se* nata etiam illa loquutio, qua dicebant *facere nuntios ad aliquem* pro mittere vel dirigere: & *facere in possessionem*. unde & factus in possessionem, qui missus est, apud Jurisconsultos nostros. sic *in exilium dare* & *facere*, est in exilium mittere. nam qui sese aliquo facit, ad eum locum semetipsum mittit ac dirigit, quo proficiscitur. eodem modo & *ducere se* ἀντὶ τοῦ ὑπάγειν ponebant. *Hinc te duc, hinc te fac* pro eodem: & *huc te duc*, pro huc accede. Glossæ: *duc te*, ὕπαγε. hoc est, abi, facesse. quotidiana colloquia Græcolatina nondum edita, quæ penes me sunt: ὕπαγε οὖν, τί φήκεις; *duc te ergo, quid stas?* & paulo post: ὕπαγε, ζήτει τινὶ ἐδάνισας: *duc te, quære cui fœnerasti.* & alibi: ὕπαγε, ἀναχώρει: *duc te, recede.* & mox: ὕπαγε οὖν, τί ἔχηκας; τί σοι ἀνήκει; *duc te igitur, quid stas? quid tibi pertinet?* Plautus in Bacchidibus:

Alium illa amat non illum, duc te ab ædibus.

facesse, ὕπαγε ἀπὸ τῆς οἰκίας. in Aululari idem:

Ego me deorsum duco de arbore.

idem erat, & *dare se*, ut supra diximus. unde *dare se in fugam*. sic & *facere se*, & *ducere se*, & *dirigere se*, & *dare se aliquo*, pro ire, & tendere aliquo, eadem sunt. quod & *facere* absolute dicebatur, VI & *dirigere*. Græce τραπέσθαι.

Diglubasse oviculam] Hæc profecto vis est. Tertullianum Critici nolunt Tertullianum esse, hoc est more suo & ore suo loqui. quid enim heic illis placet rescribere, aut *delibasse*, aut *delibrasse*, aut *deglubisse*, cum auctor scripserit, *deglubasse*? mutata conjugatione *deglubare* dixit, pro *deglubere*. quod & veterum Glossarum auctor observavit: *Deglubat*,

glubat, ἐκδέρει. sic multa verba de tertia in primam formam transducebant. *educare* supra notavimus, pro educere. *compescare* in Glossis, pro compescere. *alare*, pro alere. unde *alatrix*, pro altrix, apud Ammianum Marcellinum in veteribus libris. & *alatiles*, pro altiles in optimis Glossis. *alatiles*, σιτιστά. ita scriptum reperi in vetustissimo libro Puteanorum : & sane ita earum Glossarum auctorem legisse ac collegisse, series litterarum indicio est. *alat*, *alapatur*, *alatiles*. sic & *sculpare*, pro sculpere. eædem Glossæ: *sculpator*, γλύπτης. *sculpa*, γλύφον. & *molare*, pro molere: unde *molator*, ὁ ἀλέστης in Glossis exponitur. & *pellare*, pro pellere. Glossæ: *pellator*, ἀπωθητής. & *fidare*, pro fidere: unde *fidamen* Tertulliano. & *consulare*, pro consulere, hinc *consulatio* sæpe in libris. plura mutatarum hujusmodi conjugationum exempla poterit colligere, qui tanti rem ducet.

Tractu prosequente filum eliquasse] Inde *tracta lanea*, τὰ ἑλκύσματα, μηρύσματα. Græci etiam σύρματα dixerunt, sed de filis proprie argenteis. unde συρμάτινον, & συρματηρὸν vestimentum filis argenteis textum, & opertum, apud infimæ Græciæ scriptores. Eustathius σύρμα interpretatur ἀργύρεον μίτον ex idiotismo suorum temporum. Incertus auctor de rotundandis margaritis inter Chymicos Græcos: καὶ ἐπὰν ἴδῃς καλῶς σφαιρωθεῖσαν, λαβὼν τρύπησον μὲ σύρματος ἀργυροῦ. & paulo post: ἐχέτω ἑκάστη σύρμα ἀργύρεον. & mox: πόησον ὀπὰς λεπτὰς ἐν αὐτῷ, καὶ πήγνυε ἀπὸ ἔνδοθεν μέρος τῆς τοιαύτης ὀπαῖς τὰ συρμάτια τὰ ἔχοντα τὰς σφαιροειδεῖς χαλάζας. *Fila argentea quæ habent rotundas margaritas*. sed de his alibi diximus. *Eliquat* autem, non

eliquasse

eliquasse scribunt anteriores editiones, & scriptum exemplar. quod eorum esse sequens animadversio monstrabit.

Et in vestis pristinæ modum, quam philyra tenuis vinxerat, texuisse] Permirum sane negotium, si in eodem vestigio ac momento, quo mollitiem velleris pertentat Mercurius, & floccum lanæ indidem forte vulsum, tractu sequente filatim ducit, potuit & vestem texere. nunquid ex uno flocco vestis pertexi tam parvo tempore quita est? sed longe magis mirum hoc non advertisse tot Tertulliani commentatores. immo ante omnia mirandum, tam insubitos fuisse correctores qui primi veterum editionum scripturam ad hunc modum interpolarunt, cum nullum in ea, nec texturæ nec vestis vestigium extet. sic enim habet: *& in retis pristini modum quem philyre tenus junxerat exisse*. atque ita plane liber vetus noster, nisi quod *retis*, legit: ex quo totum hunc locum scribi, constituique sic placet: *Denique cum ipsis Mercurium forte palpati arietis mollitie delectatum, deglubasse oviculam, dumque pertentat, & quod facilitas materiæ suadebat, tractu prosequente filum eliquat, in restis pristini modum quem philyræ tenus junxerat, exisse*. floccus ille lanæ quem forte ex vellere arietis traxerat Mercurius, dum digitis deducitur, & torquetur, exiit in modum restis, qui ex philyra necti solitus. atq; ex illa fortuita lanei tracti eliquatione per Mercurium facta, natũ & inventum ab Iside, torquere lanas, & in fila deducere ad eumdem modum, quo prius nectebantur & torquebantur restes ex philyra. exinde materia vestibus ex lana texendis. pro *philyre tenus*, quod constanter libri retinent, fecimus *philyræ tenus*. tenus est quod Græci

τένος vel τέννος. quidquid in longum ducitur & extenditur, ita vocant. unde & fascias, & laqueos proprie sic appellarunt. τένος & τόνος idem est, ut γέμος, & γόμος; & similia. atque inde τενία, & τενίδιον, parva fascia. *tenus philurae* dicitur Tertulliano, philyra ipsa, hoc est tiliae membrana, ex qua restes torquentur. tunicas vocat Plinius: *inter corticem & lignum tiliae arboris, tenues tunicae sunt, multiplici membrana, è quibus vincula tiliae vocantur.* Graecis φιλύρη tilia est, & quaelibet praetenuis membrana & tenia. *tenus* apud Plautum pro vinculo vel laqueo:

Nunc ab transenna turdus lumbricum petit:
Pendebit hodie pulcre, ita intendi tenus.

Marcellus *laqueum* interpretatur, & dictum à tendicula dicit. purum & putum Graecum est, τὸ τέρνος vel τέννος. Hinc tenues etiam virgulas & festucas *tenos* dixere, ut φιλύρεια Graeci. Aelianus: Πέρσων βασιλεὺς ὁδοιπορῶν, ἵνα μὴ αὐλὴ φιλύρεον εἶχε ἢ μαχαίριον ἵνα ξέῃ τοῦτο. φιλύρεον est, tenus. unde & minutas ac tennes de virga praecisa tesseras, quibus ad sortiendum utebantur, *tenos* vocabant. in legibus Frisonum: *tali de virga praecisa, quos tenos vocant.* & alibi: *alibi faciat suam sortem, id est tenum, de virga.* tenus est ξυλήφιον, καρφίον, festuca, & sorticula lignea. *sorticulae buxeae* mentio in libris agrimensorum. hinc καρφία βάλλειν, pro sortes ducere, apud Constantinum in libro de imperio. Et de illo sortium ducendarum genere accipiendum, quod vulgo *curtam festucam* appellamus. Hoc *tenus*, & hoc *tenum* dicebatur, vel etiam hic *tenus*. Apulejus lib. VIII. Milesiarum: *arrepto denique flagro, quod semiviris illis proprium gestamen est, contortis tenis lanosis velleris prolixe fimbriatum, & mul-*

& multijugis talis ovium teſſellatum. ita enim ſcribendum ex membranis Florentinis, non *teniis.* tenos contortos lanoſi velleris vocat vincula ex lanoſo vellere contorta. ſic *tenuis philyræ* hoc loco eſt laqueus ſive vinculum, ex philyræ membrana, de qua reſtes jungi torquerique ſolitæ. *junxerat* autem, pro vulgato *vinxerat*, ex iiſdem libris repoſuimus. nam & Græci συμβάλλειν χοίνικας dicunt, quod eſt ad verbum, reſtes jungere & committere. unde & χοινοσυμβολεὺς, reſtio ſive reſtium junctor. Heſychius: συμβολεὺς, ἁλιεὺς λινέων σειῶν· παρὰ τὸ λίνα πλέκεσθαι. perperam συμβελεὺς apud Heſychium legitur.

Sed vos omnem lanitii diſpenſationem Minervæ maluiſtis.] Ægyptii diſpenſationem lanitii, ac laneæ veſtis inventionem Iſidi tribuunt, ut pote quæ Mercurio docente, prima lanam nere, & veſtem ex ea texere invenerit. vos Minervæ maluiſtis tribuere, & id quidem ex Græcorum opinione, cum tamen hic honos potius tribuendus videretur Arachnæ, penes quam longe diligentior lanificii officina, & ars texendi major, quam penes Minervam. Nam & in certamine quo invicem contenderunt de ſtructura telarum, Arachnæ contra Minervam ceſſit victoria. Peritior igitur lanæ faciendæ Arachne, & diligentior lanificii apud illam officina. Ovidius:

---- doluit ſucceſſu flava virago,
Et rupit pictas cæleſtia crimina veſtes.

Quæ de novis Carthaginienſibus heic commentantur, quaſi alia novorum, alia vetuſtorum Carthaginienſium opinio fuerit circa inventionem telarum, ac textilium, prorſus ἀνιστόρητα ſunt & inepta. nec id unquam in animo habuit auctor,

Digitized by Google

nec dixit. Græci ἡ καταπολυὶ τῶν ἐθνῶν, ut loquitur Diodorus lib. v. Minervæ adsignant. Græcos sequuntur omnes Romani, & in his Carthaginienses. cum tamen utrique fateantur victam in hoc artificio Minervam ab Arachne. linum & retia inveniſſe Arachnen, tradit Plinius.

Exinde materia] Non recte faciunt, qui corrigunt, *exin de materia*. quasi de inventione & artificio veſtificinæ prius dixerit, nunc vero dicere de materia ingrediatur. contra eſt. nam quæ præcedunt ad materiam tantum veſtium ſpectant, unde lana ſcilicet, veſtibus texendis materia primum eſſe cœperit, quomodo, & à quo inventa ſit. ex facto igitur Mercurii dum vellus arietis pertentat, mollicie ejus delectatus, & dum floccum lanæ forte avulſum longius trahit, & filatim ducit, neri poſſe lanas & in modum reſtis tiliacei, quales prius fiebant, poſſe torqueri oſtenſum eſt. & ex eo Iſis docta laneæ veſtis texturam prima apud Ægyptios prodidit. *Exinde materia*, inquit Tertullianus, id eſt ex eo tempore, materia texendis veſtibus prodita, nec lanea tantum, & de ovibus: ſed mox etiam de aliis rebus, quæ poſtmodum ad exemplum lanæ repertæ ſunt, quæque idoneam veſtificinæ materiam, haud ſecus ac lana, præbuerunt; ut linum, ſericum, bombycinum, & alia ejuſdem generis. Hæc mens Florentis. Plinius lib. VII. cap. LVI. textilia Ægyptios inveniſſe ſcribit; textilia de lana intelligit: nam lini inventionem Arachnæ tribuit. antea non textiles, ſed plexiles veſtes fiebant, ex reſtibus, aut vinculis tiliaceis inter ſe nexis & plexis in retis modum. ex papyro etiam tales & junco, & ex materia fluminea quam Græci

Græci φλοωῦ vocant, plecti moris erat. Meletius de natura hominis: Διαχίζοντες δὲ τὰ νεῦρα εἰς σὺν θαλάμους, ὥσπερ ἦν τις λαβὼν πάπυρον, ταύτην εἰς λεπτὰ διατεμὼν καὶ διαχίζων ἀναπλέκοιτο πάλιν, καὶ ποιῇ κτῶνα λεγόμενον ἀμφιβληστροειδῆ, ὅμοιον ἀμφιβλήστρῳ. ὄργανον δὲ τοῦτο θηρευτὰς ἰχθύων χρήσιμον, hujuſmodi fuit Indorum veſtis apud Herodotum quam φλοίνην vocat lib. III. οὗτοι μὲν δὴ τῶν ἱματίων φορέουσι ἐσθῆτα φλοίνην· ἰῶν ἐπεὰν ἐκ τοῦ ποταμοῦ φλοῶν ἀμήσωσι, τὸ ἐντεῦθεν φυρμῷ τρόπον καταπλέξαντες, ὡς θώρηκα ἐνδυέουσι.

Nec de ovibus dico Mileſiis & Selgicis] Selgicas iſtas lanas, quia nuſquam alibi niſi heic memoratas reperiunt, ideo amovent, & *Gallicas*, reponunt. an omnia legerunt? an omnes etiam qui non extant ſcriptores viderunt? habuit Tertullianus auctores qui Selgicarum lanarum meminerant, quos nunc non habemus. Earum mentionem nuſquam quidem nominatim facit Strabo, ſed per conſequentias, ex eodem colligi poteſt, nomen aliquod pretiumque tunc Selgicarum fuiſſe lanarum. quarum magnus proventus fuit ex Selgico territorio. Nam & magna ibi ovium copia, & pecorum omne genus. Strabo igitur lib. XII. de Selge ſic habet: θαυμαστὴ δ' ἐστὶν ἡ φύσις τῶν τόπων· ἐν μὲν τῇ ἀκροφείᾳ τοῦ Ταύρου, χώρας μυελάδας τρέφουσι δυναμένη, σφόδρα εὔκαρπος ἐστὶν, ὥστε καὶ ἐλαιόφυτα ἔχει πολλὰ χωρία καὶ εὐάμπελα, νομὰς δ' ἀφθόνους αἱ ὀρεινὰ παντοδαποῖς βοσκήμασι. ubi optimæ ſunt paſturæ, ibi etiam magna pecudum copia. ubi lanigeri pecoris copia eſt, ibi etiam largam lanarum annonam provenire, certum eſt. De lanis Selgicis jam ſcimus ex Strabone: de earumdem bonitate diſcimus ex hoc Tertulliani

loco. nam in pretio & nomine aliquo eas fuisse hinc licet conjicere, quod cum Milesiis, & Tarentinis Bæticisque eas ponat ac censeat.

Aut quæis Tarentum vel Bætica cluet natura colorante] Nativa vocabant quæ natura colorante tincta essent. Martialis:

Nativa semper habeat, & licet laudet
Fuscos colores, galbinos habet mores.

hinc *nativus color*, pro fusco vel nigro. Nonius: *pullus color est, quem nunc Spanum vel nativum dicimus.* Spanus, à lanis Hispanis, quæ nigræ erant. præter nigrum tamen, multi alii colores nativi. Nam & leucophæus, & fulvus, & rutilus, inter nativos colores numerantur. & horum omnium colorum lanæ sunt, non ab arte sed natura sic coloratæ. inter hyacinthorum species, unus erat qui dicebatur nativus. hic dilutior & tenuis roseus, quam rhodinus, quem vulgo *rubidum* vocamus. Epiphanius de variis hyacinthorum generibus: ἡ ὁμὴ πεῶτος λίθος καλεῖται ἁλικαστίτης, ὁ δὲ δεύτερος ῥοδινός, ὁ τρίτος νάπος, ὁ τέταρτος ὑδαρέστερος τούτων λέγεται χαυνιαῖος, ὁ δὲ πέμπτος ὠχρολευκίος. Bæticæ lanæ coloris erant rutili, Tarentinæ *pulligini suæ*, ut loquitur Plinius. sic *coloris sui* dictæ quæ suum & naturalem colorem retinebant, nec alienum imbiberant: Nam lanarum nigræ sui coloris retinentissimæ sunt, nec ullum alium colorem bibunt. ἰδιόχρωμα Græci vocant. Glossæ: *nativa*, ἰδιόχρωμα. item: *sui coloris*, ἰδιόχρωτον. sic *hominem sui moris* Latini dixere, quem Græci ἰδιότροπον & μονότροπον, qui ad alienos mores sese accommodare non potest, sed sui quodammodo moris tenax est. hinc & *morosus*, pro difficili & dyscolo. Donatus: *morosus, sui tenax, suum moris*

moris homo. ita & *sui negotii* hominem appellarunt, qui alienis negotiis sese minime immiscceret, sed sua tantum curaret. ἰδιοπεάγμων Græce dicitur: cui contrarius ὁ πολυπεάγμων. eodem modo & *vellera sui coloris*, quæ suum, & nativum colorem alieno non mutaverant. Tales Hispanæ lanæ: unde *Spanum* colorem, & *nativum* de nigro dixere. κορδαξὰ Straboni Hispana vellera dicuntur, quæ Romam afferebantur ex Hispania. lib. III. de Hispania: ποικίλη δ' ἐστὶν ἡ πρότερον ἠρχετο· νυνὶ δ' οὐ μᾶλλον τὰ κορδαξῶν. perperam hodie legitur τὰ Κορδαξῶν, & de Coraxis Scythiæ populis accipiunt. quod caret ratione. unde enim in media Hispania Coraxi? de lanis loquitur coloris coracini sive corvini, quæ ex Hispania in Italiam importabantur, cum prius vestes importari solitæ essent. ἔρια τὰ κορδαξῶν, sunt lanæ coracinæ. tales enim Hispanæ. Plinius lib. VIII. cap. XLVIII. *Hispania nigri velleris præcipuas habet*. κορδαξὸς Græcis est niger, à corvi colore. corruptus in hac voce alibi Strabo lib. XII. φέρει δ' ὁ περὶ τὴν Λαοδίκειαν τόπος προβάτων ἀρετὰς, οὐκ εἰς μαλακότητα μόνον τὰ ἐρίων, οὐ μὴν τὰ Μιλησίων ἀμφέρει, ἀλλὰ μὴ εἰς τὴν κορδακὴν χρόαν. legendum: ἀλλὰ μὴ εἰς τὴν κορδαξὴν χρόαν. Plutarchus de Fluminibus in fluvio Inacho: ἡνίκα τὴν δ' ἐν αὐτῷ λίθον Κορύβας καλέμενον, τὴν χρόα κορδαξόν. ita scribendum. Et in Strymone: ἡνίκα τὴν δ' ἐν αὐτοῖς λίθοι φιλάδελφοι καλέμενοι, κορδαξοὶ τὴν χρόαν, ἀνθρωπόμιμοι. sed κορδακοὶ, ut vulgo legitur, etiam retineri potest. inde *coracinum* apud Jurisconsultos. κορδάζειν verbum est quod corvino more agere, aut corvis assimilari significat. Hesychius: κορδάζειν, κορδαύεσθαι· κορδάξαι, ἅλμαν προσλιπαρῆσαι· ποιῆται

ἀπὸ τοῦ κόρακος. à verbo κοράσσω, κορράξω, & κορραξὸς: ut ἀπὸ τοῦ φρίσσω, φρίξω & φριξὸς, unde φριξόθριξ, & φρίξιμον, & *Phrixianæ vestes* de quibus nos alibi. sic κορραξὸς ἀπὸ τοῦ κορράξω. id quo mulieres sunt, etiam κορραξὸν vocarunt, ab eadem causa. κορραξὸς igitur niger est, & ejusdem cum corvis coloris. *corvinum colorem* dixit Apulejus lib. 1. Miletiæ suæ.

Pag. 15. *Sed quoniam & arbusta vestiunt*] Si quid mutandum arbitrarer, legerem, *sed quod jam & arbusta vestiunt*. nam *quo jam* scriptum erat, pro *quod jam*. ut supra: & *quo minutioribus multo licet*. inde factum, *quoniam*. verum nihil moverim. sed quoniam, ἀλλ' ἐπεὶ, ἀλλ' ἐπειδή. Exinde, inquit, materia vestibus, nec de ovibus dico Miletiis, aut Selgicis, aut Tarentinis aut Bæticis, sed etiam de arbustis & herbis, quoniam & herbæ & arbusta quoque materiam vestiendo homini præbent: sed quoniam & arbusta vestiunt, de his quoque dicendum, non tantum de ovibus.

Arbusta vestiunt] De arboribus accipiunt, quæ lanam ferunt. nec mihi displicet de his accipi. sed cur non etiam *arbusta* heic intelligere liceat, arbores illas, ex quibus sericum Seres colligunt? inter materiam vestium, non eam omissurus fuit, quæ longe omnium nobilissima, & pretiosissima. sic idem de habitu muliebri, arbores à Seribus neri dixit: *age nunc si ab initio rerum & Milesii oves tonderent, & Seres arbores nerent, Tyrii tingerent, & Phryges insuerent, & Babylonii intexerent*. Ammianus sericum vocat arborum fœtum lib. XXIII. *apud Seres sublucidæ silvæ, in quibus arborum fœtus aquarum asperginibus crebris velut quædam velleva mollientes, ex lanugine & liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt,*

pectunt, nentesque, subtemen conficiunt sericum. lanuginem illam quæ apud Seras ex arboribus depectitur, non tantum in arbore, sed etiam ex ipsa arbore, natura ac sponte provenire, nullis vermibus eam texentibus, videtur existimasse. qua in sententia multi veterum fuerunt. Plinius lib. XII. cap. X. de arboribus laniferis Persicæ insulæ: *ejusdem insulæ excelsiore suggestu lanigeræ arbores, alio modo quam Serum.* arbores illæ sunt ex quibus gossypium nascitur, in cucurbitis mali cottonei amplitudine, *quæ maturitate ruptæ*, verba sunt Plinii, *ostendunt lanuginis pilas.* at lanigeræ Serum arbores, ex quibus sericum vellus depectebatur, folia lanugine operta habebant. atque illam lanuginem sive lanam, ex propria vi ac natura arboris nasci in foliis omnino credidit Plinius, cum multi tradant, vermium bombycibus similium opus illud esse. Plinius lib. XVI. cap. XXIV. de foliis arborum: *superior pars omnium lanuginem quantulamcunque habet, quæ in aliis gentium lana est.* sane verum est, omnium foliorum superiorem partem lanuginosam aliquatenus existere. apud Seras, lanugo illa, lana est, quæ depectitur, & netur: ex qua Sericum. Hæc Plinii sententia est. sed de his infra. utrumque genus lanigerarum arborum, quæ in foliis lanam habent, & quæ in pomo, junctim etiam Virgilius recensuit Georg. II.

Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?
Velleraque ut foliis depectunt tenuia Seres?

de utrisque Tertullianum intellexisse nec dubito, quum *arbusta vestire* dixit, quod habet è Plinio: *Arabiæ autem arbores ex quibus vestes faciunt, cynas vocari, folio palmæ simili, sic Indos suæ arbores vestiunt.*

Nam & de mari vellera] Sane. nam & *marinum vellus* dicebatur hujuſmodi lanugo, qua pinnæ comant. Græci πίννινον ἔριον, & πιννικόν. Gloſſæ: πίννινον, *marinum*. ut in Græco ſubaudiendum ἔριον, ſic in Latino, *vellus*. ita & apuam, cum *mel marinum* appellarent, ſimpliciter *marinum* dicitur in Gloſſario Philoxeni: *marinum*, ἀφύδριον. ita enim ibi ſcribendum. πίννινον & πιννικὸν Græci etiam ſimpliciter vocant hoc vellus marinum, quod ex pinna. unde πιννινότειχα πρόβατα apud Conſtantinum de Thematibus, oves quæ marino velleri ſimilem lanam habent: καὶ ἕτερα χρυσίζοντα ἔχοντα τοῦ μαλλοὺς οἱονεὶ πιννινότειχας χίλια, ὁποῖαν φημίζουσι τὸ χρυσοῦν δέρας ἐκεῖνο τὸ προβάτιον. Nam hujus pinnici velleris color aureus. unde & puellæ crinibus ſuis illud immiſcebant, ut magis flavi parerent. Piſides de pinna.

Πίννη δ' ποιεῖ κὴ τείχων βλάστην ξένιον,
Ὡς ἐξ ἀραχνῶν συμφυῶν τ' ἐκάτων.
Ἧς ἡ φέρουσα κ' χλιδῶσα λεπτότης,
Ξανθοῖσι πλοκμοῖς ἐνδεθεῖσα παρθένων
Σπαργῶντας αὐτὰς μαστροπεύει νυμφίοις.

πιννικὸν dicitur Arriano in Periplo maris Erythræi, qui πιννικῷ κολύμβησιν ſæpius memorat. nebatur autem ut lana, & ex ea veſtes conficiebantur. idem: ἐν ἑνὶ τόπῳ ἐριονεῖται παρ' ἀκτὴν ὁ Ἁπιοδώρῳ συλλεγόμενον πιννικόν· φέρονται γὰρ ἐξ αὐτῆς ἐσθῆτες σινδόνες ἀβερχερείδες λεγόμεναι. corruptiſſime hic legitur locus apud Arrianum. nos περονεῖται olim emendabamus, ut de margaritis perforandis acciperetur. nam pinna etiam margaritifera eſt. ſed nullum jam mihi dubium, quin accipiendum ſit de pinnino vellere, quod ille ſemper πιννικὸν appellat. ἐριονεῖσθαι autem ſic dicitur, ut

tur, ut κροκωνεῖος, unde κροκωνητικὴ: & σημωνεῖος, unde σημωνητική. quare ἐριονεῖος nihil aliud eſt, quam in modum lanæ neri, & ἐριονεῖν lanam nere. ut κροκωνεῖν, ſubtemen nere, σημωνεῖν, ſtamen nere. Procopius etiam veſtes ex pinnæ pilis confieri ſolitas teſtatur de ædificiis Juſtiniani: χλαμὺς ἐξ ἐρίων πεποιημένη, οὐχ οἵα τε πρόσθεν ἐκπέφυκεν, ἀλλ' ἐκ θαλάσσης σωθέντων, πίννας τὰ ζῶα καλεῖν νενομίκασιν, ἐν οἷς ἡ τῶν ἐρίων ἔκφυσις ἐστί· ἔριον ἐκ θαλάσσης σωθὲν, ut Arriano, τὸ συλλεγόμενον πινικόν. hoc muſcoſum lanoſumque pinnæ cappillitium, quod Græci ἔριον, Latini vellus & lanam appellant, doctiſſimis hujus hominibus byſſum placuit appellari, atque etiam nunc *byſſum marinum* vocare non deſinunt, haud ſcio qua ratione ducti. nam verba Ariſtotelis de pinna non eo ducunt: αἱ δὲ πίνναι φύονται ἐκ μὲν βυσσοῦ ἐν τοῖς ἀμμώδεσι καὶ βορβορώδεσι. Nam βυσσὸς ibi eſt βυθός. atque ita poſuit Athenæus ἐκ τοῦ βυθοῦ, ut jam docti animadverterunt. non ſolum igitur improprie, ſed inepte prorſus *byſſus* vocatur, quod lana eſt. atqui byſſus linum: ne linum quidem eſt, ſed certa lini ſpecies hoc nomine cenſebatur. Byſſus de colore purpureo etiam exponitur à quibuſdam. Heſychius: βύσσινον, πορφυροῦν. à flore byſſi vel lini, qui purpurei coloris eſt. ſed lanam, nemo unquam byſſum appellavit, aut appellatam legit. Magiſter qui ad hunc locum ſcripſit, ait communiter byſſi nomine venire etiam bombycinum, & ſericum, & Pollucem nominat auctorem: teſtimonio ipſius auctoris quem citat, refellitur ac revincitur. uno eodemque capite tractat Pollux de byſſo, de erioxylo, & de bombyce. illi capiti male titulus factus

ctus est ab imperitis, περὶ βυσσίνων, quasi scilicet & bombycina byssinorum nomine censeantur, aut gossypina. quod absurdissimum est. Pollucis hæc verba sunt: καὶ μὴν καὶ τὰ βύσσινα, καὶ ἡ βύσσος λίνου τι εἶδος παρ' Ινδοῖς. nusquam apud eum reperies byssum lanam appellari, aut lanæ nomine byssum dici. sequitur statim apud eumdem: ἤδη δ' καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τι ἕτερον γίγνεται, ἐξ οὗ τὴν ἐσθῆτα λίνου μᾶλλον φαίη περσοικέναι πολλοὶ ἂν πώγωνος. aperte lanam à byssо distinguit. & quis unquam lanam cum lino confudit? capillitium igitur sive lanugo pinnæ, lana est, non byssus aut linum.

Quæ muscosæ lanositatis lautiores conchæ comant] Nova & mira loquendi ratio, *quæ vellera conchæ comant*, pro, tanquam comam generant. vix mihi persuadeo ita scripsisse auctorem. putem magis sic ab eo scriptum: *Nam & de mari vellera, quo muscosæ lanositatis lautiores conchæ comant.* figura Græca & Thucydidea. quasi enim dixisset, vellus, *quo* non *quibus* intulit, πρὸς τὸ σημαινόμενον respiciens. plenus hac loquutione Sallustius, & alii optimi linguæ Latinæ auctores. Sallustius: *abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt.* & alibi: *Interea servitia repudiabantur, cujus initio ad eum magnæ copiæ confluebant.* item: *familia nostra cum populo Romano bello Carthaginiensi amicitiam instituit, quorum progeniem.* plura parcam adscribere. similis plane hæc Tertulliani loquutio: *de mari vellera, quo comant plautiores conchæ.* pro *quibus comant*; quasi præcessisset *vellus*, non *vellera*.

Lautiores conchæ] Non *lautiores*, sed *plautiores* præfert editio princeps, cum scripto exemplari. cur hoc libitum mutare, illautis & male feriatis homini-

minibus? *plautiores* heic ſunt, πλατύτεραι. tales pinnæ, & omnes margaritiferæ conchæ, & quæcunque diptychæ ſunt. latius enim patent. *plotus* & *plautus* Latine idem quod πλατὺς, & ex Græco venit. nam Æoles πλοτὺς dicebant, ut βροχὺς pro βραχὺς. inde Latinum *plotus*: quod & *plautus* dicebatur. ut ὀρείχαλκον, *aurichalcum, clodo* & *claudo, cores* & *cautes*. *plauti canes* Feſto, *quorum aures languidæ ſunt & flaccidæ, & latius videntur patere*. Iſidorus: *plautis auribus, gracili corpore*, de canibus. *Ploti* etiam eidem Feſto, homines qui planis ſunt pedibus, οἱ πλατύποδες. *plotus* & *plautus* plane idem. At dimidiatæ ſoleæ, quæ *ſemiplotia* dicebantur, non à plotis pedibus, aut quo planius pedes ponerentur, appellatæ, ſed à *plotiis* ſandaliis, quæ Græce βλαῦπια. nam *plotia* ſunt βλαῦλια: & *ſemiplotia*, ἡμιβλαῦλια. hujuſmodi autem plautiores, & patentiores conchas, κοίλας Græci appellant. Iſidorus: *concharum diverſa ſunt genera, inter quas & margaritiferæ, quæ & cœlæ dicuntur, quia in eis pretioſus calculus ſolidatur*. quaſi ſcilicet à cœlo hauriant rorem illum qui conſtrictus & coagulatus, pretioſum calculum format. ſed ratio etymi falſa & inepta. cœlæ, ſunt κοῖλαι. ita dicebantur omnes plautiores & latiores conchæ. Galenus in Lexico: χήμιλιν χηραμίδα τὴν κοιλοτέραν κόγχην, καὶ μείζονα. Erotianus: χηραμίδα τὴν κοίλην κόγχην ἢν μύακα καλοῦμεν.

Quæ per aërem aliquando, araneorum more ſcopis idonius ſe diſtendit] Non eſt in toto Pallio locus maculoſior iſto. cujus ſordes non lomento ſed luto videntur eluere voluiſſe viri docti: ita inquinatiorem multo, quam acceperant reddiderunt. nos experiemur ecquid noſtra cimolia poſſit in tam

tam alte impreſſis maculis. proponam itaque primo veterem noſtri libri ſcripturam; deinde & noſtram ex ea conjecturam; ut ſic ex comparatione utriusque pateat, quid nobis permiſerimus, quid effecerimus. ſic igitur totus hic locus in ſcripto exemplari concipitur: *prorſus haud latet, bombycem, vermiculi genus eſt, quæ per erema liquando araneorum horoſcopis idonius diſtendit, dehinc devorat, mox à quo reddere, proinde ſi necaveris animata jam ſtamine volves.* nihil omnino, aut parum demutat ab hac lectione prima & ſecunda editio Rhenani. Nos ita concipimus & ſcribimus: *Prorſus haud latet bombycem, vermiculi genus eſt, quæ per aërem liquando, araneorum horoſcopis idonius ſedes tendit, dehinc devorat, mox vacuo reddere: proinde ſi necaveris nematam jam, ſtamen evolves.* Nunc hæc per partes explicanda ſunt, & ratio reddenda ſingulorum.

Quæ per aërem liquando] Ita reponimus ex vetere ſcriptura, quæ habuit: *per eremaliquando.* ferri etiam poſſet, *per erema liquando.* id eſt, per deſerta. ſed illud indubitate verum eſt. *liquando*, id eſt, fila ducendo. quod araneæ proprium eſt, & bombycis. ſic *filum eliquare* ſupra. per aërem liquat aranea, unde ἀερσιπότητος ἀράχνης Heſiodo dicitur. *per aërem liquando* heic legiſſe Iſidorum, patebit ex verbis ejus, quæ heic ſubjiciam: *appellatur,* inquit, *bombyx quod evacuetur dum fila generat, & aër ſolus in ea remaneat.* Sed *liquare per aërem*, ut apparet, accepit pro evacuari, evaneſcere, & in aërem redigi. *liquare* enim hoc etiam ſignificat, liqueſcere nempe & tabeſcere. Per aërem fila deducere bombycem, ideo dixit Tertullianus, ut oſtenderet omnia elementa, materiam veſtificinæ ſuppeditare. in terra non ſolum oves, ſed & arbo-

arbores, & herbæ hominem veſtiunt. in mari conchæ lanam gignunt ad veſtes idoneam. reſtabat aër. bombyx vermiculi genus eſt, qui per aërem ſtamina deducit, unde veſtes parantur.

Araneorum horoſcopis idonius ſedes tendit] Ita reponimus ſatis felici conjectura. *horoſcopis* diſerte præferunt editiones Geleniana anteriores, & ſcriptum exemplar. Gelenius edidit primus: *araneorum more, ſcopis idonius ſe diſtendit*. ex qua commentitia lectione dici non poteſt quam variæ varæque hariolationes & interpretationes enatæ ſint, dum alii aliter, aut exponunt, aut reponunt. *araneorum horoſcopa* eleganter vocat aranearum telas, quod ſimiles ſint ſciotericis organis, quibus horæ oſtenduntur. Nam illa variis in orbem diſtincta lineis à centro in quo gnomon, ad circumferentiam ductis, araneorum caſſes plane referunt. *horoſcopa vaſa* Vitruvio dicuntur, Diogeni Laërtio ὡροσκοπικὰ ὄργανα. *idonius* eſt magis idonee. ſic *idonior* apud eumdem de anima: *videmus igitur adverſus ſenſus corporales aliam protendi paratiram, ut multo idoniorem, vires ſcilicet animæ*. ſic *neceſſarior* alibi, pro magis neceſſarius: & *egregior* apud Juriſconſultum, & *induſtrior*. *ſedes tendit*, pro vulgato *ſe diſtendit* ſcripſimus. nihil verius. ſequitur, *dehinc devorat*. quid devorat? ſedes nempe quas tetenderat. aptiſſimum cum araneæ, tum bombyci verbum *tendere*. ita apud Poëtam *aranea caſſes tendere* dicitur. eodem modo, & ſedes ſuas tendit bombyx, nidum nempe ſuum illum volubilem ἀραχνιώδεσι πόροις, ut loquitur Ariſoteles, contextum contectumque. κακκάλιον vocat Græcus ſcriptor, de bombyce: ὅσπερ τῷ φύλλῳ δένδρῳ συντυλιχθεὶς, καὶ τῇ τροφῇ ἀκολουθεὶς σωεπινήμη

ἐν

ἐν αὐτῷ δὲ μεταξὺ κυκλίῳ. hæc ſedes eſt bombycis, ſic *lacerta* ſedes Virgilio :

---- *in gelida ſede lacerta ſedet.*

Alexander Trallianus ſedere araneam dicit ad capturam muſcarum : τὸ ζωΰφιον τὸ καθεζόμενον, καὶ ὑφαῖνον ὅπως τὸ θηρᾶν τὰς μυίας, καλῶς ποιεῖ δεσμεύμενον ῥάκει. dicit igitur Tertullianus bombycem melius & aptius aranea ſedes ſibi conſtruere & tendere. Bombycem porro ſimilem araneis texturam, & eodem modo facere tradunt omnes. Plinius : *araneorum more telas texunt*. Pollux: σκώληκες εἰσὶν οἱ βόμβυκες ἀφ' ὧν τὰ νήματα ἀνύεται ὥσπερ ἀράχνης. Clemens Alexandrinus in Pædagogo, de bombyce : ἐξ οὗ μακρὸς νήθεται κλῆμων, καθάπερ ἐκ τῆς ἀράχνης ὁ τῆς ἀράχνης μίτος. Servius : *& bombyces appellantur qui in araneorum morem tenuiſſima fila deducunt.*

Dehinc devorat, mox vacuo reddere] Notum eſt, inquit, bombycem, quæ aptius & melius quam araneus, per aërem fila deducit, dehinc devorat, mox *vacuo reddere*. ita ſcribendum conjecimus ex veteri ſcriptura, *mox à quo*. dicit bombycem fila per aërem ducere, dehinc devorare, mox vacuo, id eſt aëri reddere poſtquam ea devoravit. vacuum, aër, inane, idem eſt. *vacuo reddit*, iterum ex alvo remittit & aëri reddit. & denuo per aërem filum eliquat. de aranea certum eſt, ſtamen ſuum ſæpe devorare, deinde reddere, idque pluries facere. texentem enim ac retexentem telas ſuas, talium curioſius deprehendere poterit. dum texit, ſtamen ex alvo remittit: cum retexit, iterum in alvum recipit. ſed & pendentes filo ſæpe videre eſt, quo ſeſe ſuſtinent : quum filo demiſſo deſcendunt, filum illud ventre remittunt; cum vero

vero per idem ſtamen aſcendunt, id devorant, & in alvum retrahunt. Hoc etiam erucæ faciunt, hoc idem & bombyces, qui de erucarum genere ſunt. ſane id aperte hoc loco tradit Afer. legebam aliquando: *acui reddere*, id eſt ad acum, ad texturam. ut acu texere jam quis poſſet, ex illo ſtamine, quod reddit bombyx. diviſim legebatur, *à cui*. ex quo imperitus librarius fecerit, *à quo*, dum veretur Priſcianum. ſed priorem lectionem præfero. *aluo reddere* etiam legi poteſt. atq; ita potius edidimus.

Proinde ſi necaveris, nematam jam, ſtamen evolves] Proinde ſi necaveris quum nema ſuum jam reddidit, cum jam nemate oppleta eſt, ſtamen evolves. minimum nobis licentiæ dedimus in hac eruenda lectione. vetus ſcriptura habet: *proinde ſi necaveris animata jam ſtamine volves*. perperam *nimatam* ſcriptum fuit pro *nematam*, ex quo illud *animata* natum eſt. ſic *nima ſericum* in vetuſtis libris ſæpe mihi lectum eſt. ſupra *Bilus* legebatur, pro *Belus*. paullo poſt in eodem libro *birus* pro *berus* exaratum erat. *Apologiticum* pro Apologetico idem ſcribit. ſic *diatriti calices* pro diatretis, & alia paſſim. voce autem Græca *nema* Latini tanquam ſua uſi ſunt. unde *nema ſericum* apud noſtros Juriſconſultos. inde & verbum *nemare*, quo heic utitur Tertullianus. ſic à ſagma, *ſagmare*. Gloſſæ: *ſagmat*, σάσσει ὄνον. *ſagma*, σάγμα. & *ſagmatus*, ut heic *nematus*. eædem Gloſſæ: *ſagmatus*, σαγμάτω. ita & *plaſmare*, & *plaſmatus* ἀπὸ τοῦ πλάσμα. *ſtigmare* & *ſtigmatus*, à στίγμα. & *chriſmare*, pro ungere à chriſma. *ephalmare* ἀπὸ τοῦ ἔφαλμα: unde *ephalmatores* apud Firmicum. *Anathemare*, & *anathematus* ab anathema, quod alii dicunt *anathematizare*.

tizare. in commonitorio quodam D. Auguſtini ad Fauſtum quod manuſcriptum habui à doctiſſimo noſtro Jureto, duobus locis *anathemare* legitur, pro anathematizare. Gloſſæ veteres: *anathematus, abominatus.* ſic à Græco nomine βάμμα, *bammare* & *bambare*, unde *bambatæ ſcillæ* apud Columellam, & *bambatum*, intinctum, apud Apulejum. eodem prorſus modo *nemare* verbum factum ἀπὸ τοῦ νῆμα. *nematam* vel *nimatam* bombycem vocat, nemate coopertam. memini fuiſſe cum legendum putarem, *nemata jam & ſtamina volves.* ſed priori conjecturæ hanc non prætulerim. monet autem necandam eſſe bombycem cum jam nema ſuum reddidit: nam niſi tunc necetur, nidum ſuum textilem poſtea pertundit, & evolat ſumptis pennis jam factus papilio: hoc ſi expectetur, longe deterioris notæ bombycinum carpitur, & ad delicatiores texturas minus idoneum. Sed de bombycini & ſerici differentia, quoniam hora noſtra eſt, & jam olim id promiſimus, videtur heic paucis differendum. Ac de bombycino primum dicamus. Plinius duas bombycini ſpecies memorat, alterum ex bombyce Coa, alterum ex Aſſyria. nec diſcrimen tantum facit ex regione, ſed etiam in bombycis ipſius natura, modoque texendi, & in uſu veſtium quæ inde conficiebantur. Bombyx Coa texebat aliter, & minus ſubtilem texturam dabat quam Aſſyria. proinde mulieres ex Aſſyrio bombycino gerebant veſtes, viri ex Coo tantum. Idem de Coa bombyce cap. XXIII. lib. XI. *nec puduit has veſtes uſurpare etiam viros; levitate propterea æſtivâ. in tantumque à lorica gerendâ diſceſſere mores ut oneri ſit etiam veſtis. Aſſyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus.* ita legen-

legendus ille locus ex ſcriptis codicibus. De bombyce Coa ita ſcribit cap. XXII. ejuſdem libri: *telas araneorum modo texunt ad veſtem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellatur. prima eas retorqueri rurſusque texere invenit in Coo mulier Pamphile Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut denudet fœminas veſtis.* Hæc Plinius ex Ariſtotele, qui eadem tradit de bombyce, nullo adnotato tamen diſcrimine Coæ bombycis aut Aſſyriæ. lib. v. Hiſt. animal. cap. XIX. ἐκ δὲ τούτου δὲ ζώου καὶ τὰ βομβύκια ἀναλύουσι τῶν γυναικῶν τινὲς ἀναπηνιζόμεναι, καλοῦσι δὲ ὑφαίνουσι. πρώτη δὲ λέγεται ὑφᾶναι ἐν Κῷ Παμφίλη Λατοῦς θυγάτηρ. quod Ariſtoteles dixit, ἀναλύουσιν ἀναπηνιζόμεναι, pro eo poſuit Plinius *retorqueri*. nam ita omnes antiqui libri eo loci legunt, non *redordiri*, ut vulgo editum eſt. filum torquetur, cum fuſo involvitur, quod Græci πηνίζεσθαι dicunt, unde & πηνίον fuſus ſtamine involutus. Latinis *panus* & *panucula* & *panucellium*. at dum evolvitur, retorquetur, quod ἀναλύεσθαι & ἀναπηνίζεσθαι dicitur. Bombycis textura πηνίῳ plane ſimilis eſt, & tramæ involucro. quare cum exinde ſtamen evolvitur, ἀναπηνίζεσθαι & retorqueri recte dixeris. *rurſus texere* poſuit Plinius, cum Ariſtoteles ſimpliciter ὑφαίνειν ſcripſerit. dixerat enim bombycem telas araneorum modo texere, proinde mulieres quæ telam faciunt de ſtamine quod prius in telis ſuis texuerat bombyx, rurſus texere dixit. Atque hæc obiter. Coa veſtis igitur, qua denudabantur mulieres, non ex eo dicta, ſi Plinio credimus, quod è bombyce Coa conficeretur, ſed quod in Coo inſula texeretur ex Aſſyria bombyce. Hæc ſunt Coa de quibus Horatius:

---Cois tibi pene videre est
Vt nudam.

malidenſia Coa Lucretio vocantur. Tibullus:

Huic ſint & tenues veſtes, quas fœmina Coa
Texuit, auratas diſpoſuitque vias.

harum itaque veſtium artificium in Coo præcipue celebre. inde & Coa veſtis paſſim pro bombycina. ſed an illa ex bombyce Aſſyria, ut velle videtur Plinius illo capite, quod ſuperius citavimus? Hoc certe nec verum, nec veriſimile. loquitur ibidem de inventione bombycinæ veſtis, quam in Co prima texuit Pamphile quædam. Hæc invenit ex bombyce, bombycinum ſtamen evolvere, & tenuiſſimam veſtem inde texere, ex bombyce utique indigena, & quæ in ipſa inſula naſcitur, non ex Aſſyria. unde enim Aſſyria bombyx in Coo? non ex Aſſyria bombyces ipſæ in Europam afferebantur, ut nec ex India aut Seribus, ſed nema tantum. præterea Aſſyria bombyx ſi quæ fuit, non alia fuerit, quam ex qua ſibi veſtes Aſſyrii, Medi, & Perſæ conficiebant. atqui eadem illa cum Serica. nam Medicam veſtem Græci veteres, qui Serum aut Indorum nullam aut parvam habuere notitiam, vocabant eam, quę poſtea Serica dicta eſt. Procopius lib. 1. Perſicorum: αὕτη ἡ ἐσθὴς ἡ μέταξα ἐξ ἧς εἰώθασι τὴν ἐσθῆτα ἐργάζεσθαι, ἣν πάλαι μὲν Ἕλληνες μηδικὴν, νυνὶ δὲ σηρικὴν ὀνομάζουσι. poſtremo, certo ſcimus & conſtat, bombycinum, quod apud Perſas & Medos & Aſſyrios in uſu erat, ex India illis veniſſe, non indigenum & ἐγχώριον fuiſſe; ut paulo poſt oſtendam. Veſtem itaque illam tenuem & pellucidam, qua ſolæ mulieres utebantur; non etiam viri, ex Aſſyria bombyce textam, eamdem cum Serica

Serica esse oportet. Sed multa sæpe turbat Plinius, & diversas opiniones de una eademque re plerumque confundit & miscet. Quæ de Assyria autem bombyce scripsit, nullo modo cum bombyce convenire possunt, quæ stamen gignit. sic igitur tradit capite supra scripto: *Quartum inter hæc genus est bombycum in Assyria proveniens majus quam supra dicta. Nidos luto fingunt, salis specie applicatos lapidi tanta duritie, ut spiculis perforari vix possint. in iis & ceras largius quam apes faciunt. deinde majorem vermiculum.* Bombyx quæ bombycinum facit, ex quo fit porro vestis ad denubandas fœminas, toto genere diversa est ab hac bombyce quæ Assyria Plinio dicitur, & quam ceras facere tradit. Si quidem hæc de genere apum & vesparum est, illa vero inter erucas ponenda: nam & ex eruca generatur. Utramque Plinius confundit, uno eodemque capite, & ex utraque bombycinum eliquari scribit, magno errore. *Telas*, inquit, *araneorum modo texunt ad vestem luxumque fœminarum.* Hoc est, tam ille bombyx quæ in Assyria provenit, & ceras fingit, quam ista quæ ex eruca fit, ex qua porro nascitur necydalus. Nemo tam improbe Plinium amet, qui possit heic eum defendere. Aristoteles unde ille sumpsit, lib. v. de Hist. Animalium, de his bombycibus tanquam diversis, tractavit duobus diversis capitibus. & capite quidem XIX. inter erucas bombycem, ex qua bombycinum, recenset. ea ex grandiore vermiculo eruca fit, deinde ex eruca bombyx, postea ex bombyce necydalus sive papilio. Hæc eadem Plinius cap. XXII. lib. XI. idem vero Aristoteles cap. XXIV. de variis apum & vesparum generibus agens, ita scribit: ἔνιαι δὲ τῶν βομβυκίων περὶ λι-

quieſcit? nam ex vermiculo fit eruca, quæ poſt paullum temporis, ut eruca facta eſt ſedes ſibi tendere incipit, & quaſi tumulum ſive nidum potius, condere filis multis hirſutum & horricomem, in quo veluti ſepulta jacet. tunc bombyx dicitur & bombylius. ex bombylio porro perforata teſta qua incluſa eſt, ſumptis pennis exit papilio, quem νεκύδαλον Græci vocant; ita dictum, vel quod haud diu vivat, nam poſt paullo moritur, aut quod ex mortua bombyce quaſi renaſcatur. hujuſmodi papiliones qui ex erucis diverſis fiunt, ψυχαὶ Græce dicuntur. Quod bombyx in eruca quæ metaxam parit, dicitur, hoc in aliis erucis eſt χρυσαλίς. quidam confundunt βόμβυκα, & νεκύδαλον. Clemens Alexandrinus, μεθ' ὧν εἰς τρίτην μεταμόρφωσιν νεοχμῶσι βομβύλιον. οἱ δὲ νεκύδαλον αὐτὸ καλοῦσιν, ἐξ οὗ μακρὸς νήθεται χήμων. Ariſtoteles aliique diſtinguunt. & melius. nam certum eſt necydalum dici qui prodit ex bombyce. Heſychius: νεκύδαλος, τὸ ἐκ τοῦ βόμβυκος ζῶον. errant etiam viri docti qui apud Ariſtotelem ordinem mutant, atque ita legunt: κάμπη, ἔπειτα νεκύδαλος, ἐκ δὲ τούτου βομβύλιος. Nec enim necydalus appellatur, ex quo ſtamen ſericeum elicitur, ſed bombyx, unde bombycinum. Plinius: *& alia horum origo: è grandiore vermiculo gemina ſui generis protendente cornua urica fit, dein quod vocatur bombylis, ex ea necydalus.* ita legenda Plinii illa verba ex optimo codice clariſſimi Rigaltii. *uricam* vocat, quam alii *erucam*. ſed *urica* rectius. nam ab urendo ſic dicta. ab uro *urica*: ut à pavio, *pavica*: à viſio, *viſica*. & ſimilia. Juvenalis: *Tu tibi tunc urica places*. de qua plura alibi. Bombyx igitur, & bombylius tunc vocitatur, quum teſta ſua

sive sepulcro textili inclusa est, nec movens sese, nec sonans, ita ut à bombo vel sono dicta videri non queat, ut bombyx vespa. certe à figura sic appellata est. nam testa illa sive theca, qua reconditur, oblonga & ovata forma, fusum refert stamine plenum, qui in medio tumescens, sensim tenuiscit, & in acumen utrimque desinit. *panum* & *panuellium*, & *panuculam* Latini vocant, Græci πηνίον. Talis est modico secus & figura ampullæ, quam Græci βομβύλην appellant. Hesychius: βομβύλην, λήκυθον. nam ventrem extumidum habet, τὰ ἄκρα exiliora. ab eadem formæ similitudine, βομβυλιὸν vas dictum putarim. angusto quippe collo, ventre tumidiore in acuminatum fundum desinebat. Hesychius: βομβυλιὸς, ποτηρίκε γλίσχῃ μικρὸν ποτὸν σάξαντος. quidquid inflatum denique & extumidum erat, βόμβυλον Græci dixere. unde βομβυλὶς bulla dicitur apud eosdem. Hesychius: βομβυλίδας, πομφόλυγας. inde *bombylis* Plinio bombyx vocatur: *bombylis, ex ea nec ydalus.* ita legitur in optimo ac vetustissimo libro. Hinc tumor inguinum, βομβών. Hesychius: βομβῶνας, βᾳβῶνας. ab eadem causa, & figura Latini veteres *panum* appellarunt. nam panus est involucrum tramæ, quæ & *panucla.* unde & πανύκλαν tumorẽ quemlibet in corpore Græci recentiores dicunt. Alexander Trallianus: ποιεῖ πρὸς πάντα σκληρὰ νοσήματα καὶ ἐρχομένας πανύκλας. pestem etiam, vel tumorem pestilem ita vocant. Corona pretiosa: πανύκλα, *pestis*, λοιμός. sic *panucla* vel *panus*, idem est quod βομβὼν vel βᾳβών. vide Nonium. *Bombinas* etiam hodie puellæ nostrates vocant, ligna quibus tramam involvunt. ab hac figuræ similitudine haud dubium

bium eſt, quin bombyx aut bombylius nomen invenerit apud Græcos. Artifices hodierni *coccconem* vocant nidum illum volubilem, quo involvitur bombyx. Græci κϐκϐάλιον, quaſi parvum κϐκκίον. ita enim κϐκκίον dicunt, aut κϐκϐεάιον, quaſi parvam thecam. Ex his conſtat, quantum diſtet bombyx, quæ metaxam operatur, à bombyce quæ veſpa eſt, & ceram facit. cum res, tum nominis ratio diverſiſſima ſunt. Nulla igitur jam bombyx Aſſyria eſt, quæ bombycinum neat: ſiquidem bombyx ea, quam Aſſyriam indigitat Plinius, de genere veſparum eſt, & ceram facit. At illa quæ telas texit araneorum modo, & de qua bombycinam veſtem texere prima invenit in Coo Pamphile Plateæ filia, bombyx utique Aſſyria non eſt, ſed Coa quæ in Co inſula naſcitur. Bombyces Coas ita deſcribit ibidem Plinius: *Bombyces & in Coo inſula naſci traduntur, cupreſſi, terebinthi, fraxinus, queceus, florem imbribus decuſſum terræ habitu animante. fieri autem primo papiliones parvos nudosque, mox frigorum impatientia villis inhorreſcere, & adverſum hyemem tunicas ſibi inſtaurare denſas, pedum aſperitate radentes foliorum lanuginem vellere, hanc ab his cogi, unguium carminatione mox trahi, inter ramos tenuari ceu pectine, poſtea adprehenſa corpori involvi nido volubili.* elegantiſſimus hic locus, ſed in vulgatis editionibus perturbatiſſimus & corruptiſſimus, quem ex antiquæ ſcripturæ veſtigio ita digerendum diſtinguendumque cenſuimus. Perfectas lanificas & textrices facit illas Coas bombyces, quæ tunicas ipſæmet ſibi non manibus ſuis, ſed plane pedibus inſtruerent. primum eſt in lanificio lanam tondere, antiqui vellebant. lanuginem illæ foliorum pedibus raden-

tes vellunt: lana rudis deinde cogitur & glomeratur: lanuginem illæ quasi lanam cogunt, & in orbem glomerant. coacta & glomerata lana carminatur, & carpitur: lanuginem illæ sic coactam, carminatione unguium trahunt. *trahere* autem proprie de carminatione, ut Græci ἕλκειν. unde Græci: κνάφος, ἄπαυστα ἕλκεται τὰ ἱμάτια. Postea pectitur: illæ inter ramos ceu pectine tenuant. ultimo corpori adprehensam induunt, & sese involvunt nido volubili, quasi tunica adversus hyemem. hæc elegantius descripta sunt quam verius. sequitur: *tum ab homine tolli fictilibusque vasis, tepore & furfurum esca nutriri, atque ita subnasci sui generis plumas, quibus vestitos ad alia pensa dimitti.* si rem veram dicit, Coi artifices non prius ex bombyce stamen bombycinum eliquabant ac evolvebant, quam evolasset papilio. quare non mirum si non optimæ notæ bombycinum illud erat, ita ut vestes ex eo textas viros etiam usurpare non puderet. necanda enim bombyx est, priusquam prorumpat papilio, ut optima habeatur & delicatissima metaxa. ita hodieque nostri artifices faciunt: nam ardentissimo soli expositas sic interficiunt in suo sibi nido ac folliculo bombyces, aut in furno torrendas curant. Quod autem dicit Plinius papiliones illos, postquam ex nido suo proruperunt, ad alia pensa ab artificibus dimitti, nimirum intelligit ad sylvas eos revolare, ibique denuo sibi tunicas parare, radentes filiorum lanuginem, trahentes, carminantes, & rursum corpori involventes. at nasci papiliones illos prius dixerat, ex terræ halitu decussos arborum flores animante, & primo quinem papiliones parvos & nudos. duplex igitur origo

Digitized by Google

origo illorum papilionum, ex floribus deciduis, & ab halitu terræ animatis papilio creatur, & ex eodem papilione sic creato iterum alius exit papilio postquam pensa sua absolvit, qui iterum ad eadem facienda pensa revolet. quod neutiquam cohæret. quod enim dicit *papiliones parvos primo fieri nudosque*, quomodo nudi, si papiliones? nam papiliones pinnati sunt. pennis igitur utique suis tecti. sed & nulli papiliones nudi. legebam itaque olim: *fieri autem primo papilione ex parvo, nudosque, mox frigorum impatientia villis inhorrescere.* quam conjecturam adjuvare videtur vetustissimus clarissimi Rigaltii codex, in quo scriptum est: *papilionis & parvo nidosque.* sed toto illo capite Plinius plus elegantiæ litavit quam veritati. scio quidem & illum suos auctores habuisse, delectum tamen non habuit, & falsos plerumque sequitur. sciendum sane est, haud aliam fuisse naturam, aut originem Coarum olim bombycum, atque hodiernarum: nec aliam nunc esse hodiernarum, atque olim fuit Sericarum, aut Indicarum. Papilio vel necydalus, qui ex bombyce exit, ova generat. ex ovis nascitur vermiculus, ex vermiculo fit eruca, ex eruca bombyx, ex bombyce iterum papilio qui necydalus dicitur. Atque hæ tot mutationes unius animalculi in sex totis mensibus fiunt. Aristoteles qui hæc de bombyce prodidit, non distinxit Coam ab Assyria, ut facit Plinius, sed de omni bombyce loquitur. immo de Coa magis quam de alia. nam Coam mulierem Pamphilen primam ex bombyce bombycinum texere inveniisse narrat. ex Coa utique non ex Assyria aut Serica, ut jam ante probavimus. at Plinius qui diversam de bombycis Coæ natura & artifi-

artificio opinionem legerat apud alium auctorem, putavit diversas esse bombyces, de quibus Aristoteles tradidit, & de quibus auctor ille quisquis est, quem in bombycis Coæ natura exequenda sequitur. Sic quæ Aristoteles de bombyce omni in universum scripserat, quasi de sola Assyria scripta essent accepit, quia scilicet paullo diversa viderentur ab iis quæ de Coa bombyce alii scripsere. Hoc argumento posset etiam aliquis non unum, sed plura Indicarum esse bombycum genera adstruere, tam varia sunt, & pæne contraria quæ varii auctores in earum describenda historia dixerunt. longe falsiora & absurdiora sunt, quæ de nostratiũ & Assyriarum bombycum discrimine heic ad Tertullianum annotavit Parisiensis professor. *ex Aristotele*, inquit, *Clemente, Plinio, Tertulliano intelligi potest, aliam Assyriæ bombycum, de quibus illi agunt, historiam esse, aliam nostratium. Assyriis necydali tantum, nostris etiam ova sive aureliæ.* Primo falsum est quæ Aristoteles, Clemens, Tertullianus, de bombyce dicunt, ea dici de Assyria. de omni bombyce loquuntur, non de Assyria quæ nulla fuit. Deinde imperite confundit ova bombycum cum aureliis. aureliæ hoc est χρυσαλλίδες, ovata figura sunt, non ova sunt. & idem est χρυσαλλὶς quod bombylius: nam χρυσαλλὶς ex sui generis eruca fit, ut bombyx ex sui. videndus Aristoteles libr. v. de Hist. animal. cap. xix. Hesychius: χρυσαλλὶς ζῶόν τι, οἱ δὲ τὸν ἀπὸ τῆς κάμπης γλυμμύλιον χρυσαλλίδα φασί. Theophrastus bombycem ipsam ex qua bombycinum, χρυσαλλίδα vocat à colore tegminis, cum ex ovo vermis nascatur, ex verme fiat eruca, ex eruca chrysallis sive aurelia, ex aurelia papilio,

sive

ſive necydalus, ex necydalo ova, quæ vermem pariunt, quî fieri poteſt, ut idem ſint ova & aureliæ? poſtremo magnam rerum, & naturæ imperitiam in eo prodit, quod in Aſſyriis bombycibus necydalos tantum fuiſſe vult, in noſtris etiam ova. Diceret mihi quomodo ex necydalo vermem gigni potuiſſe putet apud Aſſyrios, ſi Aſſyrii necydali ova non pariebant? qualis iſta foret metamorphoſis, ut ex pinnato papilione, vermiculus nudus repente fieret? ovorum non meminit Ariſtoteles, an propterea non fuiſſe dicendum? aut neglexit de ovis dicere, aut certe neſcivit. ſed illud veriſimilius. ovis propagari bombyces non ſolum noſtras, verum etiam Indicas,& Sericas,& Aſſyrias, ſi ullæ fuere Aſſyriæ, vel experientia docere poſſit Phyſicæ rationis ignaros. Adde quod noſtræ bombyces ex ſeminio Indico ſunt. nam ſub Juſtiniano, allatis ex India uſque ovis, ſic bombycum per Europam habendarum, & ſerici faciendi ratio propagata eſt. de qua infra dicemus. Nunc Plinii locum de bombycibus Cois abſolvamus, proxime ſequitur apud eumdem: *quæ vero cœpta ſint lanificia, humore lenteſcere, mox in fila tenuari junceo fuſo.* quomodo cœpta lanificia, quæ conſummata ſunt? nam cum tegmen ſuum illud bombycinum, quo tenebatur incluſus, perrupit papilio, & exiit, lanificium omne bombycis abſolutum eſt. in omnibus vetuſtis exemplaribus, & omnium vetuſtiſſimo Rigaltiano legitur: *quæ vero capta ſit lanificia humore lenteſcere:* omnino ſcribendum: *quæ vero capta ſit lanitia, humore lenteſcere.* lanitiam dixit lanitium. ſic apud Laberium:

Nihil refert melle ex lanitia Attica,

An

lanitiam quæ capta eſt, vocat lanuginem illam hirſutam & hiſpidam bombycis, quæ adhæret cortici bombycini folliculi, quæque ſic implexa & implicita eſt, ut evolvi expedirique nequeat, niſi prius humore lenteſcat. hoc eſt quod dicit Plinius, lanitiam quæ capta ſit, quæ tenacius nempe hæreat, & implicita ſit, humore lenteſcere. ſic *captum eſſe* vulgo dicimus, quidquid alicui rei firmiter adplicitum hæret. ſequitur apud Plinium: *mox in fila tenuari junceo fuſo.* junceus ille fuſus, nugæ maximæ. ad quam rem enim, aut quem ad uſum junceus fuſus? cur talis in hoc opere expetitus? quis denique fuſum vidit ex junco? demus ex junco fuſos fieri, certe fila non tenuantur fuſo, ſed tenuata & deducta fila fuſo involvuntur. libri omnes inibi *fuco*, pro *fuſo* ſcriptum exhibent. quis dubitet, quin *fuco* ſcriptum ſit pro *foco*? ſic *luci* in veteribus gloſſis, pro loci. *luci*, ἀξίας, τόπῳ. totus itaque locus ille Plinii ſic legendus: *quæ vero capta ſit lanicia humore lenteſcere, mox in fila tenuari juncto foco*, pro *junceo*, vel *juncio*, repoſuimus *juncto*. qua mutatione nihil proclivius. inhærens igitur & implexa bombycis lanugo primum aqua adſpergebatur, vel etiam in aquam ingerebatur, ut lenteſceret, ut facilior lentiorque fieret ad evolvendum. deinde etiam adjuncto & adhibito foco tenuabatur in fila. per focum autem intelligit, foculum vel ἐχάρᾳ περιφορητῷ. quin hæc mens fuerit auctoris, & quin recte verba ejus reſtituerimus, nemini niſi imperito negare relictum eſt. etiam hodieque artifices noſtri bombycinarii, cum lanicium bombycis captum & implicitum explicare volunt, caccabum

Digitized by Google

cabum habent aqua plenum, & subjecto igne fervente, in quem folliculos conjiciunt. sic lenta jam materies, & sequax de facili evolvitur, & in fila tenuatur. Hactenus Plinius de bombycibus Cois, ex quibus vestes pellucidæ, Coæ & bombycinæ dictæ, tam viris quam mulieribus communes olim fiebant. Nam & viri has usurpabant. propterea admodum æstive ac leviter texebantur. idem Plinius, ut supra emendavimus: *nec puduit has vestes usurpare etiam viros levitate propterea æstiva.* Juvenalis non omisit satyrico dente perstringere has virorum sui temporis delicias, quos haud secus ac fœminas, vestis tegendo nudabat, ita toti per eam pellucebant:

Acer & indomitus libertatisque magister
Cretice pelluces.

Nam de bombycinis & Cois accipiendum in illo versu, non de sericis, ut censet Lipsius ad Tacitum. quippe sericas nondum viri tunc usurparant, quas fœminis relinquebant, sed solas bombycinas ex bombyce Coa, cum illis communes habebant. Plinius: *Assyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus.* quoquomodo loquutus sit, de serica veste quam *Medicam* vocabant, intellexisse certum est. Assyrii & Medi non ex alia bombyce vestes conficiebant, quam quæ ad eos ex India afferebatur, ut paulo post dicam, cum de serico agam. Sed Græci quibus Seres, & Indi ante Alexandri expeditionem vix erant nisi de nomine cogniti, Medicam vestem appellabant, ex serico factam. primus Romanorum *sericam* vestem induit Heliogabalus, ut apud Spartianum in ejus vita legere est. cum *sericam* dicimus, ne quis erret, *holosericam* intelligimus: talis erat Medica

dica vestis. nam *sericas* Romani, quæ subsericæ tantum erant, etiam vocarunt, quarum stamen lineum, trama vero serica. Hæ subsericæ etiam in usu viris, ut & bombycinæ longe ante Heliogabalum. Sericæ togæ apud Quintilianum mentio, quam viri gestabant. de subserica capiendum, non de holoserica. Spartianus: *primus Romanorum holoserica veste usus fertur, quum jam subserica in usu essent.* sic & bombycinæ Coæ, ac subsericæ viris delicatis, & mulieribus, passivitus erant communes: solæ vero holosericæ, quæ & proprie sericæ, mulieribus usitatæ. At si quis de verbis Plinii inductus putat præter sericum duas etiam bombycini species fuisse, quarum una promiscue mulieres cum viris uterentur ex bombyce Coa: alteram vero solæ mulieres usurparent, ex bombyce Assyria; næ is magnopere fallitur. nam præter holosericam vestem, quam Assyriam vocare videtur Plinius, nulla alia vestis fuit bombycina viris vetita. immo nulla alia bombycina præter Coam, de bombyce indidem nata textam. Etenim sericum etsi ex bombyce quoque proveniret Serica aut Indica, haud tamen bombycinū vocabatur. serici aut sericæ vestis mentio nulla apud veteres aut medios Comicos: bombycinæ multæ, pro serica veste, Medicam dicebant à Medis aut Persis qui ea utebantur. βρύβηνας & βρυτίνας vocabant bombycinas vestes. Hesychius: βρύβηκες οἱ χιτῶνες βομβύκινοι. Cratinus ἐν μαλθακοῖς:

Δμορλὸν ἔνδον βρυτίνην νὴ Δί' ἔνδυ.

Hesychius: ἔπηξε πρὸς τὸ πήνισμα τὸ βρύτινον. ἔστι δὲ καὶ ζῶον βρύτιον ὅμοιον καμήλῳ, καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ βρύτινον πήνισμα, ὅπερ νῦν ἐνίων βομβύκινον λέγεται. de sca-

de ſcarabeo nugas blattit: nam bombyx, quæ bombycinum filat, nihil habet ſimile cum ſcarabeo. eodem errore Pauſanias & bombyces Indicas, quæ nema ſericum ducunt, ſcarabeis ſimiles dicit, & altero quidem tanto majores, quam maximus eſt ſcarabeus. Bombycinæ porro & Coæ veſtis primis Imperii Romani temporibus, quod ſub Imperatoribus Romanis fuit, ſatis frequens apud auctores occurrit mentio: mediis autem & extremis exigua & prope jam omnino nulla, adeo ut præ copia ſerici quæ ex India importabatur, videatur aut neglectus, aut penitus abolitus bombycini uſus. De ſerico nunc videamus. Sericum dictum eſt bombycini genus, quod ex Seribus & Indis veniebat. bombycini genus dixi, quia plures inter auctores convenit, à vermiculo bombycibus Cois prorſus ſimili, nema ſericum apud Seras & Indos neri. Pollux: σκώληκες εἰσὶν οἱ βόμβυκες ἀφ' ὧν τὰ νήματα ἀνύεται ὥσπερ ἀράχνης. ἔνιοι δὲ καὶ σῆρας ὑπὸ τούτων ἑτέρων ζώων ἀθροίζειν φασὶ τὰ ὑφάσματα. Servius in 11. Georgicῶν: *apud Indos & Seres ſunt quidam in arboribus vermes, & bombyces appellantur, qui in aranearum morem tenuiſſima fila deducunt, unde eſt ſericum.* Σῆρας etiam Græci hujuſmodi vermiculos appellarunt. Pauſanias in Eliacis σῆρα vocem Græcam eſſe dicit, ceterum aliter ab ipſis Seribus hunc vermiculum appellari. ejus hæc verba ſunt in ſecundo Ἠλιακῶν ſub finem: οἱ μέντοι ἀφ' ὧν τοὺς ἐσθῆτας ποιοῦσιν οἱ Σῆρες, ἀπ' ἐδένδρου φλοιοῦ, τρόπον ἕτερον γίνονται. ἔστιν ἐν τῇ χώρᾳ ζῷον σφίσιν, ὃν σῆρα καλοῦσιν Ἕλληνες. ὑπὸ δὲ αὐτῶν Σηρῶν ἄλλο τι καὶ σὴρ ὀνομάζεται. Heſychius: Σῆρες, ζῶα νήθοντα μέτριον ἄνω, ἢ ὄνομα ἔθνους ὅθεν ἔρχεται καὶ τὸ ὁλοσηρικόν.

idem: σηρῶν, σκωλήκων τ' ἡνωώντων τὰ σηρικά· σῆρες δὲ οἱ σκώληκες. Clemens in Pædagogo lib. II. cap. X. σῆρες Ἰνδικοὶ, *vermes Indicos.* ἐκ πόδων μεθίσαντες νῆμα χρυσοῦ καὶ σῆρες Ἰνδικοὺς καὶ σὺν πολυέργοις κόμβυκας χαίρειν ἐῶντας. Ἰνδικὸν σκώληκα auctor incertus appellat: ὁμοία ἐστὶν ἡ δι' παρόντος βίου περιπότης Ἰνδικῷ σκωληκίῳ, ὅπερ τῷ φύλλῳ δένδρου συντυλιχθὲν, καὶ τῇ τροφῇ ἀσχοληθὲν σωτέπινγι ἐν αὐτῷ δι' μεταξίου κυκλίῳ. id est, *vitæ præsentis voluptas Indico vermi simlis est, qui folio arboris convolutus, & pabulo intentus, tandem suffocatur in ipso metaxæ suæ folliculo.* Folia ejusmodi ex India & Arabia afferuntur oblonga, & angusta, quæ complicata intus habent involutam bombycem cum suo sibi sericeo tegmine. Plinius, & veterum nonnulli, quos ille sequutus est, ut eum rursus alii de recentioribus sequuti sunt, videntur existimasse sericum nema quod à Seribus colligitur, lanuginem arborum esse, qua sponte sua earum folia canescant, quæque nulla vermium opera, aut opificio proveniat. Nam ut in omnium fere arborum foliis lanugo quædam natura suapte canescens nascitur, eam lanuginem meram lanam in Serum arboribus vult esse, quam illi depectentes, multa prius aspergine mollitam, & sequacis ad subtemina materiæ factam, sic nere solent ac texere, quâ de re supra dicere memini. *canitiem frondium* vocat illam lanuginem lib. VI. cap. XVII. *Seres lanicio sylvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem.* alibi *lanuginem*, alibi *lanam.* eodem trahunt & Virgilii versum.

Velleraque ut foliis depectunt tenuia Seres.

Servius tamen de vermibus accipit. quod non potest. nam eosdem auctores sequitur poëta, quos

quos Plinius. Græci de illa Sericarum arborum lanugine: φασὶ δὲ καὶ σηρικὰ παρ' Ἰνδοῖς γίνεσθαι ἐκ πινῶν φλοιῶν ξαινομένης ὕλης, ἐπανθεῖν δὲ καὶ δένδροις ἀγρίοις ὡς ἔριον καλλονῇ καὶ ἀρετῇ προφέρον ἔρι τῶν βάτων, ἐξ ὧν καὶ δίητοι σινδόνες ὑφαίνονται. Dionysius Afer longe diversam super serici confectione opinionem refert. scribit enim Seres ex pratensium herbarum floribus sericum conficere, versus ejus hi sunt de Seribus:

Αἰόλαι δὲ ξαίνοντες ἐρήμης ἄνθεα γαίης
Εἵματα τοὺγχουσιν πολυδαίδαλα, τιμήεντα.

Audio etiam hodieque apud Indos herbam haberi quæ tenuissimam & delicatissimam lanuginem fert, & serico comparilem. herba ipsa qua facie sit nescio. ex ea semen tantum, & comam candidissimam, & serico perquam simillimam vidisse me profiteor. sic variæ veterum super serico, quomodo fieret, & unde proveniret, fuere sententiæ. alii partem veri dixere, alii propius attigerunt, alii falsa penitus de eo scripsere. Nec mirum cum ex tam longinquis regionibus afferretur, & apud eas gentes nasceretur, quæ regionis suæ ingressu advenas arcebant, ita ut nihil explorari, & ad perfectum de his, eorumque rebus cognosci liceret. Ex India & Seribus hæc species præcipue advehebatur. unde Ἰνδικῷ νήματι, & Σηρικῷ meminit Arrianus in periplo maris Erythræi. adeo autem caro vænibat, ut contra aurum pararetur, Aureliani Imperatoris tempore. Nam, ut scribit Vopiscus in ejus vita, *libra serici, libra auri fuit.* ita ἰσόχρυσον tunc fuit sericum, cujus libra centum nostris aureis plus minus præstinabatur, cum hodie quattuor, aut quinque coronatis possit emi. de libra duodecim unciarum lo-

quor, qualis fuit Romana Justiniani vero ætate, non solum tota serici paratura ad plenum & perfectum explorata est, sed etiam ex Oriente in Occidentem traducta. Tunc cognitum est, vermes quales hodie habemus, immo eosdem, nam inde eos habemus, apud Seras & Indiæ populos, eodem prorsus modo quo apud nos, metaxam ex se producere ac operari. Illo in tempore sericum nema Persæ ab Indis & Seribus sibi comparabant, Romani vero à Persis illud comparare cogebantur. at quum adversus Persas bellū gereret Justinianus, magnopere facere enisus est, quaqua posset arte, ne Romani suis ab hostibus tam caram speciem, & luxui adeo necessariam emerent. Voluit itaque cum Æthiopibus Homeritis qui Christianis erant ὁμόδοξοι, fœdus inire, ut ab Indis ipsi metaxam mercarentur, Romanisque venderent; quo pacto magnum ad eos rediturum esse compendium, Romanos vero liberatum iri necessitate commercium habendi cum suis hostibus. Narrat Procopius lib. 1. Persicōn. Hæc cum maxime agitanti Justiniano duo monachi ex India revertentes, qui ibi plusculum commorati fuerant, sese obtulerunt, rettuleruntque, ex longiore mora quam apud Indos fecerant, diligenter omnem se rationem exploraſſe serici faciendi. posse itaque facile satisfieri desiderio Imperatoris, ut Romani à Persis sericum præstinari necesse amplius non haberent. tum de vermibus metaxæ opificibus ea narraverunt, quę nunc videmus, & usu jam cognoscimus, deque toto illo metaxæ conficiendæ artificio. Vermes illos vivos in Europam afferri non posse, sed semen eorum duntaxat, hoc est ova.

γονὰς

γονλὼ vocat Procopius lib. IV. Gothicῶν, ubi hanc rem fuse persequitur. Jussu Imperatoris iter rursus in Indiam capessunt illi monachi, & inde ova bombycum Indicarum Byzantium attulere. Hæc fimo cooperta, ut apud Indos solet, vermes excluſere, τῇ μετάξης δημιργός. mori folia pro pabulo illis data. inde per totam Europam & Occidentem propagata Sericorum vermium generatio, & serici ex iis conficiendi ratio propalata. Procopius in Gothicis lib. IV τεέφυσι ἢ συκαμίνε φύλλοις, καὶ ἀπ' αὐτε γίνεσθαι μέταξαν τὸ λοιπὸν κατεςήσαντο ἐν τῇ Ῥωμαίων γῇ. sic beneficio monachorum hodie serico vestimur. Theophanes Byzantius apud Photium, tradit Persam quemdam imperante Justiniano, Romanis serici inventionem ostendisse, & ova, hoc est semen illorum vermium, qui metaxam deducunt, ex India usque Byzantium in ferula pertulisse: ὅπ τὸν τῶ σκωλήκων γένεσιν ἀνὴρ Πέρσης βασιλεύοντ@ Ιυςινιανε. ἐν Βυζαντίω ἐπέδειξεν ὅπως πρότερον ἐγνωσμένον Ῥωμαίοις. ἔτ@ ἢ ὁκ Σηρῶν ὁρμηθεὶς ὁ Πέρσης τὸ σπέρμα τῶ σκωλήκων ἐν ναάρθηκι λαβὼν μέχρι Βυζαντίε διεσώσατο, καὶ ἔαρ@ ἀξαμένε, δὴ τὸν τεοφὸν τῶ συκαμίνων φύλλων ἐπαφῆκε τὰ σπέρματα· τὰ ἢ τεαφέντα τοῖς φύλλοις, ἐπεροφύησε ἢ καὶ τέλα εἰργάσατο, ὧν τὸν τε γλοιὸν καὶ τὸν ἐργασίαν ὁ βασιλεὺς Ιυςῖν@ ὕςερον τοῖς Τύρκοις ἐπιδείξας, ἐθαύμασεν· οἱ γὰ Τοῦρκοι τότε τὰ τε Σηρῶν ἐμπόρια καὶ τὸν λιμένας κατεῖχον. Ex illo porro vermium Indicorum semine, quod sub Justiniano primum ex India in Europam invectum constat, quantum hodie in Occidente vermium sericorum est, profluxisse & emanasse plus quam certum, non ex illis bombycibus, quæ in Coa insula

naſcebantur, unde veſtes bombycinæ olim fiebant. Nam Juſtiniani ævo, & longe ante Juſtinianum, Coarum illarum bombycum ſemen prorſus extinctũ videtur fuiſſe, aut ratio ſaltem conficiendi ex his bombycini penitus abolita. Pro comperto tamen & pro certo fere habuerim Coacorum vermium qui bombycinum ſtamen nebant haud diſparile genus extitiſſe ac Sericorum aut Indicorum. niſi hæc differentia fuerit, quod Indici tenuius & ſubtilius filum nerent, quam Europæi. Præterea conſtat ex Plinio, capite quod ſupra ventilavimus, Coos artifices non ante filum ex bombycis panucula evolvere ſolitos, quam papilio pinnatus folliculum ſuum perrupiſſet: quæ res longe deterius ut eſſet bombycinum, efficiebat. quamobrem ſericum quod ex India importabatur in Europæas regiones, ut longe delicatius bombycino, quod in Græcia proveniebat & texebatur, ſic longe etiam pretioſius. Hinc bombycina viris etiam cum mulieribus erant communia, at ſericum ſolæ mulieres uſurpabant, viris incommune. Plinius lib. VI. cap. XVII. *Seres lanicio ſylvarum nobiles, perfuſam aquæ depectentes frondium canitiem: unde geminus fœminis noſtris labor, redordiendi fila, rurſumque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona traluceat.* De ſerica veſte heic idem dicit quod de Aſſyria lib. XI. cap. XXII. eam nimirum veſtem fœminas denudare, & ſolis mulieribus relictam, cum viri bombycinam Coam paſſim uſurpare non vererentur. ut proinde neceſſe ſit, ut ante diximus, veſtem de ſerico & ex Aſſyria bombyce eamdem fuiſſe, & eam eſſe quam Μηδικὴν Græci veteres indigetabant. res eadem

erat,

Digitized by Google

erat, de qua diverſe traditum fuerat. rem diverſam putavit Plinius, quia diverſe tradita. ſed & illa verba Plinii de Serum lanicio magnopere obſervanda ſunt: *unde geminus fœminis noſtris labor, redordiendi fila, rurſumque texendi.* ex quibus certo certius colligitur, Serica texta quæ ex Seribus adferebantur, quod preſſius denſata eſſent, filatim reſolvi ſolita à mulieribus Europæis, & rurſus texi, tenuiore ac rariore textura, ut inde ſcilicet veſtes fierent, quæ fœminas tegendo nudarent, & per quas in publico totæ tralucerent. Profecto haud aliter verba Plinii liceat interpretari. ſed & eam interpretationem firmat Lucanus his verſibus:

Quod Nilotis acus compreſſum pectine Serum
Solvit, & expanſa laxavit ſtamina tela.

Tertullianus etiam in libro de habitu muliebri eum morem aperte tangit: *proinde & veſtium de coloribus honorem ſervi etiam eorum terunt. ſed & parietes Tyriis & hyacinthinis, & illis regiis velis, quæ vos operoſe reſoluta transfiguratis, propictura abuntur.* Atque hæc de bombycino & ſerico quæ potui meminiſſe, quæq; ad rem putavi pertinere, dum hic de bombyce Tertulliani locus explicatur: quem priuſquam è manibus dimitto, monendum etiam eſt, retineri poſſe veterem librorum lectionem, ſine ulla mutatione: *proinde ſi necaveris, animata jam ſtamina volves.* id ſolum quærendum eſt, quid ſint *animata ſtamina.* ſine dubio *animata ſtamina* eodem ſenſu dixerit, quo *animatum capillum* in lib. de cultu fœminarum: *tum ſolis animando ſimul & exſiccando capillo exoptabilis ardor.* ubi *animare capillum*, eſt tingere & colorare. ſic *animata ſtamina*, hoc loco ſunt, jam tincta, & colorata. & ſane lutea ſunt

fila quæ bombyx deducit. captavit igitur argutiam ex istis, si bombycem necaveris, animata stamina evolves. in rebus inanimis color videtur esse pro anima. sed & in bene sanis & validis bonus color indicium est majoris, sic dixerim, animationis. ut contra exanimes, pallidi & sine colore. pictores *animare coloribus tabulas suas* dicuntur, *animatus color*, & *vegetus*, & *vividus*, de intenso & excitato colore. hinc *animare* simpliciter, pro colorare. Arnobius lib. II. *nonne rege sub Tullo semicruda exta cœpistis, & leviter animata porricere?* id est leviter cocta, leviter ab igne colorata. sic Græci ξανθίζειν πυρί, torrere & coquere carnes. Pherecrates:

Καὶ δελφάκια πλεῦρ' ἐπεξανθισμένα

Lucretius *animari fruges* dixit quæ ad maturitatem perducuntur.

Sol animat fruges.----

segetes enim, & fructus omnes, cum ad maturitatem pervenere, colorantur. sed & *cocta* dicebantur quæ matura erant. ut *cocta ficus*, *cocta uva*, & similia. Edi etiam hoc loco voluimus, *mox alvo reddere*, pro *à quo*, quod in veteribus libris scriptum offendimus. Hæc lectio nobis magis placuit, quam quas supra posuimus. alvo enim reddit stamen bombyx, ut aranea. Ovidius de aranea:

----stamen quoque ventre remittit.

Privium tegendo homini, dehinc & ornando] Necessitas tegendo corpori vestes primum invenit: dehinc quæ non solum tegerent, sed etiam ornarent, honestas adjecit. Vitruvius lib. x. cap. I. *attendamus enim primum inventum de necessitate vestium, quemadmodum telarum organicis administrationibus connexus*

nexus ſtaminis ad ſubtemen, non modo corpora tegendo tueatur, ſed etiam ornatus adjiciat honeſtatem. ſed modum poſtea non tenuit luxus & ambitio. hinc non ſolum ornando, verum etiam inflando homini ambitionem veſtes excogitaſſe dicit heic Tertullianus, cum neceſſitas tegendo tantum inveniſſet. ſic variæ indumentorum formæ promulgatæ. *inflatiorem veſtem* infra vocavit, ambitioſam & pompabilem: *non erat ſatis tumens animi Macedo, niſi illum etiam veſtis inflatior delectaſſet.* πομπικὸν vocabant Athenienſes Heraclidem Ponticum, quod hujuſmodi inflata & pompica veſte indutus eſſet. Græci φανταστικὰ ἱμάτια appellant, omnia inflatiora, ut cum Tertulliano loquar, veſtimenta. *oſtenſionalem* diceret Lampridius, ad oſtenſionem ſcilicet paratam.

Quæ gentilitus inhabitantur] Gentilitus, ἐθνικῶς, καὶ ἔθνη. nam quot gentes, tot veſtium habitus diverſi. auctor incertus apud Iſidorum: *dinoſcuntur & gentes ita habitu, ut lingua diſcordes.* Virgilius:

----incedunt victa longo ordine gentes,
Tam variæ linguis, habitu quam veſtis, & armis.

Inhabitantur] Peccant qui corrigunt, *inhabituantur.* ſed illi non minus peccant, qui veſtem quaſi domum eſſe, auctori huic interpretantur, & ſic veſtem quaſi domum inhabitari volunt. an quæſo te etiam comæ quaſi domus habitantur? atqui comas etiam habitari dixit Varro rerum humanarum lib. xv. apud Nonium: *hoc nomine antiquos ſecundas rebus comas habitaviſſe.* Bella illa interpretatio revocat mihi in memoriam ſuave ac lepidum facinus ſtupiduli neſcio cujus ſcholaſtici, de quo eſt apud Hieroclem. is cum domum recens

emptam aut conductam haberet, de feneſtra ejus domus proſpectans, prætereuntes interrogabat, an ſatis ſe decerent. domum ille plane, quaſi veſtem habitari credebat. ſed ad rem. *veſtis haberi* proprie dicitur, quæ geſtatur. Ovidius:

---veſtis bona quærit haberi.

ſic, *veſtem habendo deteri* dixit Varro: unde & *habitus* pro veſte, ut apud Græcos ἕξις. ut *haberi*, ſic etiam *habitari* frequentativa forma, quod idem eſt. Varro: *utrumque mulieres, & epicrocum quoque viri habitarunt*. nam *epicrocum*, genus veſtis. idem *habitare comas*, pro habere uſurpavit. id quo quis utitur, habere & habitare dicitur. Sic etiam domus habetur, & habitatur. Inde etiam *habitari* abſolute dictum de domo, ſed & *habere* pro eodem. Plautus Aulularia:

Patri avo jam hujus qui nunc heic habet.

Accius Philoctete: *ubi habet, urbe agrone?* id eſt, ubi habitat?

Pag. 16. *Pallium etſi Græcum magis lingua jam penes Latium eſt*] Qui volunt Tertullianum velle, pallii nomen Græcum eſſe, egregie falluntur. Hæc tamen mens eſt omnium Tertulliani interpretum ad hunc locum, longe ab auctoris mente diſſita. Pallium, inquiunt. ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι dictum. an ſic Græca vox eſt pallium? ut Græca ſit oſtendendum erat, Græcos auctores eo vocabulo uſos eſſe tanquam ſuo. τελαμώνιον illi vocant, atque ἱμάτιον, cum id genus veſtis ſua lingua volunt dicere. At vero etiam Græci, pallii nomen pro ſuo uſurparunt, inquit Pariſienſis magiſter, qui & veteres Gloſſas teſtes ad hanc rem producit: *pallium*, πάλλιον. ſed nempe Græci illi iidem ſunt, qui & πελλὸν, πῶρτα, γέλαν, ἀκυμάτιον, λίγλαν, μανδύλαν,

λαν, παπεδλίον, σανδάλιον, λεντίον, φακιόλιον, λώριον, & alias infinitas usu triverunt, quæ mere Latinæ sunt origine dictiones.. pallium itaque, purum putum linguæ Latinæ vocabulum, quo Græcus ille habitus designatur, quem Græci ipsi τρίβωνα & ἱμάτιον appellant. & hoc est quod Tertullianus hoc loco voluit, pallium etsi Græcum magis, lingua tamen jam penes Latium esse. pallii usus, etsi eo jam multi ex Latinis uterentur, magis tamen Græcus quam Latinus. vox autem ipsa qua Latini Græcanicum illum habitum exprimunt, prorsus Latina. pallium res Græca est, nomen Latinum. Sequitur: *cum voce vestis intravit*. quod minime sic intelligendum est, quasi dicat, & nomen vestis, & usum ex Græcia in Latium migrasse: sed hoc vult, non tantum vocem, qua vestis illa Græca significatur, Latinos in sua lingua habuisse, sed habitum quoque ipsum ex Græcia accepisse, cum penes jam se nomen haberent. In Latio jam tunc multi palliati, grammatici, rhetores, sophistæ, philosophi, medici, & omnes liberalium artium professores, & præter hos etiam Christianorum presbyteri. sic pallium quod lingua penes Latium prius erat tantum, cum res ipsa Græcorum magis effet, etiam Latinorum cœpit esse, & sic cum voce vestis intravit. pallium autem etsi vox Latina sit, & in solo Latino nata, & solis Latinis usitata, de Græco tamen descendit, ut omnes fere Latinæ dictiones; verum Latina moneta percussa, sic immutata est, ut vix Græcis suis agnosceretur. φᾶρος Græci vocant omne vestimentum, quod injicitur, circumjicitur, atque etiam insternitur: *pallium* apud Latinos ita sumebatur. à Græco φᾶρος,

ξος, Latinum antiquum *parus*: ut πορφύρεος, *purpura*. inde *subparus*, aut *supparus*, tunica vel subucula, quæ sub paro accipiebatur. φᾶρος, φαρίον, *parus*, *parium*. unde *separium*, τὸ ἡμιφάριον: ut *Semodius*, τὸ ἡμιμέδιμνον. Hesychius: ἡμιφάριον, ἡμισυ ἱματίε. postea *siparium* dictum est. sic *seciput*, τὸ ἡμικέφαλον, *siciput* & *sinciput*. à *parium* diminutivum *pallium*. ut *hira*, *hilla*: *stira*, *stilla*: *stiricidium*, *stillicidium*: *rarus*, *rallus*: *rurus*, *rullus*, hoc est rusticus. *purus*, id est puer ἀφ' ἁπαλῶς, *pullus*. ἀστὴρ, ἀστέρος, *stera*, *stella*. idem est etymon & vocis *palla*. τὸ φᾶρος, καὶ ἡ φάρη. ut τὸ πῆνος καὶ ἡ πήνη: *para*, *palla*. sed de his plenius in Etymologico nostro. nam doctissimus Romanorum solens nugatur ut in hoc pallii, sic & in aliis plerisque Latinarum vocum veriloquiis eruendis.

Qui Græcos pellendos urbe censebat] Ita mutatum ab interpolatoribus, nam veteres editiones, nondum eorum contactu inquinatæ, habent: *qui Græcos præter urbem censebat*· atque ita plane est in nostro exemplari. quod omnino retinendum. *præter urbem*, est extra urbem. sic *præter terminos*, extra terminos. Nonius: *exterminatum*, *est præter terminos missum*. & *præteresse* apud eumdem Tertullianum, pro exesse, ut loquebantur antiqui, vel non adesse. in Apologetico: *æque spectaculis vestris in tantum renunciamus*, *in quantum originibus eorum*, *quas scimus de superstitione conceptas*, *cum & ipsis rebus de quibus transfiguntur præterfumus*. Cato præter urbem Græcos censebat, quos intra urbem non admittebat, quos extra urbem censeri volebat. *censeri in urbe* dicitur, qui in urbe moratur: ut contra censeri extra urbem aut præter urbem, qui extra urbem manet. idem Tertullianus *Scythas sub axe frigido*

frigido censeri dicit, qui sub axe frigido sedes habent. ita Græci verbum ἐξετάζεσθαι sumunt. ἐν τούτοις ἐξεταζόμην, *in his censebar, in his versabar.* ἐν τινὶ τόπῳ ἐξετάζεσθαι, in aliquo loco censeri, & consistere. multis locis ita loquitur Heliodorus. quod ejus interpretes non intellexere. *urbe censeri* etiam dicebatur, qui civis erat urbis.

Iuridicinæ suæ in tempora humerum exertus] In prætura suæ tempore Cato togatus, & humerum exertus. cur hoc habitu Cato in prætura? quidam interpretes dixere, humero exerto togatos esse non posse, sed palliatos tantum. palliatum igitur volunt, non togatum fuisse Catonem, cum humerum veste exertum haberet: eoque habitu in Hispania fuisse quum præturam in ea gereret. Nihil veri somniarunt, qui talia jactant. Parisiensis professor in alia sententia est, non tamen meliore: dicit enim rhetores & causidicos in gestu faciundo humerum exertum toga habuisse, & ad testimonium hujus moris Fabium adducit lib. XI. cap. ult. qui de gestu oratoris agens ita fert: *operiri humerum cum toto jugulo non oportet.* sed aliud est totum humerum cum brachio exertum habere, aliud humerum cum toto jugulo non operire. vult Quintilianus operiri humerum, sed non cum toto jugulo. qui humerum operiunt, non sunt exerto humero. sed demus hunc fuisse morem advocatorum, ut humerum toga exererent, quid tum postea, aut quid hoc ad hunc locum, qui de prætura Catonis agit? sed ecce rem. Catonem prætorem ac jus dicentem, & togatum humero exerto esse voluisse, quod summus ipse orator, & fori habitator assiduus in consuetudinem ita faciendi venisset. quæ opinio nec fundum nec

ratio-

rationem habet. nam falsum est, oratorum illum fuisse gestum aut habitum. deinde etsi maxime fuisset, an ille Cato nesciebat, aut adeo oblitus erat, qui magistratum deceret habitus, ut in prætura sua, & cum jus diceret, eodem habitu esse vellet, in quo causas perorare solitus esset? postremo si talem habitum jam ante prætoram assueverat Cato, ita ut nec in prætura desuefacere potuerit, si tali, inquam, habitu per totam vitam fuit, cur Tertullianus tempus ejus prætoræ peculiariter notavit, quasi illo tantum in tempore togam sic habere solitus sit? Sed nimius sum in re futili confutanda. sciendum est, ideo Tertullianum designasse tempus quo magistratum gessit Cato, quia in magistratu tantum, prætura utpote vel consulatu, Romani humerum exerti. atque hic habitus erat, quem cinctum Gabinum vocabant, cum lacinia togæ sub humerum rejecta incingebantur, humero nudo relicto vel exerto. ita toga incincti solebant esse consules vel prætores, cum in aliquo sollemni actu versabantur, cum rem divinam faciebant, portas Iani aperiebant, atque alia hujusmodi munia obibant. prætor quoque cum in circo mappam mitteret, hoc habitu erat. in antiquo Lapide apud portam Nomentanam quem antiquarii descripserunt, visitur prætor mappam mittens, & exertum toga humerum habens. fortasse & cum jus dicebat, togam eo modo gerebat. immo certum ita gessisse. Isidorus lib. XIX. cap. XXIV. *Cinctus Gabinus est, cum ita imponitur toga, ut togæ lacinia quæ postsecus rejicitur, attrahitur ad pectus, ita ut ex utroque ex humeris picturæ pendeant, ut sacerdotes gentilium faciebant, aut cingebantur prætores.* de sacerdotibus habetur

betur apud Lucanum illo verſu.

Turba minor ritu graditur ſuccincta Gabino.

de prætoribus teſtimonium clare dicit hic Tertulliani locus. Nunc oſtendendum, qui cinctu Gabino togam incinctam habebant, nudo humero & exerto fuiſſe. vetus interpres Perſii ad illud, *ſuccinctis laribus*, ita ſcribit: *quia Gabino habitu cinctuque Dii penates formabantur, obvoluti toga ſuper humerum ſiniſtrum, dextro nudo.* nudus humerus, & exertus, idem. communis togæ habitus, olim utrumque humerum operiebat, Gabinus vero ſiniſtrum tantum excluſo dextero tegebat. Cato igitur præturæ ſuæ tempore cum humerum exertus, togam ritu Gabino cinctam haberet, quaſi palliato habitu videbatur eſſe, & Græcis, dum ſic eorum habitum imitaretur, favere. ſic enim toga exertum humerum habebat, ut illi pallio.

Palliato habitu Græcis favit] Græcis philoſophis, & quidem Cynicis, qui pallio humerum exerti, unde & ἐξωμίται dicebantur, & habitus eorum ἐξωμίς. Sextus Empiricus de Diogene: καὶ ὁ μὲν Διογένης τὸ ἐξωμίδιον ἔθελεν, ἡμεῖς δὲ ὡς εἰώθαμεν. non igitur omnes Græci aut philoſophi brachio exerto, ſed Cynici ſoli. Euſebius lib. VIII. pallium philoſophi exomidi comparat. Exomis proprie fuit veſtis ſervilis Græca, exerto humero. Feſtus: *exomides veſtitus comici exertis humeris.* dicebant & *expapillato brachio* eſſe pro eodem. Feſtus: *expapillato brachio, exerto. quod cum ſit, papilla nudatur.* fruſtra itaque ſunt qui corrigunt in Plautino *expalliare* pro *expapillare.* partem pectoris oſtendebant qui humero exerto erant. Cyprianus de Cynicis, in libro de bono patientiæ: *apparet non eſſe illic veram patientiam, ubi ſit inſolens*

solens affectata libertatis audacia, & exerti ac seminudi pectoris invereconda jactantia. sed de his infra fusius.

IN CAP. IV.

Page 16

QUID nunc, si est Romanitas omnis alia, nec honestis tamen, admodum Graeca estis, nam ita est? Hunc Pallii panniculum miseris modis inverterunt, & perverterunt interpolatores, immo nihil jam habet quod suum textor & auctor possit agnoscere, ita pene totus immutatus, ac prorsum alius factus de manibus sartorum exiit. Tertulliani pannus qualem reliquit, etsi aliquantulum obsoletus, ex veteris libri fidelio promendus ac petendus est. ita igitur in illo conceptus & consutus habetur: *Quid nunc si & Romanitas omnis alia, nec honestis tamen modis ad Graecos estis, aut ne ita est.* nihil facilius factu sit, quam haec reficere, si perito des phrygioni reconcinnanda. duo duntaxat elementa quasi fila, suo loco restituta, partem hanc sanam & sartam praestabunt. ergo ita constitui debet: *Quid nunc si & Romanitas omni salus, nec honestis tamen modis ad Graios estis?* si omnibus, inquit, salutare est & expedit, quemadmodum dicitis, Romanitatem sequi, & Romanos mores in omnibus imitari; cur nunc tamen in rebus turpibus Graecos imitari vobis placet? *ad Graios estis*, id est ad Grajos proxime accedilis, Grajis similes estis. apud Grajos estis. *esse ad aliquem*, etiam Latini dicunt, pro ire ad aliquem. Varro apud Nonium: *tum ad me fuerunt, qui libellionem esse sciebant.* ita veteres libri recte, nec quicquam mutandum. apud Isidorum in voce, diplois: *de qua*

vox

vox illa senatus, togis depositis Quirites ad saga fuerunt. vulgo legitur, *ad saga conversi fuerunt.* sed in veteribus libris ita scriptum est, ut posuimus. at hoc loco *ad Grajos esse*, nihil aliud est, quam apud Grajos esse, in Græcorum partibus esse, Grajis accedere, atque ad eorum mores transire. *Grajos* pro *gratos* reposuimus: quo genere mendi sæpe libri laborant. apud Publium Syrum in versibus de ciconia:

---- grata peregrina hospita,

pro *Graja*, & apud Martialem:

---- & littora grata valete,

ubi *Graja* scribi debet.

An ita est? unde gentium] Liber scriptus, & editiones veteres: *aut ne ita est.* ex quo fecimus: *aut, ni ita est, unde gentium, in provinciis melius exercitus*, &c. *ne* pro *ni.* sic infra *speculum* pro *spiculum: oveculam* pro *oviculam: vero* pro *viro.* Quid nunc, inquit, si Romanum morem sequi, omnibus salutare est, Græcum sequimini in rebus turpioribus? aut ni ita est ut ego dico, si non verum est vos Græcanicos mores æmulari, unde gentium nisi ex Græcia studia palæstræ in usum apud vos venere, quos natura potius agro colendo quam luctando creavit?

Studia palæstræ male senescentia] Male senescentia palæstræ studia ea re dici interpretantur, quod male senescant, qui ea studia exercent. nam & debiles, distortos, malisque plurimis obnoxios inde evadere, de quibus videndus Galenus in Protreptico. non ignoro ita posse, nec etiam improbo sic accipi. sed videndum an non ex historia id possimus exponere. *male senescentia palæstræ studia*, apud Carthaginienses ideo fortassean

dixerit quia cum jam inciperent senescere, Severus ea renovavit, & quasi in juventutem revocavit, concessa Carthaginiensibus Pythici agonis facultate. Tertullianus idem in Scorpiaco: *Agonas istos, contentiosa sollemnia, & superstitiosa certamina, Graecarum & religionum & voluptatum, quanta gratia saeculum celebret, etiam Africa liquuit: adhuc Carthaginem singulae civitates gratulando inquietant, donatum Pythico agone post stadii senectutem.* hinc clarum quo sensu male senescentia dicat apud Carthaginienses palaestrae & stadii studia, quae ut potecum jam senescerent, renovata sint, & coacta iterum juvenescere. priorem tamen interpretationem, & potiorem habuerim.

Et cassum laborantia] Vanum laborem athletarum Martialis carpit hoc disticho:

Haec rapit Antaei pelax in pulvere dracus,
Grandia qui vana colla labore facit.

ἀνωφελῶς μοχθοῦντας athletas, & ἄχρηστον eorum πόνον dicit Diogenes Cynicus apud scriptorem cognominem: σὺ δὲ παλαιστὰς καὶ σοὺ ἀθλητὰς ὅσον οὐκ ἀπερφέρεσιν ἑκάστοις, τῇ ἰδίᾳ πονηρᾷ τῇ σωματικῇ, καὶ ὡς ἔστι εἰ μετάνοιαν τὴν ἀσκησιν ἔχει τὴν ψυχικὴν, οὐκ ἀνωφελῶς καὶ ἀπελῶς ἐμόχθουν. & paulo post: δέον οὖν ἀντὶ τῶν ἀχρήστων πόνων, σοὺ κατὰ φύσιν ἐλομένους διαπαύσεως ζῆν.

Et lutea unctio, & pulverea volutatio] Parisiensis magister haec sequentiaque male accepta interpretatus plebi notat, ipse qui non de plebe est, quomodo accipit? omnium pessime, *luteam unctionem* esse oleum virorum, & ceroma puerorum in palaestra scribit: & recte sic Isidorum distinguere lib. x. in voce *Delibutus.* nihil tale Isidorus, cujus haec verba sunt: *Delibutus de oleo unctus, ut Ath-*

ut Athletæ solent, vel in ceromate pueri. posuit ibi *ceroma* Isidorus pro loco in quo athletæ ceromate unguntur, vel oleo. tam viri igitur quam pueri athleticam exercentes, ceromate ungebantur. sed concedamus discrimen fuisse inter ceroma, & oleum, & quidem quale volunt, nihil tamen aut ceroma, aut oleum ad hunc locum pertinent. *lutea unctio* heic est vere de luto unctio, πηλῦ χρίσις. postquam legitimo oleo uncti erant palæstrici, horum alii luto sese totos opplere solebant, alii pulvere sese aspergebant. utrumque modum heic complexus est Tertullianus. *luteam unctionem*, τῷ πήλωσιν vocat: *pulveream volutationem*, τῷ κόνισιν. Lucianus περὶ γυμνασίων, de palæstricis: καὶ ὅδε ἓ ἐλαίῳ φείδοντες μὴ μολύνεσθαι, ἀλλ' ἀφανίσαντες τὸ χρίσμα, καὶ ἓ βορβόρῳ ἀναπλησθέντες, ἐν ἱδρῶτι ἅμα πολλῷ γέλωτα ἐμοὶ γοῦν παρέχουσιν ἐκ τῶν χειρῶν διαλιθαίνοντες ὥσπερ οἱ ἐγχέλυες. Hæc ille de lutea unctione. sequitur apud eumdem de pulverea volutatione: ἕτεροι ἓ ἐν τῷ αὐθρίῳ τῆς αὐλῆς τὸ αὐτὸ τοῦτο δρῶσιν, οὐκ ἐν πηλῷ ἅτοί γε, ἀλλὰ ψάμμον ταύτην βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι ἐν τῷ ὀρύγματι, παρεσκεύασται ἓ ἀληλιμμένοι καὶ αὐτοὶ ἑκόντες πάσχουσι τὴν κόνιν ἀλεκτρυόνων δίκην, ὡς ἀφυκτότεροι εἶεν ἐν τῇ συμπλοκῇ, οἷμαι τῇ ψάμμῳ τὴν ὀλισθον ἀφαιρέσης καὶ βεβαιοτέραν ἐν ξηρῷ παρεχέσης τὴν ἀντίληψιν. polt oleum igitur & ceroma, alii in luto, alii in pulvere volutabantur: diverso utrique fine & respectu. qui luto sese inliniebant, id ea ratione faciebant, ut lubrica cute ansam non darent antagonistis, qua prendi possent aut teneri, ut λαβὴν nempe effugerent. illi è contra qui pulveris tactu se inspargebant, hoc captabant, ne manus laberentur in adprehendendo antagonista-

rum corpore. firmiorem enim λαβὼ præbebat pulveris conſperſio. utrique tamen, ut dixi, oleo prius vel ceromate ungebantur. ab illa olei ungina, aut lutum ſibi adfricabant, aut pulverem membris inſpargebant, volutantes ſeſe in arena. quod utrumque hoc loco conjunxit Tertullianus. *luteam unctionem* dixit, quia & Græci πηλῷ χρίεσθαι id dicebant: Lucianus eodem: ὡς οὐκ ἔστιν ἀπερεγγμόνως διαπρῆσαι μήλων ὅτῳ ὄπιθυμία, ἢ σελίνῳ ἐστεφανῶσθαι, ἢ κονίᾳ, μήτε πηλῷ κατακεχριόμενον, μήτε λακπιζόμενον τοῦ τῶν ἀνταγωνιστῶν. & paulo poſt utrumque modum conjungit, luteæ, inquam, unctionis, & pulvereæ volutationis: ὥσπερ οἶμαί σε πιήσειν τῇ ἐλαίᾳ οὐκ εἰς μακρὸν, εἰς δὲ αὖθις ἔσῃ τῶν ἀπεπηλωμένων ἢ κεκονιμένων. & mox: τάδε σώματα τῶν νέων, ὑδατὸς δεινῦ ἐπείγοντος καταπονεῖται παίοντες, ἢ τοῦ ἰσχνοῦ καταναλίσκοντες, ἢ ταμιεύομενοι τοῦτο τὸ ἀναγκαῖον τὰς ἅλκας αὐτῶν, ἀλλ' εἰκῇ ἐν τῷ πηλῷ ἢ τῇ κόνει ἐκχέοντες. Galenus in protreptico ad artes de athletis: ὅπῃ τίνι μέγα φρονήσουσιν; ἢ γὰρ ὅπῃ τῷ ὅτι σὺν τοσῷδε σώματι οἷοί τε εἰσὶ καταβάλλειν ἐν παλαίστρᾳ τε καὶ σταδίῳ; τάχα οἶμαι ὅπῃ τῷ δι' ὅλης ἡμέρας κονίεσθαι δύνασθαι; ἀλλὰ τοῦτό γε καὶ τοῖς ὄρτυξιν ἢ τοῖς πέρδιξιν ὑπάρχει· ἢ εἴπερ ὅπῃ τοῦτο μέγα χρὴ φρονεῖν, ἢ ὅπῃ τῷ δι' ὅλης ἡμέρας βορβόρῳ λοῦσθαι. Plutarchus in Sympoſiacis palæſtram tribus his conſtare ſcribit, pulvere, luto, & ceromate: παλαίστρας ἐχούσης πρεσβύτατον ἐστὶ τὸ ἄλλων, ἀλλ' ὃν μόνον τῶν ἀγωνίας εἰδὼν πηλῷ ἢ κονίσρας καὶ κηρώματος τυγχάνει δεόμενον. ſic ceroma diverſum ab unctione lutea, & pulverea volutatione: itaque à ceromate vel oleo legitimo, aut pulvis, aut lutum excipiebat palæſtritas. Seneca epiſt. LXIII. *ſed tantum tuti tota via fuit, ut poſſem videri nihilominus navi-*

gaſſe:

gasse: totum athletarum factum mihi illa die perpetiendum fuit, à ceromate nos haphe excepit, crypte Neapolitana. sed de his alias pluribus. heic notasse sufficiat quæ faciunt ad expositionem hujus loci, quem interpretes more suo male exposuerunt.

Arida saginatio] Errat vir maximus, qui aridam saginationem, ξηραλοιφὴν interpretatur, cum sit ξηροφαγία quæ athletarum propria erat. *saginare* autem proprie de athletis. Curtius Dioxippum pugilem, *saginati corporis belluam* vocat. Tertullianus adversus Psychicos: *saginentur pugiles & pyctæ Olympici. illis ambitio corporis quibus & vires necessariæ.* sic Græcis σιτίζειν. nam σιτίζω, est sagino. Diogenes Laërtius: οἱ δὲ Πυθαγόρειον ἀλείπτην τινὰ τῶν σιτίσει τὸ τρόπον τοῦτον ἀθλητάς. *ad hunc modum pugiles saginasse.* frustra autem ille magister qui ad hunc locum novas nobis & inauditas procudit differentias ac distinctiones, ξηροφαγίας, ἀναγκοφαγίας, ξηροαναγκοφαγίας, & κρεαναγκοφαγίας. quæ vocabula ipse finxit absurdissime: eorumdem quippe est ξηροφαγία, quorum ἀναγκοφαγία, & κρεωφαγία etiam, postquam carnibus saginari cœpti sunt athletæ. Tertullianus adversus Psychicos loco jam citato: *saginentur pugiles & pyctæ Olympici: illis ambitio corporis quibus & vires necessariæ: & tamen illi quoque xerophagiis invalescunt,* falluntur itaque qui ξηροφαγίαν athletarum, illo tantum tempore dictam putant, quo ficus aridas esitabant, quod facere desierunt, exinde ut Pythagoras nescio quis veterem ἔσησιν ἀπὸ ξηρῶν ἰσχάδων sustulit, & pugiles ad carnium usum transtulit. at Tertulliani temporibus non amplius ficus aridæ ad saginationem athletarum sumebantur, & tamen aridam saginationem, & ξηροφα-

γίαν de athletis ſui temporis uſurpat ille, ut videmus. nam carnibus ſaginabantur ex inſtituto Pythagoræ aliptæ cujuſdam. Iamblichus in vita Pythagoræ philoſophi de illo alipta cognomine: τότε δὴ καὶ τὰ ἀλειπτικὰ φέρεται συγγράμματα, καὶ ἡ ἀνὰ ἰσχάδων τοῖς τότε ἀθληταῖς κρεωδεστεροφὴς Δρόπαξις. dicta igitur ξηροφαγία de athletis etiam tum cum carnibus uti cœperunt. quod enim pulpam tantum ſiccam & aridam, nullis ſcitamentis, & jurulentiis eblanditam ederent, ξηροφαγία victus eorum appellatus eſt. ξηρὸν τροφὴν, & τερῆ Lucianus vocat. aridum victum pro tenui & minime uncto dicebant. Cicero pro Roſcio Amerino: *in ruſticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque vita iſtiuſmodi maleficia gigni non ſolere.* carne ut plurimum bubula & ſuilla veſcebantur. unde illud Diogenis Cynici, qui interrogatus Δρόπαξ τί οἱ ἀθληταὶ ἀναίσθητοι εἰσὶν, ἔφη ὅτι κρέασιν ὑείοις καὶ βοείοις ἀνωγαδόμενοι. propterea partes illas animalium ad victum aſſumebant, quæ minimum ſucci & pinguedinis habent, quæque maxime aridæ ſunt & ſiccæ. nam pedes bubulos & ſuilla acrocolia edebant. κωλήπια Græci, & κωλῆνας vocant. Latini *colephia*, ut τρόπαιον, *trophæum*. κώληψ, κώληπος: unde diminutive κωλήπιον, Latine *colepium*, vel *colephium*, de cibo athletarum. Juvenalis:

-----comedunt colephia paucæ.

id eſt, paucæ pugilatum & athleticam exercent. Martialis de muliere pugile:

Et colephia ſexdecim comedit.

κώληπα interpretatur Suidas, τὸ ὀπίσω ἓξ γοναλίς μέρος. optimæ noſtræ Gloſſæ nondum editæ *colophium*, κωλήν. lege, *colephium*. Gloſſæ Iſidori: *pulpe-*

Digitized by Google

pulpedinem, colophium. legendum, *colephiam,* hoc est κωλήπιον. in hac voce recte scribenda & explicanda vulgo errant docti viri. sic κωλῆνες & ἀχροκωλια, & κωλήπια bubula & suilla, athletarum saginæ, qui ξηροῖς ἀσκεῖν dicebantur. Xerophagias porro veterum Christianorum jejunia appellata fuisse notum est. sed hoc inter Christianorum & pugilum xerophagias intererat, quod Christiani cum jejunarent, non modo carnibus abstinere consueverant, verum etiam omnibus jurulentiis, & pomis succi vinosioris, & vino in totum, ut alicubi scribit Tertullianus. inde ξηροφαγίαι dictæ. at pugiles & athletæ in suis xerophagiis, & arida saginatione, carnes quidem edebant, sed sine ullis condimentis: nec enim scitamenta, nec placentas, nec alias hujusmodi cupedias attingere illis licitum. vino præterea & frigida sese abstinere interdum cogebantur. Epictetus de pugilibus: δεῖ δὲ διατεῖν, ἀναγκατροφεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάσκην, ἐν ὥρᾳ πεπαγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον ὡς ἔτυχεν. corrigendus obiter Arrianus in dissertationibus ubi eamdem rem tractat iisdem pæne verbis: δεῖ σε διατεῖν, ἀναγκαφαγεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην, ὥρᾳ πεπαγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον ὡς ἔτυχεν, ἀπλῶς ὡς ἰατρῷ πεπαιδευκότι σεαυτὸν τῷ ἐπιτάττῃ. vulgo legitur: μὴ οἶον ἔτυχεν ἁπλῶς, ἰατρῷ γὰρ, &c.

Vnde apud aliquos Numidas etiam equis casariatos] Qui sunt isti aliqui Numidæ? certe cum Carthaginiensibus nunc rem habet Tertullianus, eosque solos toto hoc opere alloquitur. oportet igitur illos heic vocari Numidas. sed unde Numidæ,

cum satis constet, Numidiam provinciam in Africana diœcesi diversam esse ab Africa Proconsulari in qua Carthago? vera ut opinor, mea conjectura est, qua dudum legendum esse videram, *Vnde apud aliquo Numidas, etiam equis cæsariatos, juxta cutem tonsor*? de Carthaginiensibus & ad Carthaginienses loquitur auctor, quos *aliquo Numidas* vocat, id est aliquatenus Numidas, propter vicinitatem scilicet Numidarum. immo & Numidiam partem esse Africæ minoris in qua Carthago sita erat, scribit Ptolemæus. unde, inquit, apud vos qui vicini Numidis, & pæne Numidæ estis, juxta cutem tondendi mos inolevit, cum Numidæ vicini vestri, non tantum naturalem cæsariem alant, sed etiam aliena cæsarie, equinis nimirum jubis, caput ornare soleant? non igitur ex vicinis & conterraneis vestris Numidis hic mos apud vos inductus, sed ex Græcis. *aliquo*, pro aliqua in re, vel aliquatenus Latinis auctoribus usitatum, & apud Florum sæpe occurrit.

Etiam equis cæsariatos] Ita hæc verba omnes accepere, quasi Numidæ non suam tantummodo, sed etiam equorum suorum cæsariem aluisse dicantur. quod multis modis ineptum est, & ferri non potest. primum cæsaries de equis non dicitur, deinde etsi maxime diceretur, non soli Numidæ in equis suis cæsariem nutriebant, sed illi Græci quoque, etiamsi ipsi strictim tonderentur, equos tamen suos jubatos, & cæsariatos, ut ita loquar, esse sinebant. Virgilius:

Demissa juba, & dextro jactata recumbit in armo.

nihil notius. quare hac in parte nihil peculiare Numidis fuit, quod Græci non habuerint, & pleræque omnes nationes, apud quas equi jubati.

Nam

Nam equorum ornatus juba, aliter in homine eſt: nec enim apud omnes gentes eadem ſuper hac re conſuetudo, aut opinio. Græci elegantiores ſtrictim tondebantur. Numidæ contraria omnia ſequuti, non ſolum capita ſua non tondebant, nec ſtrictim, nec per pectinem, ſed etiam præter naturalem cæſariem, equinas caudas quaſi alteram cæſariem in capite geſtabant. Hoc eſt quod ait Tertullianus, *Numidas equis cæſariatos eſſe*, equinis ſcilicet jubis, aut caudis criſtatos. Poëta:

-----criſtaque hirſutus equina.

ἱππουρίν Græci vocant galeæ criſtam ex equina cauda. Gloſſographi: ἱππουρις ἱππείαις θριξὶ κεκοσμημένη, ἢ τὸ λόφον ἔχουσα περικεφαλαίᾳ τοιαύτῃ καταπεπυασμένον. Numidæ, ut pote militares, & cæſariati ipſi, & galeas equis cæſariatas gerebant, hoc eſt equinis pilis ornatas. Hos cum propter vicinitatem imitari debere viderentur Carthaginenſes, Græcorum potius delicias & munditias affectabant, quibus ſtrictim & in orbem tonderi mos erat.

Pag. 17. *Iuxta cutem tonſor*] Id eſt, juxta cutem tonſura. *tonſor*, pro tonſura, ut apud Horatium:

-----curtatus inæquali tonſore capillos.

id eſt, inæquali tonſura. ſic apud eumdem *textor*, pro textura:

Exiguæque togæ ſimulat textore Catonem.

quem locum varie ſollicitarunt Critici. fruſtra. nam *textor* ibi, pro textura: artifex, pro artificio, ut contra ſæpe artificium pro artifice. eodem modo quo *teſtimonium*, pro teſte: *ludus*, pro ludione: *ſpectaculum*, pro ſpectatore, vel eo qui ſpectacula edebat. ſed de his alias.

Et cultri vertex ſolus immunis] Miras multasque

Digitized by Google

nugas heic effutiunt interpretes. ſuadent intelligamus κυρὸν φελιτοχηλάτην, ita enim vocant, qua uſi Arabes, Numidæ, Iudæi. ſed male ſuadent, ideo nec perſuaſerint, nec ego credulus illis. tantum abeſt ut hoc tonſuræ genus Numidis uſitatum fuiſſe velit hoc loco Tertullianus, ut miretur Carthaginienſes qui Numidis erant vicini, ac pæne etiam de vicinitate Numidæ & ipſi videbantur, modum iſthunc tonſuræ uſurpare, à quo tam alieni fuere Numidæ, ut non ſolum propriam cæſariem alerent, verum etiam inſuper equinis caudis aut jubis cæſariati criſtatique incederent. Quod vero iidem addunt, Tertullianum nunc tonſum illum Numidarum quaſi Græcanicum Carthaginenſibus ſuis exprobrare, quod philoſophi plerique raſi ut Stoici, id alieniſſimum & abſurdiſſimum. nec enim heic de tonſura philoſophorum & Stoicorum agitur, ſed de toto genere diverſa. Stoici toto capite, atque etiam vertice deraſi, καὶ ἐν χρῷ κυρίᾳ· illo vero tondendi modo, qui heic tangitur, vertex intonſus, & cultri immunis, ſub vertice omnia circumtonſa ſtrictim & juxta cutem. præterea philoſophicam tonſuram non exprobraret ſuis Carthaginenſibus Tertullianus. oportet igitur hanc delicatiorum & elegantiorum Græcorum fuiſſe conſuetudinem, quam illis vitio ducit. at κυρὸν φελιτοχηλάτην, quam heic nominant, quid ſit neſcio, nec enim Græcũ nomen eſſe poteſt iſto ſenſu. legitur quidem apud Pollucem φελιτοχαλάτη, ſed corrupte, ita enim apud eumdem ſcribendum eſt: κυρὸς ἢ εἶδη, κῆπος, σκαφίον, φεγγώτια, φελιτόχαλα· τὸν φεγγώτιαν ἢ φασὶν εἶ ὅταν τὶς τὰ φόθεν κομᾶ. vulgo eſt: φεγγώτια, φελιτόχαλατη.

φεγ-

περικόπαν ἢ φασίν. ex quo περιτροχηλάτην tonsuram faciebat Criticus noster. περιτρόχαλα κείρεσθαι dicebantur, qui in orbem tonderi soliti. hinc περιτρόχαλα, inter tonsuræ modos posuit Pollux. Hic tonsus erat elegantiorum Græcorum, & palæstricorum. omnia quæ Tertullianus hoc loco in suis Carthaginiensibus taxat, ad palæstram pertinent. ideo *xysticas mundicias* paulo post vocat. Ephebi igitur Græci, qui xysto & palæstræ operam dabant, hoc genere tonsuræ utebantur. Plutarchus de mulierum virtutibus: ὁκ ἢ τύτε γλυκύμυθος τύραννος ἰῶ μὲν ἐν ταῖς παλλακαῖς καὶ παῖδας ἐλαθέρους ἀδικίαις αὐτὸς ἑαυτὸ μοχθηρόταπος. ἰσόρητον γὰρ ὄν τὸ μὲν ἄρρενας παῖδας ἤσκει νόμοις καὶ χρυσοφορεῖν, τὰς δ' ἡλείας ἠνάγκαζε περιτρόχαλα κείρεσθαι, καὶ φορεῖν ἐφηβικὰς χλαμύδας, καὶ τ' ἀνακωλων χιτωνίσκων. de Aristodemo Cumanorum tyranno loquitur. ille ergo pueros puellarum habitu, & muliebribus comis comptos, puellas autem epheborum in morem circumtonsas atque ephebicis chlamydibus amictas jubebat ire. mendum est in verbis Plutarchi, quod obiter tollendum. legi enim debet: καὶ φορεῖν ἐφηβικὰς χλαμύδας καὶ τ' ἀνακωλων χιτωνίσκων, *& gerere ephebicas chlamydas supra anacolas interulas.* ἀνάκωλος χιτὼν, tuniculæ muliebris genus. Etymologicum magnum: ὀπιγονατὶς, τὸ ἐγγόνατος ἄνωθεν σαρκώδες ἐσθῆτος· ἔνιοι τὴν ἐπωμίδα, ἀφ' ὃ ὀπὶ γόνατος κεῖσθαι, ἢ χιτὼν ἀνάκωλος γυναικεῖος ὃν ἔνδοθεν ἐπενδύνυται. perperam legitur in Etymologico, ἀνάκηλος. Hesychius similiter in hac voce corruptus. Ζηνοβίος, χιτῶνες ἀνάκωλοι. sic ibi legendum, non ἀνάκηλοι. ἀνάκωλος igitur est tunica interior, quam mulieres gestabant, sic dicta quod usque ad κῶλα per-

perveniret. κῶλον, ſecundum Hypatum de partibus corporis humani, καὶ ἱερὸν ὀστοῦ τὸ ἀπὸ τῶν γλουτῶν μέχρι τοῦ γόνατος ὀστοῦ. idem ſcribit γλουτὸς eſſe σφαιροειδεῖς σάρκας τὰς ἐπικειμένας τοῖς κώλοις. inde dictus ἀνάκωλος χιτωνίσκος. ita ſupra tuniculas muliebres virilem chlamydem accipere puellas cogebat Ariſtodemus. & hæc obiter. Non pueri tantum ingenui apud Græcos, ſed etiam omnes elegantiæ ſtudioſi circumtonſi. unde *circumtonſa & fucata oratio* Quintiliano. *circumdare vel circumradere capillum*, hoc vocat Tertullianus in libro de cultu fœminarum: *propriasque præſtigias formæ & hic ſexus ſibi agnoſcit, barbam acrius cædere, intervellere, circumradere capillum, diſponere, etiam colorare canitiem.* in Comœdiis adoleſcentis γυμνασικὸν perſona ita efficta erat. nam στέφανην τριχῶν habebant. Pollux: ὁ μὲν παγχρὴς νεανίσκος, ὑπέρυθρος, γυμνασικὸς, ἀποκεχρωσμένος, ῥυπίδας ὀλίγας ἔχων ἐπὶ τοῦ μετώπου, καὶ στέφανην τριχῶν. capillaturam quæ in orbem attonſa erat ad inſtar coronæ, στέφανην τριχῶν appellabant. nam extremus crinium ambitus circumtonſus, στέφανη, & περίδρομος Græce dicebatur. idem Pollux: ἡ δὲ τελευταία τῶν τριχῶν περὶ τὴν κεφαλὴν περίοδος στέφανη καὶ περίδρομος ἐπικαλεῖται. Hoc habitu comarum ingenui & palæſtrici adoleſcentes ac juvenes in Comœdia introducebantur. at milites erant cæſariati. quod colligere eſt ex Plauti Comœdia Milite glorioſo. hinc ἔπιστοι vocabantur, quod longam comam quaterent. idem Pollux: τῷ δὲ ἐπιστίῳ σεμνοτέρῃ ὄντι ἢ ἀλαζόνι ἢ τὴν χροιὰν μέλανι, καὶ τὴν κόμην, ἐπιστίοντες αἱ τρίχες. ὥσπερ ἢ τῷ δευτέρῳ ἐπιστείῳ, ἀπαλωτέρῳ ὄντι καὶ ξανθῷ τὴν κόμην. omnes qui in gymnaſiis verſabantur, & Græcas delicias elegan-

elegantiasque sectabantur, tam senes quam juvenes capillum circumtondebant. Hinc Euripides in Phœnissis longam comam non esse ex palæstræ more dicit:

πλόκαμός τε γὰρ σὸς τανάος, ὁ πάλης ὕπο
γύμν παρ' αὐτῷ κεχυμένος.

differunt tamen οἱ ἐν χρῷ κυρίαι, quos Græci vocant, & circumtonsi, hoc est, οἱ περιτέχαλα κεκαρμένοι. nam ἐν χρῷ κυρίαι, ut jam diximus, totum caput rasum habebant. circumtonsi, in orbem tantum tonsi, verticem intonsum gerebant. ceterum, qua parte tondebantur, juxta cutem rasi erant. hos σκαφιοκόμας appellat Eustathius. nam σκαφίον & περιτέχαλον genus tonsuræ idem. Hesychius: σκαφίον, εἶδος κουρᾶς τῆς κεφαλῆς, ὅ φασι κείρεσθαι τοὺς ἐπιμελουμένους, ἢ ἡ περιτέχαλον. Qui πλὴν ἐν χρῷ κουρὰν, & σκαφίον idem esse putant, falluntur. fefellit illos Scholiastes vetus Aristophanis ad illud:

κἀγὼ κνψίχῳ γε σκαφίον ὑποπιλμένῳ.

ubi notat σκαφίον esse ἐν χρῷ κουράν. sed ibi nugatur optimus alias & doctissimus Græculus, cum meminisset σκαφίον Græcis, genus esse tonsuræ, & ὑποπιλμένῳ σκαφίον in illo versu Aristophanis legeret, existimavit, σκαφίον, ab Aristophane πλὴν ἐν χρῷ κουρὰν appellari. σκαφίον ibi non tonsuræ genus est, sed caput. & κόψιχος σκαφίον ὑποπιλμένῳ, merulus caput depilatus & devulsus. nam & alibi idem auctor σκαφίον pro capite usurpavit, ut in hoc versu qui apud Pollucem legitur:

ἵνα μὴ καπαγῆς τὸ σκαφίον πληγεὶς ξύλῳ.

quis σκαφίον pro tonsura ibi accipere posset? at σκαφίον cum tonsura est, omnino distinguitur ὑπὸ

τὸν

τὸ ἐν χρῷ κυρεῖς. Eustathius etiam aperte distinguit, cujus hæc verba sunt: κείρονται ὃ μὲν μέχρι νῦν οἱ μὲν ἐν χρῷ καθὰ καὶ Ἄλανοί, οἱ δὲ σκαφίον, ὃ πάλαι τῷ κωμικῷ κέκτηται. hanc tonsuram itaque intelligit hoc loco Tertullianus cum dicit, *juxta cutem tonsor, & cultri vertex solus immunis*. qui tondendi modus ex palæstra, & à Græcis ad Carthaginienses venit auctore ipso Tertull.

Vnde apud hirtos & hirsutos tam rapax ab ala resina] Unde apud hirtos tam rapax ab ala resina, & apud hirsutos tam furax à mento volsella. Hoc ordine res procedit. *hirti* igitur propter pilos crurum & alarum: *hirsuti*, propter hispidam & hirsutam barbam. hæc mens hoc loco Afri nostri. male itaque glossator qui hirtos natura, hirsutos arte heic interpretatur. nam utriusque vocabuli eadem origo.

Tam rapax ab ala resina] Hinc *alipilarius* qui resina & dropace alas pilabat. Glossæ: *alipilarius*, ῥωπαικιστής. & *alipila*, resina qua pilabantur alæ. Glossæ Servii: *alipila*, ῥωπαξ. ita legendum, non *alipina*. veteres tamen libri scripti editique heic scribunt, *tam rapax à talo resina*, vel *calo*. vix dubito quin auctor scripserit: *tam rapax à culo resina*. partem illam psilothro accuratè veteres notum est. Clemens Alexandrinus in Pædagogo lib. II. cap. III. τὰς καὶ πτίλωσιν, ὀκνῶ καὶ λέγειν, τὴν ἀφὶ τέρμον ἀχημοσύνην, ἀπεσεσημμένας καὶ κεκυφότας, καὶ τὰ φύσεως τὰ ἀπαρίτητα εἰς τὸ συμφέρον ἀπηκριβωμένους, ἐξορχημένους καὶ λοιδορημένους ἀπερυθριάσι σχήμασι. de xysticis & palæstricis ibi loquitur, ut heic Tertullianus, qui partes ponit ἐν ἀγαμέμνοσι sibi oppositas, τὸ γλουτιὸν, καὶ τὸ πρωκτόν. *culipilarius* etiam in Glossis legitur.

Tam

Tam furax à mento volsella] Barbam sibi forcipiculis vellebant, quæ inde *volsellæ* dictæ. In libro de cultu fœminarum: *proprias quoque præstigias formæ, & hic sexus sibi agnoscit: barbam acrius cædere, intervellere, circumradere capillum.* Glossæ Servii apud Labbæum nostrum: *volsella*, τειχολάβιον, aliæ Glossæ: *volsella*, μαδιστήριον. ψιλίζεσθαι τὸ γένειον Græci dicunt.

Illius est hæc tota res Asiæ] Male interpretantur; illius Asiæ, deliciis infamatæ hæc tota res. immo, illius pallii tota hæc res Asiatica est: pallii propria est hæc res Asiatica. rem Asiaticam vocat pilari & velli, quod ex Asia mollitie & deliciis infami hic mos invectus: quem morem Græci, id est palliati, in gymnasiis usurpabant. miratur igitur Afer noster Carthaginienses suos non palliatos, sed togatos ista facere, quæ propria tantum essent palliatorum. *Prodigium est*, inquit, *hæc sine pallio fieri. illius est, hæc tota res Asiæ.* ad illud pallium pertinet tota hæc res Asiatica, quam vos tamen sine pallio, in toga usurpatis.

Quid tibi Libya & Europa, cum exoticis munditiis] Ita belli correctores belle sibi emendare visi sunt lectionem primæ editionis, *cum rusticis munditiis.* sed multo rectior & certior emendatio ex nostro libro, *xusticis munditiis. xusticæ munditiæ*, sunt xysticæ, à xysto & palæstra. Plutarchus in præceptis sanitatis tuendæ: κελεύσομεν αὐτὸς μὴ ἐνοχλεῖν, ἀλλ' ἀπιόντας ἐν τῷ ξυστῷ θεῦτα, καὶ τὸ παλαίστρας. ἀγαλέγεσθαι τοῖς ἀθληταῖς. inde *xystici* pro palæstricis & gymnasticis vel athletis, à xystis in quibus exercebantur. ita Græci vocant tectas porticus. integrum est ξυστὸς δρόμος. Pollux: ἡ δρόμοι ἢ ξυστοὶ ἐν οἷς αἱ ἀσκήσεις. sic autem vocati ab

æquata

æquata & rasa humo. hinc περιδρομίδες ambulationes sub divo, quæ juxta illos δρόμοι erant. Perperam apud Vitruvium περιδρομίδες scribitur duobus locis. corrupte etiam apud Harmenopulum hæc vox legitur, lib. II. tit. IV. κέχρηται δὲ ἕκαστον ἔναε δημοσίαις στοαῖς καὶ ἰδιωτικαῖς καὶ περιδρομίσι τῷ προβεβλημένῳ αὐτοῦ οἴκῳ, perperam excusum est, καὶ περιδρομήσι. omnes fere tectæ porticus, quas Græci δρόμους, & δρόμους ξυστοὺς appellant, adjunctas sibi habebant hujusmodi hypæthras ambulationes, quæ inde *paradromides* vocatæ. Vitruvius lib. 5. *proxime autem xystum, & duplicem porticum designentur hypæthræ ambulationes, quas Græci περιδρομίδας, nostri xysta appellant, in quas per hyemem ex xysto sereno cælo athletæ prodeuntes exercentur.* ex his verbis Vitruvii notandum alio significatu Græcos ξυστὸν appellasse, alio Latinos *xystum.* Græci ξυστὸν vocabant, ἢ κατάστεγον δρόμον sive porticum: Latini *xystum*, ambulationem hypæthram, quæ ad porticum juncta erat, & περιδρομὶς Græce vocabatur. sic multarum dictionum à Græcis acceptarum significationem immutarunt iidem Latini: quod notat ibidem Vitruvius in vocibus *andron*, *prothyrum*, & *telamones.* falluntur vero viri docti qui existimant in eo solo constitutam à Vitruvio differentiam, ut *xystus* in fœminino genere porticum significaret, in neutro vero *xystum*, subdivalem ambulationem. *xysta* igitur Latinis sunt ambulationes sub dio. Suetonius in Augusto: *sua vero prætoria, quamvis modica, non tam statuarum tabularumque pictarum ornatu quam xystis & nemoribus excoluit.* ad quem locum nos plura. in utriusque generis xystis exercebantur athletæ pluvio tempore sub tectis porticibus.

Digitized by Google

ticibus, quas Græci ξυστὰς δρόμους: sereno cælo in ambulationibus hypæthris, quas Græci περιπάτους, Latini *xysta* appellant. atque inde *xystici* athletæ dicti. Et *xystica synodus* in veteri inscriptione. & *xystica vanitas*, Tertulliano in libro de pudicitia: *perit igitur & fidelis elapsus in spectaculum quadrigarii furoris & gladiatorii cruoris, & scenicæ fœditatis, & xysticæ vanitatis.* xysticam vanitatem vocat, quod vano labore fatigentur, & incassum laborent xystici. ita hoc loco *xysticæ munditiæ*, de xysticorum & palæstricorum munditiis, de quibus totus hic locus. depilari autem & velli, *munditias xysticas* vocat, quod hunc morem haberent homines xysto & palæstræ dediti qui immo in medio etiam gymnasio sub omnium oculis depilari dovellique soliti erant. in quos invehitur his verbis Clemens Pædagogi lib. II. cap. III. τὸν δὲ πιθηκισμὸν, ὀκνῶ καὶ λέγειν τὴν περὶ τὸν πυγὸν ἀχημοσύνην, ἀπεσταλμένας καὶ κεκυφότας καὶ τὸ φύσεως τὸ ἀπόρρητον εἰς τὸ συμφανὲς ἀποτιλμουμένους, ἐξορχεμένους ἢ λοπεμένους ἀπειροθεσίαις ἀχήμασιν ἐκ ἀπειροθεσιῶν αὐτὰς ἐν αὐτῇ νεολαίᾳ ἢ γυμνασίῳ μέσῳ, ἔνθα ἀρετὴ ἀνδρῶν ἐξετάζεται ἀχημονοσύνας τὸ περὶ φύσιν τοῦτο ἀνώνυμον ἐπιτήδευμα, πῶς ἐχὶ τὸ ἐσχάτης ἀπολογείας ἐστιν; οἱ γὰρ ἐν τῷ φανερῷ τοιαῦτα λαμπρὰ πόρνοι, σχολῇ γ' ἂν αἰδεσθεῖεν οἶκοι πυκάσαι. καταμαρτυρεῖ δ' αὐτῶν ἡ ἐν τῷ δημοσίῳ ἀναισχυντία τὴν ἐν τῷ ἀφανεῖ ἐπ' ἐξουσίας ἀκολασίαν, ὁ γὰρ ἐπὶ τοὺς αὐχένας τὸν ἄνδρα ἀγκάλην, περόνη ἐστὶ νύκτωρ ἐλεγχόμενον γυνή. totum locum afferre volui ut constaret xysticos in gymnasiis vulgo depilari; & resina levigari solitos: ac quidem in illis partibus, quas diximus. Persius sat. IV.

Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant,

Elixasque nates labefactent forcipe adunca,
Non tamen ista filix ullo mansuescet aratro.

palæstritę dicebantur, qui athletas ungebant in gymnasiis. hinc γυμναστὴς & ἀλειπλὴς dicti. horum etiam officium fuit, athletarum nates vellere, ac resina levigare. proprie igitur loquutus Satyricus, nec palæstritas dixit, τοὺς ἀθλητικοὺς, ἢ ἐξ ἑαυτῶν τέχνης τοὺς πεπωκότας, ut sentire videtur vir maximus. nam palæstritę, qui ministerium & operam præstabant ungendis & exercendis athletis, ebsdem etiam, ut apparet, depilabant. & hæ sunt *xystica munditia* quas intelligit noster, quasque in suis Carthaginiensibus ideo heic carpit, quia tum recens donati Pythica agone ab Imperatore Severo, illa omnia factitabant, quæ fieri solita ab athletis in Græcia, & similiter exercebantur. quare gymnastici & xystici apud Carthaginienses, etiam pilabantur & vellebantur ut Græci, quum tamen non essent ut illi palliati. ideo dicit: *quid vult Libya & Europa cum xystica munditia, quas vestire non nusti?* nam & in Europa multis locis hujusmodi Græcanici agones celebrabantur. quidquid autem mundum, politum, nitidum & elegans apud Græcos, λιπαρὲς & λιπαρὲς id ab oleo palæstrę vocabant. hinc *nitida palæstra, decora palæstra.* Horatius: *decora more palæstræ.* Aristophanes: λιπαρὸς καὶ κόσμιος ἐν παλαίστρᾳ. Apulejus: *adolescens decorus, & succi palæstrici plenus.* λιπαρὴς Græce proprie vocabatur gymnasticus homo, & palæstricus, utpote qui oleo unctus & sordidus esset è palæstra. sic λιπαροὶ χιτῶνες apud Hippocratem, pingues & oleo unctæ vestes. Diogenes Laërtius de Lycone philosopho: ἀνὴρ γυμναστικὸς καὶ ἐλαιηρὸς, καὶ δὲ-

τὴς

τῆς τὸ σῶμα, τήν τε πᾶσαν ἀφεσιν ἀθλητικὴν ἀπαφαίνων, ὡ τοθλαδίας καὶ ἐμπινὴς ὤν. hinc ἐμπινὴς *politus* in veteribus Glossis exponitur. *politus*, ἐμπινὴς, ἐξηρτισμένος. εὐπινὴς pro eodem dicebatur. cujus contrarium ἀπινὴς, de indocto & rudi & impolito, καὶ ἀπαλαίστρῳ. Athenæus lib. XVI. καὶ Ἄλεξις ὁ ἐν Λακεδαίμονι δηλοῖ ὅτι ἡ μαγειρικὴ τέχνη ἀπιτήδευτος ἐλεύθερον· πολίτης γὰρ οὐκ ἀπινὴς ἐν αὐτῇ δείκνυται ὁ μάγειρος. inde etiam τὸ πῖνον, de nitore, & elegantia stili bene subacti & exercitati usurparunt. Cicero in epistolis ad Atticum lib. XIV. Epist. VII. *à Cicerone mihi litteræ* πεπινωμέναι, *& bene longæ. cetera autem vel fingi possunt:* πῖνος *literarum significat doctiorem.* nitor, & elegantia quæ ex arte, πῖνος appellabatur. ex eo εὐπινὲς, pro nitido & eleganti. idem Epist. VI. lib. XII. *Cæsar autem mihi irridere visus est* Quæso *illud tuum, quod erat* εὐπινὲς *& urbanum.* & lib. XV. epist. XVII. *& mehercule ipsius litteræ, sic &* φιλοστόργως, & εὐπινῶς *scriptæ ut eas vel in acroasi audeam legere.* lib. eod. epist. XVI. *Tandem à Cicerone tabellarius: & mehercule literæ* πεπινωμένως *scriptæ: quod ipsum* σεσηπιλωμένον *aliquam significaret.* quibus omnibus locis, εὐπινὲς, & πεπινωμένον, *squallorem vetustatis redolens* interpretantur viri docti. sed illi errant. nam nihil aliud illis vocibus proprie significatur, quam quod oleo palæstrico unctum ac nitidum est. hinc ad orationem translatæ sunt, quæ tum εὐπινὴς, & πεπινωμένη dicitur, quum multo quasi sanguine & succo palæstrico florida, colorem quemdam virilem, nitoremque multa arte & exercitio quæsitum præfert, qualis in corporibus exercitatis, quæque solem & oleum imbiberunt, cernitur. Nam quemadmodum mollia & deli-

cata, atque in umbra educata corpora, fortibus & robuſtis atque exercitatione multa firmatis & coloratis opponuntur, ſic oratio δύπινης τῇ τευφερῇ, καὶ μαλακῇ. Dionyſius Halicarnaſſeus, περὶ συνθέσεως ὀνομάτων: χήμασι δ' οἷς τοῖς ἀρχαιοπρεπεστάτοις, οἷόν ἐστιν ἡ σεμνότης πᾶς, ἡ βαρὺς, ἡ πίνος, προσέστιν, ἀλλὰ τοῖς τευφεροῖς καὶ μαλακοῖς, ὡς τὰ πολλὰ χρῆσθαι φιλεῖ, ἐν οἷς πολὺ τὸ ἀπατηλὸν ἔστι καὶ θεατρικόν. & in epiſt. ad Græcum Pompejum: ὅτε πίνος αὐτῇ, καὶ χυδὲς ὁ τῆς ἀρχαιότητος ἡρέμα καὶ λεληθότως ὑπισέρχει, χλεροῦν τε τι καὶ τηλοῦ καὶ μεσοῦ ὥρας ἀναδίδωσι. & περὶ Δημοσθένους δεινότητος καὶν τούτοις δύχρεια καὶ σεμνότης ἁρμονίας τῆς ἀρχαίου φυλάττουσα πίνον. & de compoſitione nominum: αὐθέκας, ἀκέμψότος, τὸ ἀρχαῖσμὸν καὶ τὸ πίνον ἔχουσα καλῶς. ibidem auſteram & περιπνωμμένῃ opponit molli & jucundæ: τῆς μὲν ἡδείας συνθέσεως ἐλάττω μοῖραν ἐχούσης, τῆς δὲ αὐσηρᾶς περιπνωμμένης πλείω. Ex his conſtare poteſt, quid ſit πίνος in oratione, quod è palæſtra, ut dixi, traductum eſt. hinc etiam δύπινης pro polito, & eleganti, cui contrarius ἀπινὴς & δυσπινής. nam δυσπινὴς ſordidum ſqualidumque ſignificat. ſatis hæc ſint de munditiis xyſticis.

Revera enim quale eſt, Græcatim magis depalari quam amiciri] Locus hic depalavit, & propalavit Criticorum hujus temporis ἀκριβείαν magis quam δύσχρειαν, dum alii *depallari*, alii *depalliari*, alii aliter, ſed æque male omnes legunt, & intelligunt. nihil minus, quam quod voluerunt, auctor voluit. ſcriptum in noſtro libro: *Græcatim depelari.* quod poſitum, pro *depilari.* ſic infra, *vero*, pro *viro*: & *ne* pro *ni* ſupra, & *ovecula*, pro *ovicula.* vera igitur lectio, *depilari.* unde, inquit, apud vos

Carthaginienſes, tam hirtos, tamque hirſutos, nates depilandi barbamque vellendi mos? nimirum à Græcis palliatis, qui in gymnaſiis ſuis iſta faciunt. At prodigium eſt vos hæc ſine pallio facere, quæ palliatorum propria ſunt. quid tibi Libya, cum palæſtricis palliatorum mundiciis, quas veſtire non noſti? cur eorum more pilos tibi vellis, cum eorum more non veſtiaris? revera enim quale eſt, Græcatim depilari magis quam amiciri? αἶον ἐστὶν ἑλληνικῶς ψιλίζεσθαι μᾶλλον, ἢ ἀμφιάζεσθαι;

Habitum transferre ita demum cultus probrum eſt] Idem eſt ac ſi diceret, Habitum transferre, ita demum habitus probrum eſt, atqui veſtimentum veſtimenti probrum non eſt, ſed hominis. hanc lectionem falſam eſſe, & in correctorum officina non recte cuſam oſtendit vetus ſcriptura noſtri libri, qui habet: *habitum transferre, ita demum, culæ prope eſt*, cui proxime accedit & vetus editio, quę ſervat: *ita domunculæ prope eſt*. nihil propius quam ut legamus: *ita demum culpa prope eſt*. hoc eſt, ita demum culpę proximum & affine eſt. Phædrus:

Lupus arguebat vulpem furti crimine,
Negabat illa ſeſe, culpæ proximam.

Culpę prope eſt, Græca figura. ut ἐγγὺς τῆς μανίας ἐστὶν. apud Pindarum, ἐγγὺς τᾶς μανίας ναίει. *culæ* autem pro *culpæ* heic exaratum erat, ut nuper in veteriſſimo epiſtolarum Ovidianarum ex Bibliotheca Puteana exemplari ſcriptum offendebam: *quaquaque culæ meæ eſt*, pro culpa.

Sat refert, inter honorem temporis & religionem Dei, conſuetudo fidem tempori, natura Deo] Ita hanc periodum concipiunt omnes libri veteres, nec illud

lud *debet* agnoſcunt, quod heic inſerunt homines docti, legentes, *debet conſuetudo fidem tempori*. verum alia ratione mihi videtur hic locus perſanari poſſe, ut pro *dei*, legatur, *det*, hoc modo: *Sat refert inter honorem temporis, & religionem. Det conſuetudo fidem tempori, natura Deo.* quid opus fuit addere, *religionem Dei*, quod vulgata lectio facit, cum *religionis* nomine ſatis intelligatur honos & cultus qui Deo debetur? religio eſt, θεοσέβεια, θρησκεία. vox autem *religio* facile fecit, ut *det* in *dei* mutaretur ab imperitis. eleganter Tertullianus dicit, conſuetudinem debere fidem dare & ſervare tempori, hic enim temporis eſt honos. naturam vero fidelem Deo eſſe debere, quæ religio eſt. videtur autem tempus exigere à conſuetudine, ut nihil mutetur, nec moveatur in iis quę conſuetudinis ſunt: ut pallium, exempli gratia, non ſumatur, cum toga geſtari ſolet. At Deus à natura fidem hanc & hunc honorem exigit, ut ipſa non mutetur, nihilque eorum innovetur, quæ ab auctore naturæ Deo conſtituta ſunt. conſtituit enim, ut qui maſculus natus eſt, rem fœminarum non tractet, nec induat. qui igitur viri cum fuerint nati, in fœminas deſciſcunt, naturam concutiunt. natura tunc fidem quam Deo dedit, non ſervat: nam fidelis ipſi non permanet, mutando in aliud quod ipſe naturę conditor nolit. hic ſenſus hujus loci.

Naturam itaque concuſſit Lariſſæus heros] Libanius περὶ ἀρχηγῶν ad Ariſtidem: δύο τοίνυν ταῦτα πάντες ὁμολογοῦσιν, ἄριστόν τε τὸν τῶν Τροίαν ἡκόντων εἶναι τὸν Ἀχιλέα, καὶ τοῦτον αὐτὸν εἰς παρθένου δόξαν αὐτὸν καταστῆσαι τοῖς ἁρμάσιν ἀφανίσαντα τὴν φύσιν.

Vnde & nominis conſilium] *Conſilium*, heic perpe-

tam

ram pro *concilium* ſcriptum eſt. nam *nominis concilium* legi debet. ſic ſuperius eodem errore, *coloris conſilium* legebatur, pro *concilium*. ſimili modo corrupta hæc vox apud veterem Juvenalis interpretem ad illud, *crepitante ciconia roſtro*. *ciconia*, inquit, *quæ contra templum Concordiæ ex conſilii roſtri ſonitum facit*. quis eſt, qui poſſit ibi defendere, *conſilio*, aut qui non videat legendum *concilio*? eleganter porro ciconia ex concilio roſtri ſonitum & crepitum edere dicitur, quę roſtrum conciliando, & componendo, crepitat. ſic *concilium nominis* hoc loco eſt compoſitio nominis, ex duabus ſcilicet vocibus nomen unum compoſitum: ut *concilium roſtri*, ex duabus roſtri partibus, inferiore & ſuperiore, coactio & coagmentatio. ita concilium nominis Ἀχίλλειος, δίπλ ἔ ἄ privativa particula, & χεῖλος. *concilium* & *conciliatus* apud Lucretium pro conjunctione, & coactione. lib. 11.

Huic ſatis illud erit planum facere, atque probare,
Non fieri partum, niſi concilio ante coacto.

& paulo poſt:

Nec quicquam commutari ſine conciliata
Principium.

ſic paſſim apud eumdem, *concilium materiæ*, *conciliatus condenſus principiorum*, *conciliari*, pro congredi & in unum coire. & *concilium gratiæ*, apud Donatum. ita & *conciliari* veſtimentum apud fullonem dicebatur, cum addenſaretur & cogeretur. Varro de lingua Latina: *à cogitatione concilium, unde conſilium: quod ut veſtimentum, apud fullonem cum cogitur, conciliari dicitur.* perperam editur apud Varronem, *conſiliari*. quod idem mendum eſt, quo hic locus erat mendoſus. apud Sammo-

nicum *conciliare*, pro jungere, & miscere:

Gramen hyascjami cera seroque vetusto
Concilia.

conciliatum nomen pro compositio sic recte dicetur. frustra igitur sunt, qui *consilium nominis* heic legendum obstinate pertendunt, tam certe quam qui supra, *consilium luminis*. sed *concilium luminis* eo loci pro conciliamento luminis & coloris sumitur, non ut heic pro compositione.

Quando quidem labiis vacuerit ab uberum gustu] Inde igitur, secundum sententiam Tertulliani, Concilium nominis Achillis, quod infans ferarum medullis enutritus, labiorum officio non sic usus in matris uberibus sugendis, & lacte gustando. nam in sugendo præcipuum labiorum ministerium est: & nemo sine labiis quicquam sugere potest. Galenus lib. VIII. de scitis Hippocratis: τὸ παιδίον τῇ παρειᾷ τὸν χαλινόν, ἐκ τῶν πτυόντων ἕλκει τὸ γάλα, καὶ τὸ βομβυλιῶν τὸ ἀναπεχόμενον ἐν αὐτοῖς ὑγρόν. vetus poëta apud Nonium:

---- labris lacteam immulgens opem.

& apud Poëtam lib. X.

---- teneris immulgens ubera labris.

hinc Psylli & Marsi qui venenum exsugebant, cum quis à serpente morsus erat, & sic plagam sanabant, labiis id faciebant. inde illud Arnobii lib. II, sicut olim correximus: *adversus illius noxios, & venenatos colubrarum morsus remedia sæpe conquirimus, & protrigimus nos labiis Psyllis, Marsisve dentibus.* ergo Achilles cum infans labiorum usu vacavérit in sugenda mamma, inde dictus Ἀχιλλεύς quasi ἀχειλούς. Hanc eandem nominis Achillei rationem, quæ intelligitur heic à Tertulliano

liano, tetigit etiam Etymologici magni auctor, his verbis ſicut à nobis emendata ſunt: Ἀχιλεὺς παρὰ τὸ ἄχος λύειν. ἢ ἀπὸ τὸ ἄχος, ὃ ἐστὶ λύπην ἐπενεγκεῖν τῇ μητρὶ καὶ τοῖς Ἰλιεῦσιν· ἢ ἀπὸ τὸ μὴ θήλαν χείλεσι θηλῆς. ὅλως γὰρ μετέσχε γαλακτος, ἀπὸ μυελοῦ ἁλάφων ἐτράφη ὑπὸ Χείρωνος. hodie legas in Etymologico: ἀπὸ τὸ μὴ θήλαν χείλεσι χειλῆς. quæ multis rebus falſa eſt lectio & contra mentem auctoris, qui ſi illam Etymologiam afferre voluiſſet, non addidiſſet, χείλεσι, ſed ſatis habuiſſet dicere, ἀπὸ τὸ μὴ θήλαν χειλῆς. deinde cur χειλὼ, id eſt τροφὼ de lacte uſurpaſſet? an lac magis eſt χειλή, quam medullæ cervorum? poſtremo χειλῆς non χειλῆς dixiſſet. nam χειλὸς, non χειλὴ dicitur. quare nullum mihi dubium eſt, quin veriſſima ſit emendatio, ἀπὸ τὸ μὴ θήλαν χείλεσι θηλῆς. quod idem plane veriloquium hujus nominis notatum heic ab Afro ſcriptore, *quod labiis vacuerit ab uberum guſtu.* Achillis quoque nomen à labris deduxit Velius Longus apud Caſſiodorum de orthographia: *Chilones vero cum aſpiratione ſcripti, ab improbioribus labris homines vocitantur, quod eſt à Græco vocabulo derivatum,* παρὰ τὸ χείλη: *unde Achillem quoque ferunt eſſe nominatum.* Si chilones dicti à magnis & improbis labris, Achilles dictus fuerit, quaſi ἄνευ χειλέων, non quod ſine labris fuerit, ſed quod labiorum miniſterio non uſus fuerit infans. quæ Tertulliani & veteris Etymologi Græci ſententia eſt. Ergo hallucinatur profeſſor eloquentiæ Regius, qui ſcribit auctorem dicere impoſitum Achilli nomen, quaſi ἄνευ χειλῆς. nihil tam contrarium fingi poterat auctoris menti. qui τὸ θ χειλῆ deduxere, aliud ſequuti ſunt, ut Euphorion his verſibus:

Εἰς ῥᾴθυμον χιλοῦ κατνὶς πάμπαν ἀπὸς ᾖ.

Τοιῶδε Μυρμιδόνες μὲν Ἀχιλλέα θημίξωσιν.

Ab uberum guſtu] Vacuerit ab uberum guſtu, id eſt, ubera non guſtaverit. non recte igitur correctores qui repoſuere *ſuctu*, pro *guſtu*. ſic *mellis guſtum* dixit adverſus Pſychicos: *tantam autem Deus præſtitit auctoritatem edicto ſtationis illius, ut Ionatham filius Saulis, quamquam ignarus jejunationis in ſerum conſtitutæ guſtum mellis admiſerat, & ſorte mox de delicto ſit traductus, & vix per precem populi periculo exemptus.* & *arbuſculæ guſtum*, lib. v. adverſus Marcionem: *non ideo interdixerat arbuſculæ guſtum ne Dei fierent, ſed ne de transgreſſione moterentur.* Serenus Sammonicus:

Appoſituque leves nepetæ, guſtuque juvabunt.

idem:

Sed cochleas prius eſt urtica aut ſurſure paſci:
Purior hinc guſtus, noxa ſine moverit alvum.

item:

Nec non mandragoræ guſtu ſopor additur altus.

& alibi:

Sed cochlea trinum guſtu tibi ſufficit unio.

& alio loco *guſtum meri* dixit:

Sive meri guſtus, ſeu frigoris efficit aura.

Feſtus *auguſtum locum* dictum notat, *vel ab avium geſtu, vel ab avium guſtatu, quia aves pascæ id ratum facere.* Suetonius in nomine Auguſti interpretando, *ab aviumgeſtu guſtuve*, deductum ſcribit. ubi perperam *guſtatu* pro *guſtu* reſcribunt eruditiſſimi viri. nam *guſtus* idem quod *guſtatus*.

Ille apud rupicem & ſylvicolam] Rupicem eo ſignificatu poſuit, quaſi à rupium aſperitate diceretur hæc vox, de ruſtico & agreſti ac duro homine. quo ſenſu *petronem* Latini veteres etiam

dixere. sed hujus vocis cum alia ratio, tum & significatio. nec enim à rupibus *rupex*; cum prima in *rupex* brevis sit, quæ in *rupes* longa est. Lucillius:

Varonum ac rupicum squalosa incondita rostra.

rupex igitur purum putum Græcum est, ὁ ῥύπαξ, hoc est incultus & sordidus. ῥύπος, ῥύπαξ: ut πλάτος, πλάταξ, & similia. inde Latinum *rupex*. sic ἅρπαξ, *harpex*? ὕαξ, *sorex*. hoc indubitatum est.

Et monstrorum eruditorem. Quæ sunt hæc monstra, quorum eruditor Chiron? Centauri, inquiunt. sed unde eruditio apud Centauros, aut cujus eruditionis capaces, homines non solum ferini, sed ne homines quidem, sed αὐτόχθονες ferè? nam φῆρες Græci eos vocant. vetus etiam proverbium est: νέος ἐπὶ τοὺς Κενταύρους. pro monstro plane est erudita monstra videre, qualia hæc nobis finxerunt correctores. at in disciplinam Chironis non Centauri, nec monstra, sed optimi & præstantissimi Græciæ heroes olim dati fuerunt. Xenophon in Cynegetico de Chirone: καὶ ἐλθόντα αὐτὸν παρὰ τοῦτον πολλοὺς ἤδη καὶ ἑτέρους καλοῦν, Κέφαλον, Ἀσκληπιὸν, Μελάνιππον, Νέστορα, Ἀμφιάραον, Πηλέα, Τελαμῶνα, Μελέαγρον, Θησέα, Ἱππόλυτον, Παλαμήδην, Ὀδυσσέα, Μενέλεων, Διομήδην, Κάστορα, Πολυδεύκην, Μαχάονα, Εὐρυπύλον, Ἀντίλοχον, Αἰνείαν, Ἀχιλλέα: hi sunt quos Chiron edocuit, & erudit. sed ne faciam longum, vera lectio est, quam puer olim divina vi, quam quæ postea mihi commentavit vetus codex: *apud rupicum & sylvicolam, & monstrum eruditorem.* ipse Chiron & agrestium est & rupex, & sylvicola: Centaurus unus Chiron, ex homine & equo

mon-

monstrum concretum, solus ille inter Centaurós & monstra, non solum eruditus ipse, sed etiam aliorum eruditor.

Pag. 18. *Patiens certe jam ustriculas*] Usserunt istæ ustriculæ non solum olim Achillem in corpore, sed in animo magis omnes Tertulliani interpretes. olim ustriculæ vellendis cruribus repertæ, hodie torquendis ingeniis videntur esse. *ustriculæ* sunt θαπλτεῖαι, mulieres scilicet, quarum munus erat, pilos & fruticantem lanuginem molliorum & delicatorum resina calente aut dropace, subuerere, & lævigare. optimæ Glossæ: θαπλτεῖαι, *ustriculæ*. Philostratus in vitis Sophistarum: Διεφορήσε γοῦν τῷ Τιμοκράτει πρὸς τὸ Σκοπελιανὸν ἡνωμένην, ὡς ἐκδεδανκὼς ἑαυτὸν πίττῃ καὶ θαπλτείαις, διότι μὴ ὁμιλοῖεν τοῖς τῆς Σμύρνης. Pollux lib. VII. cap. XXXIII. πιτοκόπος, πιτοκοπεῖν, πίτουν, πιτώδης, πιτοκοπώδης, θαπτίλτειαι, θαπτιλτώδης, θαπλτώδης dictæ, ut dixi, ustriculæ, μηχλτεῖαι, quod pice calida uterentur ad evellendos, & urendos pilos. *calidum viscum* vocat Juvenalis sat. IX.

---*nullus tota nitor in cute, qualem*
Bruttia præstabat, calidi tibi fascia visci.

perperam hodie *bruscia* legitur in illo Satyrici versu. *Bruttia pix* nota est, cujus mentio sæpe occurrit apud Medicos etiam Græcos, qui βρυττίαν eam nominant. ea utebantur, tanquam optima, cum ad alias res; tum ad vellendos pilos. ita *ustriculas* hoc loco defendere possumus, & exponere; sed omnes libri *ustriculum* hoc agnoscunt, & quos vidimus, & quos alii inspexerunt, in Vaticano etiam *vistriculum*. etsi nos legendum putarim, *hystriculum*, sed & totus locus ita ex nostro libro

libro restituendus: *feras si in puero matris sollicitudine patiens, certe jam hystriculus, jam virum alicujus clanculo functus, sustinet stolam fundere.* feras patiens, ut, *accipias libens*, pro patienter & libenter. cum puer adhuc erat & pusio, matris in eo sollicitudo ferri patienter poterat, quæ eum virginis habitu celabat, ne agnosceretur, & ad bellum, in quo periturus erat, traheretur: nam suæ spontis tunc non erat, sed de matris sollicitæ voluntate pendebat; ideo excusari poterat hic ejus habitus: at jam durus, & vesticeps, jam vir factus, & viri etiam officio functus, sustinet tamen adhuc muliebri vestitu uti. quod neutiquam in eo ferendum jam, nec excusandum. *hystriculus*, ὑστρικίδιον ab hystrix, quasi parvus hystrix. Latini δασύπεωκτον ita vocarunt. optimæ Glossæ: *histriculus*, δασυπεωκτος. nota est hystricis pilorum densitas & asperitas. sic & *ericium* pro hispido & hirsuto dixit Varro apud Nonium: *se circumspexe atque invenisse, quum dormire cœpisset tam glaber quam Socratis calva, esse factum ericium pilis albis cum proboscide.* Arnobius *stricilum* vocat, quem Tertullianus *hystriculum* lib. v. adversus gentes: *vertit Baubo artes, & quam serio non quibat allicere, ludibriorum statuit exhilarare miraculis partem illam corporis per quam secus fœmineum, & sobolem prodere, & nomen solet acquirere genericum, longiore ab incuria liberat, facit sumere habitum puriorem, & in speciem levigari nondum duri atque stricili pusionis.* nondum stricili pusionis: id est, nondum pilis vestiti. *stricilus*, pro *hystriculus*: ut *Spanus*, pro Hispanus: *Spalis*, pro Hispalis: *sirio*, pro histrione. Glossæ: *sirio, mimarius, scenicus. sioria*, pro historia. emendandus in hac voce Servius ad III Æneid. *unde & natum proverbium est,*

Omnia

Omnia secunda saltat senex. quamvis hæc ex alio ordine, & alia ex causa narretur ſtoria. ſic *ſtricem*, pro hyſtrice dicebant. apud Abdiam Babylonicum in veteribus libris ita ſcribitur: *habebant alas ſpineas ſicut ſtrix.* Veteres Gloſſæ: *ſtrix, σύαρξ.* ut *ſtrix* pro hiſtrix, ſic *ſtriculus* pro hiſtriculus. Tertullianus itaq; hoc loco *hyſtriculum* dixit, quem Arnobius *ſtriculum*, ἢ δασύτεχα, δασύπεωκτον. Gloſſæ Græco-Latinæ: *hirticulus*, δασύπεωκτος. corrige, *hyſtriculus.*

Certe jam virum alicujus clanculo functus] Noſter liber: *jam virum alicui clanculis functus.* ſcribe: *jam virum alicui clanculus functus. clanculus* eſt clandeſtinus. unde adverbia *clanculo*, & *clanculum.* clanculus virum fungitur, ut *porticum terit ſervus*, apud Martialem: &, *ſervus in cœlum redeat*, Horatio. &, *veſpertinus ſi advenerit hoſpes.* & alia paſſim ejuſmodi. *virum alicui fungi*, hoc eſt virum alicui ſe exhibere, alicui ſe virum approbare. ſic *munus alicui fungi*, pro in alicujus gratiam. idem Tertullianus in Apologetico: *teſte militia provinciæ noſtræ, quæ id ipſum munus proconſuli functa eſt.* legebam heic olim: *jam virum alicui clanculæ functus.* clancula, pro clandeſtina, ut infra de Omphale: *tantum Lydiæ clancularie licuit.*

Stolam fundere] Id eſt, ſtola fuſiore uti. omnibus veſtibus mulieres & fuſioribus, & fluxioribus utebantur quam viri.

Comam ſtruere] Non eſt quod interpretibus placet, acu ornatricis diſponere, & calamiſtris inurere, ſed multis gradibus & ſpiris cumulatam & convolutam comam in altitudinem exſtruere. ſic enim ſolebant mulieres, multis compagibus capillaturam extructam gerere. Juvenalis:

...tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput.

ſuggeſtum comæ idem alibi vocat. *ſuggeſtum* enim Latini appellant, quidquid in altitudinem eductum eſt. Gloſſæ: *ſuggeſtus*, ὕψος. ita enim legendum. Lucianus ἐπανιόσασιν τειχῶν alicubi vocitat. *tutuli* dicebantur, hujuſmodi capillorum ſtruices. Varro: *tutulati dicti bi qui in ſacris, in capitibus habere ſolent, ut metam. id tutulus appellatur ab eo quod matres familias crines convolutos ad verticem capitis, quos habent uti velatos, dicunt tutulos.* Tertullianus de virginibus velandis: *utique hoc virgini maxime inſigne eſt, quarum & ornatus ipſe propria ſic eſt ut concumulata in verticem, ipſam capitis arcem ambitu crinium contegat.* convolutiones autem illæ & concumulationes crinium muliebrium *ſpiræ* vocabantur. hinc *ſpiroſus capillus* Apulejo, in ſpiram cumulatus & convolutus. lib. VI. Mileſiarum: *quid cum frequenti ſubole ſpiroſus cumulat verticem, vel prolixa ſerie porrectus dorſa permanat?* ita enim legendus ille locus ex veteribus libris. ex alienis & adſciticiis capillis ſtruebantur illæ ſpiræ. Hieronymus ad Marcellam: *quæ capillis alienis verticem ſtruunt.* inde *ſtructores capillaturæ* Tertulliano de cultu fœminarum: *fruſtra laboratis ornatæ videri, fruſtra peritiſſimos quoſque ſtructores capillaturæ adhibetis.* ſunt quos *perrucarios* vulgo vocamus. πυγὸς δώσω κορύμβοις κεφαλῇ in Epigrammate Græco. inde & *comam ſtruere*: hoc loco ſic accipiendum, quod tamen & ſimpliciter de comarum compoſitione poſſe accipi non negarim.

Cutem fingere] Perperam *cutem fingere*, hoc tergere & polire exponunt. *fingere lingua, fingere linteo*, pro extergere lingua, aut linteo veteres ponunt,

nunt, sed nunquam *fingere* simpliciter, hoc sensu positum reperiatur. sed etsi ita acceptum esset, non heic tamen locum haberet. *fingere cutem*, est quod Græci dicunt, καταπλάσσειν, faciem scilicet medicaminibus inducere, & interpolare fucis. medicamina illa Græci vocant, καταπλάσματα. Clemens Alexandrinus Pædagogi lib. III. cap. II. ἅμα γοῦν ἡμέρᾳ παρασκευάζομαι, καὶ ἀποστενόμαι, καὶ φυσήμασι πρὶ καταπλατύνομαι, ψύχεσι μὴ τὸ χρῶτα, ὀρύπτεσι ἢ πλὴ σάρκα τοῖς φαρμάκοις, καὶ τῇ πεπιεργίᾳ τῶν ἐμμάτων τὸ οἰκεῖον μαραίνεσι ἄνθος. idem πλάτταεσθαι pro eodem dixit. cap. I. ejusdem libri: ὁ μὲν ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὡς σωφρονικὸς ὁ λόγος, ὁ ποικίλετος, ὁ πλάττετος· μορφὴν ἔχει πλὴν ὁ λόγος, καλὸς ἐστὶν, ὁ καλλωπίζεται. sic *fingi* Latine. Plautus in Pœnulo:

Ex industria ambæ nunquam concessavimus
Lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari,
Poliri, expoliri, pingi, fingi.

hinc *figmentum*, τὸ κατάπλασμα, quo mulieres faciem fingunt. Apulejus: *figmento cæruleo faciem deliti.* & *ficta facies* Tertulliano de cultu fœminarum, ἡ καλλωπισμένη: *quantum autem à nostris disciplinis, & professionibus aliena sunt, quam indigna nomine Christiano, faciem fictam gestare.* eodem libro: *in illum enim delinquunt, quæ cutem medicaminibus ungunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt.* hoc est quod hoc loco vocat, *cutem fingere.*

Collum demulcere] Monilibus & torquibus, quasi affectum locum consolari & demulcere. sic infra loquutus est: *cum latrinarum antistes sericum ventilat, & immundiorem loco cervicem monilibus consolatur.* Metaphora à locis affectis, & causariis, qui emplastris quibusdam, & medicaminibus paregoricis

ncis mitigantur. ambitio siquidem & cetera vitia, animi morbi sunt, quos tanquam remedia consolantur, & deleniunt res illæ appositæ vel impositæ, quarum cupiditate maxime tenentur qui illis vitiis obnoxii sunt. miseros proprie consolamur. quem vero Græci τόπον πεπονθότα vocant, aliquo labore aut dolore affectum locum, *miser locus* Latinis appellatur. sic enim apud Marcellum Empiricum non semel. sic *latus miserum* Horatio:

----- *lateris miseri capitisque dolore.*

& *misera bucca* Plauto in Pœnul. morbo aut vitio affecta:

----- *miseram prædicat buccam sibi:*
Fortasse medicos nos esse arbitrarier.

quod male vulgo exponunt. *causarium* pro eodem dixere. unde *causarius dens, causarius locus, causarius oculus*, apud Marcellum. & *causarii* quoque *homines* similiter, miseri & afflicti. Spartianus in Hadriano: *omnes causarios liberalitatibus sublevavit.* hinc miseros morbosque locos consolari medicamenta dicuntur ad leniendum, ac levandum dolorem appositæ. Græci παραμυθεῖσθαι & παρηγορεῖν. Sextus Empiricus lib. 1. Pyrrhoniarum: τότε ὄμβριον ὕδωρ ὀφθαλμοῖς μὲν ἐστιν ὠφέλιμον, ἀρτηρίαν δὲ καὶ πνεύμονα τραχύνει, καθάπερ καὶ τὸ ἔλαιον, καίτοι τὴν ὀπὴν φάναι παρηγοροῦν. ibidem de cane: ἀλλὰ καὶ τὸ αὖτε παθῶν ἀντιλεπτικὸς ἐστι καὶ παραμυθητικός. *paregorizare* Medici mediæ & infimæ Latinitatis dixerunt quod Græci παρηγορίζειν. atque ita sæpe in Antidotario veteri Regiæ bibliothecæ. Liber medicinæ ex eadem Bibliotheca: *paregorica sunt, quæ paregorisant, & mitigant, ne malum crescat, non persanant.* Lexicum vetus me-

dicinale: *paregoricus, mitigator.* παρηγορεῖν proprie est consolari.

Quod illi apud Sigæum statua servat] Huic statuæ statueram nihil controversiæ facere, nisi eam vetus & optimus liber statu suo dejiceret, in quo liquide scriptum est: *quod illi apud Sigæum strogyla servat.* à qua scriptura non longule abeunt editiones antiquæ Rhenani, quæ *stagila* servant. sed quodnam istud portentum verbi est, *strogyla*? una addita littera lego: *strongyla.* strongylam vocat, στρογγύλην, statuam pectore tenus, quæ scuto rotundo continebatur. ἀσπίδας Græci appellant, & ἀσπίδας & θυρεοειδεῖς: Latini, *clypeos.* Plinius: *scutis quibus ad Trojam pugnatum est, continebantur imagines; unde & nomen habuere clypeorum, non ut perversa Grammaticorum subtilitas voluit à cluendo.* clypei enim rotunda scuta. Græce ἀσπίδες. στρογγύλην igitur vocavit. Afer à figura, cum subintelligatur, aut ἀσπὶς aut θυρεὸς. ἄσπιδες vocantur Paulo Silentiario, & apud Constantinum de Thematibus, μισσόρια, hoc est, *missoria,* ut pluribus exposuimus ad Historiæ Augustæ scriptores. Trebellius in Tetrico voce Græca *cyclum* etiam vocavit, ut ad eum notavimus. *Strongylam* dixisse Tertullianum, τὴν στρογγύλην, haud mirabitur, qui noverit, & *scytalam*, & *scriniam*, & *episcynium*, & *trepidem*, & *cattum*, & plura alia mere Græca vocabula in hoc opere usurpasse. adjectivum autem substantivi vice, quod apud auctores est frequens.

Ipsum, inquit, ferrum vitam attrahit] Inquit, Homerus. sic infra: *sermone*, inquit, *me sustulit, medicamine sapientissimo.* inquit, Euripides aut Sophocles. ita Græci, φησὶ aut φασί τις. Cicero ad Atticum

ticum Epist. XII, lib. XIV. *itaque exire æveo, ubi nec Pelopidæum*, *inquit*. passim ita apud Tertullianum.

Si post incentivum quoque puella perseveraſſet] Scripsimus ex libro, *puellam perseveraſſet*. sic *perseverare patientiam* in libro de Patientia: *usque adeo nunquam omnino peccaſſet, si divino interdicto patientiam perseveraſſet*. & *tormenta perseverare* ad Martyres. & *facinus perseverare* in Apologetico: *sed & nunc in occulto perseveratur hoc ſ. crum facinus*.

Pag. 19. *Totam epitheti sui sortem*] Quidquid illi epithetum suum attribuit, scytalam nempe, sagittas, & pellem leonis: unde dictus est *scytalosagittipelliger*. quidquid ipse sortitus erat, cum Omphales muliebri cultu compensavit. sic supra de serpente: *nam & iste quod sortitus est convertit, corium & ævum*. *sortem* hoc loco est, ἢ κλῆρον. inepte Glossator Regius, sortem quasi summam sive caput pecuniæ interpretatur. innuit auctor Herculem nihil aliud possedisse & sorti habuisse præter clavam, sagittas, & pellem, ac totum hunc ejus fuisse κλῆρον: unde illi epitheton apud Poëtas, *scytalosagittipelliger*.

Cum unguentis offenderetur] Omnino positum pro *offunderetur*. ita scribebant. Martialis:

----- Pierias offendit pica querelas.

ita enim in vetustissimis libris scriptum, pro *offundit*. & apud Plautum in Casina: *quid si etiam offendam hymenæum?* antiquissimæ membranæ sic legunt: pro quo corrigunt, *quid si occentem*. sed *offendam*, pro *offundam*. Ovidius:

Tibiaque offudit socialia carmina nobis,
Carmina funesta flebiliora tuba.

Vetus Epigramma:

libscen diffundit vantica dulcis.

Sic *suffindere*, pro *suffundere* apud Isidorum de variis sulphuris generibus: *tertium liquor est, cujus usus ad lucernas suffindendas, quia candorem mollitiemque praestat.* ita enim optimi codices scriptum exhibent; *suffiriendas*, male sufficiunt. Apulejus IX. *ergo nostra repente turbata praesentia subitario ducta consilio, eandem illam subjectam cupiens ximineæ cavea, qua fustium fasces in rectum aggregata cumulum lecticam circumdatas, suffisa candido fumo sulphuris inalbabat.* ita vetusta quædam habent exemplaria: *suffisa*, inquam, non *suffusa*, quod tamen rectum est.

Pumice speculi excludebatur.] Scio specula olim de argento atque ære fieri vulgo solita, quæ pumice tergeri polirique recte possunt: sed non video quid similitudinis sit inter speculum, & sagittas, ut bene comparari possint. Dicit auctor sagittas illas Herculis, figendis monstris olim adsuetas, apud Omphalem suendis corollis adhibitas fuisse, detersa prius sanguine quo erant infectæ. sic Herculeæ illæ sagittæ apud Omphalem, in acus vicem & usum versæ sunt, qua corollæ suuntur. legendum itaque etiam nunc putarim, quod olim putavi: *vetus jam hydræ Centaurorumque sanguis in sagitta pumice speculi excludebatur, insultante luxuria, ut post monstra transfixa coronam forsitan fuerint.* per *speculum* intelligit crinalem acum, cujus usus etiam fortasse ad suendas coronas nam majores acus, ut erant crinales, ad eam rem adhibebantur. eæ acus cum obtusiores erant, acuebantur pumice vel cote non secus ac graphia. speculum autem pro acu crinali vel discriminali. Marcianus Capella;

Crinale

Crinale ſpiculum pharetris depromſe cupido
Libens capillum ſolvere.

ſagittam ex pharetra Cupidinis depromptam pro crinali ſpiculo vult eſſe nubenti Philologiæ. at apud Omphalem Herculis ſagittæ pumice ſpiculi crinalis tergebantur, & acutiabantur, ut eidem ſervirent officio, quo fungi aliquando ſolita erat acus diſcriminalis Omphales, ſuendis nempe coronis. pumice autem vulgo acui & temperari ſolita graphia & calamos notum ex Græcis Epigrammatis, quę in inſtrumento τῆ γραφέων pumicem, id eſt, κίσηρι recenſent. vetus Epigramma περὶ ταχυγραφῶν:

Καὶ κανονίδ' ὑπάτην, ἢ τὴν πρὸ ὄνυξ κίσηρι,
Αὐχμηρὸν πάντ' ἐρεμα τόεντα λίθον.

idem in alio Epigrammate de iiſdem:

Τρηχαλέην τε λίθον δονάκων δ' ὀξὺ γλυφέα κόσμῳ,
Ἔνθα περιτρεφέων ὀξὺ χάραγμα πέλει.

ἀκόνην alius vocat:

Καὶ σκληρῶν ἀκόνην τρηχαλέην καλάμων.

ſpeculum mendoſe heic ſcriptum fuit, pro *ſpiculum*. ut *ovecula*, *vero*, pro *ovicula*, & *viro*. ſi quis *ſpeculum* retinere malit, velle quod mavult, poteſt.

Pag. 20. *Niſi diu mollitas, & evigoratas*] Corrigunt, *erigoratas*. ſed omnes habent libri, ut vulgatum eſt, & nihil mutandum. Tertullianus, aliique eorum temporum ſcriptores, & vigorem paſſim pro rigore & quidquid molli contrarium eſt, uſurpant. ſic rigidum dogma Stoicorum & ἀπάθειαν illam σωϊκὴν, vigorem dixit in libro de Anima: *prout aut Platonis honor, aut Zenonis vigor, aut Ariſtotelis tenor, aut Epicuri ſtupor, aut Heraclitι mœror*. ſic & vigor cenſoris pro rigore vel rigida ſtrictaque cenſura. Cyprianus: *increpans vigore*

censoris & judicis. idem de idolorum vanitate: *jam venturus è cœlo ad pœnam diaboli, & ad censuram generis humani, ultoris vigore, & judicis potestate.* hinc & *disciplinæ vigor* apud nostrum, & *disciplinam vigorare* libro de Pudicitia: *talia & tanta spatifilia eorum quibus & Deo adulantur & sibi lenocinantur, effeminantia magis quam vigorantia disciplinam.* inde *evigoratas* hoc loco, dixit malaxatas & emollitas pelles quæ τόνον suum & vigorem amiserunt.

Et exodoratas] Scribendum opinor, nec opinor, sed etiam credo, *exeduratas. eduram* pro *duro. edura pyrus* Virgilio, nimium dura, valida. inde *exedurare*, mollire, & ex eduro molle facere. tribus autem verbis fere πανοπλεσιακοῖς usus est, ut ostenderet studium quod impense positum est in molliendis & malaxandis horridulis illis exuviis leoninis, quo possent aptari teneræ cervici Omphales. diu, inquit, mollitas & evigoratas, & exeduratas fuisse verisimile est, ut scapulas delicatæ mulieris sine noxa & incommodo tegere possent. non propterea autem *exodoratas* retineri debere dicat aliquis, quod sequitur id factum esse, balsamo, aut telino. oleo & unguine malaxantur & molliuntur dura & rigida coria. at telino aut balsamino unguento apud Omphalen id fieri decuit. nam propter ejus delicias, & opulentiam, quod communi & simplici oleo apud aliam fieret, id pretiosissimo, quale balsamum fuit, factum apud eam fuisse putare se dicit Tertullianus. *exodoratas* igitur hoc loco ineptum est: nec minus inepti qui interpretari conati sunt. *exodoratas* vitiose scriptum pro *exeduratas:* ut *domum* pro *domini, monti* pro *mentis,* in hoc eodem libro.

Balſamo & telino] Ita recte emendarunt, pro *pelino*, quod in veteribus fuit. At corrector Pariſienſis ne quid rectum dum omnia corrigit, relinqueret; legebat, *phyllino*: atque ut fidem ſuæ conjecturæ adſtrueret, fingebat ſcriptum in antiquis fuiſſe *pellino*, cum omnes habeant *pelino*. ſed vana illa, ut ejus omnes, & nugatoria emendatio. *phyllinum* de foliato unguento interpretatur, & pulchram hanc addit rationem, non telinum unguentum ſed foliatum ad delicias ſummum fuiſſe. quid tum? an non pretioſum etiam fuit telinum? ſane ex pretioſiſſimis etiam fuerit Omphales ætate, quo tempore nondum tot genera unguentorum, quæ poſtea invexit luxuria. ipſum illud foliatum Omphales temporibus nullum erat. quî potuit igitur exuvias leoninas Herculis illo unguento emollire? Spicata & foliata Galenus inventa ſcribit ὑπὸ τῶν ἐν Ῥώμῃ τευφῆς. Hunc vide Therapeut. lib. XII. & lib. II. περὶ συνθέσεως φαρμάκων. poſtremo quis Græcorum aut Latinorum meminit uſpiam unguenti phyllini? Galenus aliique Græci φυλλίατον Latina voce ſemper nominant hujuſmodi unguentum; quod non facerent, ſi Græca in uſu fuiſſet, qua id exprimerent. *telino* igitur verum eſt. Iſidorus Julium citat his verbis: *corpuſque ſuavi telino unguimur*. τηλίνη mentio paſſim apud Græcos & Plinium. *pelino* autem ſcriptum erat in antiquis codicibus vitioſo ſed frequenti ſcribendi more. ſic *ruſpare* ſupra pro *ruſtare* obſervabamus. & in antiquo Gloſſario *pipita* pro *pitita*. *ruplus* pro *rutlus*. ſic ille qui παρεκλέγκων dicebatur, *Cipius* apud Feſtum, *Citius* apud Ciceronem in membranis antiquiſſimis ſcribitur. in Propertio locus extat

insignis insigniter corruptus ob eandem harum litterarum permutationem.

Hanc vidit in tegetes animam expirare paternas,
Horruit algenti pergula curta foco.

scripserunt antiqui librarii, *pegula* pro *tegula*, inde *pergula* fecere Critici. quæ pessima correctio est. nam *tegula* reponendum erat. in quassis & curtis tegulis foculum sibi curabant pauperes anus. Ovidius VI. Fastorum:

Suppositum cineri panem focus ipse parabat,
Strataque erat tepido tegula quassa solo.

tegulam curtam alibi nominat idem Propertius, sed in alia re:

In nostrum cecidit tegula curta caput.

at *pergula* quod in superiori versu habetur, prorsus alienum est. de quo nos alias. *curtum testu* foco ferendo alibi posuit Ovidius.

Credo & jubas pectinem passas, ne cervicem enervem inureret sitiria leonina] Et iste quoque locus pectinem passus est Criticorum, sed impexior implicatiorque ex eo factus. nihil enim istis confusius & indistinctius, nihil etiam corruptius. an ideo jubæ pellis illius leoninæ ab Omphale depexæ sunt, ne cervicem ejus urerent? at quomodo cervicem urere poterant, quæ cervicem non tangebant? ita enim pellem illam induebat Hercules, ita etiam induit Omphale, ut pili & jubæ leonis exteriores essent. quid igitur opus eas pectere, ne cervicem inurerent, quam urere, etiam impexæ, neutiquam poterant, utpote quæ nec tangerent? totum itaque hunc locum sic lego & distinguo ex veteribus membranis: *credo & jubas pectinem passas. Ne cervicem enervem inureret sitiria leonina, hiatus crinibus infæsus, genuini inter antias adum-*

adumbrati. ad decorem tantum & ornatum jubæ illæ pectine discriminatæ sunt, ne horridulæ & incomptæ sicut erant manerent. quod minime delicatam & comptam puellam decuisset. ceterum ne durities ipsa corii non confecti, qualis illa leonina pellis Herculis fuit, cervicem ejus ureret, si ἁμέσως delicato ac tenero corpori insedisset, multis crinibus infarsus est leonis hiatus.

Ne cervicem ejus inureret stiria leonina] Reposuimus, *sciria*, ita enim optimus noster codex, & prima editio Rhenani. Græcum est σκιρία, vel σκιρρία, id est, σκληρότης. hinc σκιρροὶ θεοὶ apud Tyrium Maximum & Theodoritum, sunt σκληροὶ θεοί. de quibus nos alibi. hinc σκίρρῳ apud medicos. Hesychius: σκιρώταδος, ἀντισκληρῶδος. ita enim legendum. idem: σκεῖρον, λατύπην ἢ σκληρόν. & σκειρώσαδος, σκληρῶδος. inde σκειρία vel σκιρία, *sciria*, ἡ σκληρότης. solens autem facit hic noster, cum Græcis vocibus & loquutionibus utitur. quod in hoc opere maxime affectavit. inde *episcynium*, *crepis*, *scytale*, *cactus*, *cataclista vestis*, & similia. *sciriam leoninam* vocat, τὴν σκληρότητα, duritiem & rigorem, qualis esse solet in pellibus non confectis, quas Græci ἀδεψήτους καὶ ἀμαλάκτους appellant. talis leonina illa fuit quam gestabat Hercules. dura & inflexibilia esse non confecta coria pernotum est: ut contra lenta & mollia quæ confecta. Græcis δεψῆσαι, pelles conficere & mollire. Hesychius: δεψῆσαι, μαλάξαι. quod multa subactione molliores redderentur. hinc *depsere* & *mollire scorta* Latinis κακέμφατον. Plautus: *molliendis scortis rem prodegit.* ubi perperam viri eruditissimi, *molendis* legunt, nam *mollire* idem quod *depsere* vel *perdepsere*. quod verbi quo sensu

Latini usurparint plusquam notum est. vetus Epigramma Leonidæ de hujusmodi pelle qualis leonina illa Herculis fuit:

Πήλιω, καὶ δέψητον ἀπεσκληρυμμένον αἰγὸς
στέφος, καὶ βάκτρον τῶν τὸ λοιπὸν ἐμόν.

stiriam leoninam vocavit Tertullianus ἀδέψητον καὶ ἀπεσκληρυμμένον λέοντος στέφος. qui *stiriam* correxerunt, & qui defendunt, ludibrium nobis debent. sed longe magis illi ridiculi, qui *striam leoninam* reponendum censent.

Hiatus crinibus infarsos] Correximus, *hiatus crinibus infarsus*. & ex conjectura quidem prius quam ex libro. eam postea libri confirmarunt. & sane ita necessario legendum fuit. *hiatus*, τὸ χάσμα λέοντος. exuviarum autem leoninarum hiatus, hoc est τὸ χάσμα, capiti & cervici aptatus erat. non plures hiatus habuit illa leonina pellis, sed unum. Græci leonis proprie χάσμα vocant etiam vivi. Anacreon:

φύσις κέκρυπται ταύροις,
λέουσι χάσμ' ἔδωκε.

Pellem illam leoninam Herculis cum induere vellet Omphale, χάσμα ejus crinibus prius inferciendum curavit, ne teneram suam sibi cervicem & enervem inureret scorti nimia durities & rigor.

Genuino inter antias adumbratos] *Hiatus crinibus infarsus: genuini inter antias adumbrati.* ita libri veteres, & priores editiones, sicut posuimus. quod quare mutaverint, causam non dispicio. sequius autem interpretes hoc *antias* exponunt, sincipitis leonini crines antependulos, aut ejus frunti impendentes. nihil absurdius. duplici errore hallucinabatur, primum cum antias leonis faciunt,

faciunt, quæ mulieris sunt: deinde cum antias crines fronti immissos hoc loco esse volunt. vult igitur & fingit Tertullianus, Omphalen cum exuvias illas Herculei leonis sibi aptaret, & indueret, hiatum ejus globis crinium muliebrium inferfisse, genuinos autem leonis dentes inter antias adumbrasse, hoc est inter capillos & cincinnos suos ab utraque aure descendentes texisse. non de aliis igitur capillis quam qui utrimque per tempora & genas descendunt, antiæ heic accipiendæ, quandoquidem non aliis crinibus adumbrari potuere genuini leonis. Glossæ: *Antiæ, comæ,* Ἀπὸ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι γυναικεῖαι. Glossæ S. Benigni Divionensis: *Antiæ, capilli quos proximos auribus in capite mulieres componunt.* Isidorus in Originibus: *Antiæ sunt cincinni dependentes prope auriculas, Græco vocabulo ab auribus dictæ.* quasi *antias* putasse videtur dictas. Græci sane παρωτίδας appellant. Pollux: οὖς δὲ βοστρύχους, καὶ κικίννους Ἀφροδίτης καὶ Εὐπολις καλεῖ· ὃς καὶ παρωτίδας ὠνόμαζον. Lucianus alicubi vocat, οὖς παρ' ὧλα βοστρύχους. antias hoc quoque sensu posuit Apulejus in Floridis, ubi sic de Apolline: *crines ejus remulsis antiis, & promulsis caprinis, ante ventuli, & propenduli.* promulsæ caprinæ, & propendulæ in frontem: remulsæ antiæ, & anteventulæ. nam qui per genas & tempora demissi sunt crines, etiam anteventuli dici possunt, & antependuli, ad differentiam eorum qui colla & cervices flagellant. idem Apulejus lib. v. Milesiarum: *videt capitis aurei genialem cæsariem ambrosia temulentam, cervices lacteas genasque purpureas pererrantes crinium globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos.* retropendulos crines ibi dicit, qui cervices

vices pererrabant: antependulos, qui genas, atque hi sunt, qui dicebantur *antiæ*. idem alio loco: *adulescens est visenda pulcritudine, crinibus fronte parili separatu per malas remulsis.* de antiis omnino intelligit, quas *remulsas* & *antependulas* in Floridis de Apolline loquens, vocavit. at capronæ promulsæ, & propendulæ ibidem sunt crines in fronte demissi & pendentes, ut recte Festus & Marcellus interpretantur. Græci προκόπτας appellant. Pollux: οἱ δὲ κεφὴν οἱονπερ εἰδωλῶ προκόπτων, ἀλλὰ ταὶς ὑπὲρ τὸ μέτωπον τρίχας. Comarum igitur, aliæ ὑπὲρ τὸ μέτωπον, aliæ ἐν πλαγίᾳ, aliæ κατόπιν nutriebantur. τὰς ὑπὲρ μέτωπον, *capronas* Latini vocant: τὰς ἐν πλαγίᾳ, *antias*. non ignoro tamen quosdam ex veteribus glossatores *antias* de crinibus ante frontem immissis & pendentibus etiam exposuisse. fronti enim propiores, qui auriculas tegunt capilli quam posteriori capitis parti. hinc & antependulos crines, antias vocari vidimus ab Apulejo. cum in antependulos & retropendulos crines coma dividitur, haud dubium est quin antependulorum nomine veniant antiæ. *antæ* sunt latera ostiorum: *antes* etiam cujusque rei extremitates. inde *antiæ* comæ, ut opinor, dictæ, quæ tempora & auriculas tegunt. sed de his alias.

Ne tota oris contumelia mugiret. Si posset, Nemea certe] Nihil depravatius hujus loci cum distinctione tum lectione. nihil etiam perversius expositione, & correctione doctorum hominum. distinguendum, ut fecimus, & legendum: *Hiatus crinibus inferius: genuini inter antias adumbrati. Tota oris contumelia mugiret si posset. Nemea certe, si quis loci genius, ingemebat: tunc enim se circumspexit leonem perdidisse.*

didisse. Si posset, inquit, mugire os leonis, totum profecto mugiret propter illam contumeliam qua tunc afficiebatur cum muliebribus crinibus hiatus ejus inferciretur, atque inter antias & cincinnos genuini adumbrarentur. at certe Nemeæ genius ingemebat: tunc enim agnovit se leonem perdidisse, non cum ab Hercule occisus est. *tota oris contumelia*, totum os contumelia affectum. sic infra: *omnis gladiatorum ignominia*, omnes ignominiosi & infames gladiatores.

Hercules ille in theristro Omphales] An non mirum est omnes interpretes hanc lectionem potius sequutos esse, quam ex conjectura à se repositam professus est Rhenanus, quam veterem quæ habuit ipso teste Rhenano, *fericho*? ita enim & in nostro: sed legendum, *serico*. *sericum*, pro serica veste: nihil frequentius apud auctores. Hic noster paulo post: *anhelum pectus serico ventilante restinxit*. & de Veneris Cloacinæ sacerdote: *cum latrinarum antistes sericum ventilat*. & de cultu muliebri, *in coccino & serico*. Cyprianus, de disciplina & habitu virginum: *sericum & purpuram induta, Christum induere non possunt*. Martialis:

Deque Palatinis Dominæ quod serica prælis.

Græci quoque σηρικὰ passim appellant sericeas vestes. Plutarchus in nuptialibus præceptis: σοὶ μὲν γὰρ τῆσδε τῆς πολυτελείας μαρμαρίτας, καὶ τὰ τῆσδε τῆς ξένης σηρικὰ σὸν ἔστιν· ἀδὲ σωφροσύνη μὴ πολλῆς πειρωμένου. tunicam porro Omphales, quam habuit cum Herculem lecto suo accepit, ἀίβρὸν κύπασσιν vocat Diotimus, & dedicatam ab ea scribit in templo Dianæ, hoc epigrammate nondum edito:

Χαῖρε μοι ἀίβρὲ κύπασσι, τὸ Ὀμφάλης ποτὲ Λύδης
λυσαμένης φιλότητ' ἦλθεν ἐς Ἡρακλέους.

ὄλβιος

ὀλβιος ἦθος κύπασσι, ἢ ὡς τότε καὶ πάλιν ὡς νῦν
χένστον Ἀρτέμιδος τετ' ἐπέβης μέλαθρον.

quid sit κύπασις, nos ad ipsum epigramma dicemus, & videndi Græci Grammatici. *venerem tunicam* Omphales vocat Ovidius in II. Fastorum.

Sed & qui arte Tirynthium aemulatus]. Artem, palæstricam intelligunt. auctor sane Hercules Gymnicorum certaminum: sed ille vi non arte pugillabat & luctabatur. hinc vires corporis & genitivum robur, non artem ejus in certaminibus veteres commendarunt. Theocritus de pugile quodam:

φασὶ μιν Ἡρακλῆι βίην καὶ πάντα ἐοικέναι.

Profecto non *arte*, sed *ante* hoc scriptum præferunt veteres libri, quod sine causa rejecerunt interpretes. nihil autem magis confirmarit, veram hanc esse lectionem *ante*, quam quod sequitur, *post*; *Sed & qui ante Tirynthium accesserat, pugil Cleomachus, post Olympia incredibili mutatu de masculo fluxit*. ita enim scribendum auctoribus libris. Duo igitur notat tempora in Cleomacho, unum quidem quo proxime accesserit robur athleticum, & κρέατος illud Herculeum: alterum quo postea incredibili mutatione derepente de fortissimo pugile in fœminam emollitus est. quod Olympiæ illi accidisse hoc innuit Tertullianus. Sciendum autem veteribus proximos ab Hercule habitos pugiles, qui pancratio simul & lucta vicissent. Octo tantum tales in Olympionicarum latercul reperiuntur. Olympionicῶν ἀναγορεύσεις: Καρῶν Ἡλεῖος καὶ πάλιν καὶ παγκράτιον ἐνίκα μὴ Ἡρακλέα. καὶ ἀναγορεύθη δὲ πρῶτος ἀφ' Ἡρακλέους. ibidem paulo post de Leonida: ὁ αὐτὸς τὸ τέ-

τὸ τρίτον Ῥόδιος. τρίτος ἀφ' Ἡρακλέους, πάλην ὁμοῦ καὶ παγκράτιον. Πρωτοφάνης Μάγνης, πάλλιν καὶ παγκράτιον, τέταρτος ἀφ' Ἡρακλέους. & sic de ceteris. nam octo ibi omnino tantum denumerantur. nec in illo censu aut numero noster hic Cleomachus, quem tamen Herculem accessisse tradit Florens. Non arte igitur, sed viribus & robore, cum antea similis & proximus Herculi videri potuisset. postea tantum demutavit, ut puella fluxior, cinædoque mollior evaserit.

Post Olympia] Exponunt, post Olympiacos agones. sed vetus editio Rhenani, & scriptus codex legunt, *Olympiæ*, quod verum est. Olympiæ autem eveniſſe hanc incredibilem Cleomachi mutationem scribit author, in loco nempe ipso agonum.

Pugil Cleomachus] Pugilem hunc Cleomachum oriundo Magnesium fuisse contendunt interpretes ex loco Strabonis male accepto, quem & ponemus, ut intelligatur, qua mutatione de viro in fœminam fluxerit idem. Olympiæ ille cum esset, in amorem incidit cinædi, & puellæ quæ cum cinædo erat. exinde mimos agere & scribere cœpit gestorum ac dictorum cinædicorum. Strabo Magnesios qui celebres extitere enumerans, ita scribit: καὶ Σίμος ὁ μελοποιὸς καὶ αὐτὸς παρεφθείρας τὴν τῶν πρότερον μελοποιῶν ἀγωγὴν, εἰς τὴν σιμωδίαν εἰσαγαγών, καθάπερ ἔπι μᾶλλον λυσιῳδοὶ καὶ μαγῳδοὶ, καὶ Κλεόμαχος ὁ πύκτης, ὃς εἰς ἔρωτας ἐμπεσὼν κιναίδῳ καὶ παιδίσκης ὑπὸ κιναίδῳ τρεφομένης, ἀπεμιμήσατο τὴν ἀγωγὴν τῶν περὶ αὐτὸν κιναίδων Μαλέκτων καὶ Ἠθοποιάς· ἦρξε δ' ὁ Σωτάδης μὲν πρῶτος καὶ κιναιδολογεῖν. ἔπειτα Ἀλέξανδρος Αἰτωλὸς, ἀλλ' ἔτος μὲν ἐν ψιλῷ λόγῳ, μὴ μέλλῃς δ' Λύσις ὁ ἔπι

περὶ-

πρεσβύτερος τούτων ὁ Σίμος. putaverunt viri docti Strabonem his verbis, καὶ Κλεόμαχος ὁ πύκτης ita accipiendum, quasi Simum & Cleomachum Magnesios faceret, in quo falsi sunt. cum enim dicat Simum Magnesium primum versibus κιναιδολογεῖν cœpisse, qui Magnesius erat, addit Cleomachum quoque pugilem, cum in amorem cinædi incidisset, instituta ac mores cinædorum, καὶ τὴν κιναιδολογίαν vita & scriptis imitatum esse. inter cinædologos, & Lysin & Sotadem & Alexandrum Ætolum recenset, qui Magnesii non fuere, ut nec Cleomachus; cujus eo loco meminit, non quod Magnesius esset, sed quod κιναιδολόγος. De hoc Cleomacho Libanius in libello περὶ ὀρχήσεων: ἐντεῦθεν ἤδη τις ἀθλητὴς μακρὰ βαίνων, ὁ Δαφέροχος ἐλαίῳ ἐχράτης δυσωδίας, ἀναβεβλημένος ἱμάτιον, ἐν αὐτοῖς τούτοις τοῖς ἀνδρείοις ἐθήμασι τὸ γυναικεῖα ἔδοξε ποιεῖν.

De masculo fluxisset] Fluere de mollibus ac delicatis dictum, hinc *de masculo fluxisse* heic dicitur, qui de viro fœmina factus est, & masculum robur in fœmineum fluxum dissolvit, ac fregit. *fluxus* pro mollitie apud hunc auctorem. ut infra, *Menandricus fluxus*. & in libro de spectaculis: *& est plane in artibus quoque scenicis Liberi & Veneris patrocinium, quæ privata & propria sunt scenæ, de gestu & corporis fluxu. nam mollitiam Libero & Veneri immolant, illæ per sexum, illi per fluxum dissoluti.* mulieres per sexum, viri per fluxum molles & dissoluti. qui Tertulliano *fluxus*, Arnobio *liquor*, his verbis: *liquoris fœminei dissolutus laxitate*. sic Græcis ὑγρὸς & ὑγρότης. iidem Græci molliciem & delicias ἁπαλότητα vocant, quæ vox τὴν ἀβρότητα, hoc est fluxum ventris significat apud Hippocratem. Videndus

dendus Erotianus in Lexico Hippocratis. alii tamen ἀπατίλλω appellant. de quo nos alibi.

Inter cutem cæſus, & ultra] Vetus editio, cum ſcripto: *infra cutem cæſus & ultra.* quod idem eſt. atque ita potius ſcripſit auctor. diſtinguendum autem, ut poſuimus: *intra cutem cæſus, & ultra, inter fullones jam Novianos coronandus.* interpretes qui aliter diſtinxere, veram interpretationem aſſequuti non ſunt. notum eſt quinam dicerentur *inter cutem*, vel *intra cutem flagitati.* Cleomachus igitur ut cinædus, & mollis, intra cutem cæſus: ut pugil & athleta, profundis & ultra cutem patentibus vulneribus conciſus, quæ in pugillatu olim acceperat, cum ceſtibus contunderetur. at poſtquam muliebrem patientiam induit, intra cutem cædi cœpit, ut illi ſolent qui muliebria patiuntur. Feſti abbreviator: *intra cutem flagitatos dicebant antiqui mares, qui ſtuprum aliquando paſſi eſſent.* Libanius de Cleomacho: τὰ γυναικεῖα ποιεῖν ἐδόκει ἐν τοῖς ἀνδρείοις ἐδήμασι. at pugiles ultra cutem cæſi, propter ceſtuum vulnera, quæ ultra cutem deſcendebant. *ceſtuum cicatrices* in lib. de ſpectaculis: *ſane & artifex ille pugnorum impunitus ibit. tales enim cicatrices ceſtuum, & callos pugnorum, & aurium fungos à Deo cum ſuo plaſmate accepit.* quare eleganter & ſatyrice Cleomachum olim pugilem, poſtea cinædum, intra cutem & ultra cæſum dixit Tertullianus. De Novianis fullonibus alii dixere.

Vtique ſicut veſtigia ceſtuum viria occupavit] Nihil falſius hac lectione, quam utique commentum conſtat eſſe correctorum. quod tot interpretibus minime animadverſum fuiſſe miror. ſciunt omnes, virias aut viriolas armillas eſſe, quæ militaribus viris, & qui fortiter in prælio fecerant,

virtutis ergo donabantur. Tertullianus infra de his vitiolis: *& armillas quas ex virorum fortium donis, ipſa quoque matronæ temere uſurpaſſent, omnium pudendorum conſcias manus iuſerit.* quomodo igitur heic traheret in argumentum mollitiei hujuſmodi armillas in cinædo Cleomacho, quas viri fortes & militares gerebant, & pro præmio bene pugnatæ pugnæ accipiebant? Age concedamus viriam, non virorum, ſed mulierum tantum & cinæ dorum fuiſſe geſtamen; an veſtigia ceſtuum occupaſſe viria poterit dici? ſcio quidem manibus & brachiis induci ſolitos ceſtus. ſed veſtigia ceſtuum dicta eſſe, aut etiam dici poſſe, partem illam manus aut brachii, ad quam ceſtus religabantur, hoc eſt quod ego neutiquam mihi perſuaſerim. Nam *veſtigia ceſtuum* heic accipi debere cenſeo, cicatrices ceſtuum, ut alibi idem auctor dixit. De ſpectaculis: *ſane & artifex ille pugnorum impunitus ibit. tales enim cicatrices ceſtuum, & callos pugnorum, & aurium fungos, à Deo cum plaſmate accepit.* cicatrices ceſtuum ibi omnino ſunt, quæ heic *veſtigia ceſtuum*. quid enim aliud ſunt cicatrices, quam veſtigia ictuum & vulnerum? *flagellorum veſtigia* apud Petronium vibices & notæ flagrorum. Ovidius:

Cerne cicatrices, veteris veſtigia pugnæ.

at ceſtus, quibus religabantur & innectebantur pugilum manus, nulla veſtigia in manibus relinquebant. armatæ ceſtibus illis manus, non cædebantur, ſed cædebant. veſtigia itaque ceſtuum non in manibus ſed in capite. nam partem illam corporis cædere & tundere ſatagebant in pugillatu. inde & ὠτοκατάξιστες, & ὠτοθλαδίαι pugiles dicti. vetus epigramma de pugile:

Οὗτος

Οὗτος ὁ νικῶ βέλεσιν Ὀλυμπίχος εἶχε τὸ πρόσθεν
Ῥῖνα, γλῶσσον, ὄφρυν, ὠτάρια, βλέφαρα.
Εἶτ' ἀστραγαλόμυος πύκτης ἀπολώλεκε πάντα,
Ὡς ἐκ τῶν πατρικῶν μηδὲ λαβεῖν τὸ μέρος.

idem in Apollophanem pugilem:

Κόσκινον ἡ κεφαλή σου, Ἀπολλόφανες, γεγένηται,
Ἡ τῶν σητοβρώτων βιβλαρίων τὰ πάτω.
Οὕντως μυρικίνων τυπήματα λοξὰ καὶ ὀρθά,
Γέμματος τῶν λυρικῶν Λύδιος καὶ Φρύγιος,
Πλὴν ἀφόβως πύκτευε, καὶ ἐν τοιῷδε κἄνωθεν,
Ταῦθ' ὅσ' ἔχῃς ἕξῃς, πλείονα δ' ἀμύσεται.

sic nec mollibus viriæ conveniunt; & si convenirent, haud tamen vestigiis cestuum aptari possent. commentitia igitur hæc lectio, cujus rei fidem certam nobis perhibuit vetus liber, in quo disertim scriptum reperi: *utique sicut vestigia cestuum virus occupavit.* nec aliter habent editiones Rhenani. ita etiam in Vaticanis codicibus habetur, quos consuluit Pammelius. sed quid faciemus illo *virus*, aut quid significabit? *virus* omnino heic scriptum pro *birus*, ut *videns* pro *bidens*, apud hunc eumdem Tertullianum in scriptis codicibus. at *birus* pro *berus*, hoc est βηρός. sic *Bilus*, pro *Belus* supra in nostro libro exaratum erat: *jam inde à Nmo Bili progenie.* sic *Apologiticus*, pro *Apologeticus*. sic *diatrita*, *colipia*, *dicteria*, quæ Græcis sunt, διατρίπτα, κωλήπια, δηκτήρια. βηρὸς Græcis dicitur, qui Latinis *birrus*. Tertullianus birum vel berum dicere maluit quam birrum, ut Græcatior sic esset ejus oratio, quod ubique in hoc opusculo studiose affectavit. ita *crepidem* dixit, potius quam *crepidam*, τὴν κρηπῖδα. & *cataphracten*, τ' καταφράκτην, cum Latini *cataphractam* magis consueverint. Birrus, sive βηρὸς lacerna erat cucullata. Martialis;

Si possem, totas cuperem misisse lacernas,
Nunc tantum capiti munera mitto tuo.

totas lacernas vocat quæ cum pileis sunt, sive cucullis. hinc & lacerna ac birrus, pro cucullo & capitio. abbreviator Festi: *lacerna, quod minus capitio est.* capitium vocat, capitis tegmentum. Vetus quoque scholiastes Juvenalis cucullum, birrum interpretatur ad illum versum:

Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

birrum Gallicum exponit. idem alibi venetum cucullum, de birro accipit. inde diminutivum *birretus*, infimæ Latinitatis scriptoribus, pro capitis velamento, & pileolo, usurpatum. sic *palliolum* veteres, non tantum, quo humeros tegerent, sed etiam quo capita velarent, appellarunt, & pallium. Fulgentius: *Numa vero Pompilius & ipse de pontificalibus scribens, tutulum dici ait pallium, quo sacerdotes caput tutabant.* Cinædi porro & molles capita semper pileolis aut palliolis tecta gerebant. Trimalcio ille Petronianus: *adrasum pallio incluserat caput.* Palliolum & focalia in oratore solam valetudinem excusare scribit Quintilianus. nam qui ægrotabant, etiam capite tecto solebant esse. Suetonius in Claudio: *ob hanc eamdem valetudinem, & gladiatorio munere, quod simul cum fratre, memoriæ matris edebat, palliolatus novo more præsedit.* Rutilius Lupus de figuris sententiarum in characterismo hominis ebrioſi: *tunicatus sine pallio, soleatus præ lectulo, palliolo frigus à capite defendens.* ubi perperam vir maximus, *pileolo* legi mallet, quam *palliolo*. Ovidius lib. 1. artis amatoriæ:

Ægrum tu facito ut simules, nec turpe putaris,
Palliolum nitidis imposuisse comis.

ita enim vetustissimæ membranæ scriptum exhibent,

bent, cùm vulgatæ omnes editiones habeant, *Pileolum nitidis impofuiſſe comis.* palliola quoque mulierum, & præcipue meretricum, quibus caput tegebant. Martialis:

Hanc volo, quæ ſimplex, quæ palliolata vagatur,
Hanc volo, vel puero quæ dedit ante meo.

Juvenalis:

---Dorida nullo
Cultam palliolo.

molles etiam & effœminati cum palliolis, & mitris vulgo. Virgilius Æneid. IV.

Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu
Mæonia mentum mitra, crinemque madentem
Subnixus.

ad locum Servius: *mitra, hoc eſt incurvo pileo: de quo pendebat etiam baccatum tegimen. Sane quibus effœminatio crimini dabatur, mitra eis adſcribebatur. multa enim lectio mitras meretricum eſſe docet.* Mitra, pileus, cucullus, galerus, palliolum, capitis tegmina erant, ut reapſe haud multum diverſa, ſic nomine plerumque ab auctoribus confundi ſolita. Cleomachus itaque cum ἀγωγλῶ cinædorum imitaretur, cucullo aut mitra, (Tertullianus birum vocat) caput tectum habebat, effœminatorum, & πόρνων more. Hoc eſt quod dicit Afer, berum in eo veſtigia ceſtuum occupaſſe. nam circa aures & tempora, & in toto capite ac facie veſtigia & cicatrices ceſtuum inerant, quas poſtquam cinædus factus eſt, pileo ſive birro tegebat. de birro, ſive cucullo non dubium, quin Cleomachus κ῾ῳ πλῶ κινωδικλῶ ἀγωγλῶ caput eo tectum & velatum habuerit. ſed ſicut pileo caput, & veſtigia ceſtuum celavit, effœminatorum more: ita etiam & endromidem hoc eſt veſtem athleticam, deli-

catiore ſyntheſi & coloria veſte mutaſſe vult eum Tertullianus. quod tamen negat Libanius, qui in virili veſte, rem eum fœminarum factitaſſe tradit in libro περὶ ἀρχηγῶν ad Ariſtidem: Ἀφέροχος ἐλαίῳ τὴν ἰσχάτης δυσωδίας, ἀναζεβλημμένος ἱμάτιον, ἐν αὐτοῖς τύποις τοῖς ἀνδρείοις ἱμαλίοις, τὰ γυναικεῖα ἔδοξε ποιεῖν. Hæc cum ita ſint, nos tamen *viriis* edendum curavimus pro illo *virus*. ſic *manus*, pro *maniis* apud Arnobium. viriæ ſunt armillæ, quas fœminæ in brachiis geſtabant. has loco ceſtuum inſeruit brachiis Cleomachus, poſtquam in fœminam de viro mutatus eſt.

Pag. 21. *Ita & endromidis ſolocem aliqua multicia ſyntheſi extruxit*] Verum eſt, *extruſit*, quod repoſuimus. hoc eſt, excluſit & expulit. apud Trebellium in Aureliano: *veſtis nova veterem excludat*. endromidem, quaſi propriam & privam athletæ veſtem facit auctor. ἱμάτιον & τρίβωνα vocat Libanius de hoc ipſo pugile loquens in libello περὶ ἀρχηγῶν: καὶ ἱμάτιον ἀναζεβλημμένος, ἐν αὐτοῖς τύποις τοῖς ἀνδρείοις ἐσθήμασι τὰ γυναικεῖα ἔδοξε ποιεῖν· καίτοι πρὸς θεῶν τί θαυμαστὸν εἰ ἐκεῖνον ἡ κατέσχεν ὁ τρίβων ἐν τῷ σωφρονεῖν; Juvenalis quoque duobus locis *endromidas* athletis quaſi proprium ac peculiarem veſtem attribuit; ut in hoc verſu:

Endromidas Tyrias, & fœmineum ceroma.

Græci quidem etiam ἐνδρομίδας athletis tribuunt, ſed quod mirere, non de veſtis genere, verum de calceis interpretantur. Pollux lib. III. cap. ult. ἀθλητῆς δ' ἐν περιπάτοις καὶ ἐνδρομίδες· ἕτω δ' ἐκαλοῦντο τὰ τῶν δρομέων ὑποδήματα. idem alio loco: αἱ δὲ ἐνδρομίδες ἴδιον τῆς Ἀρτέμιδος τὸ ὑπόδημα. venatorum & curſorum calceos ita appellari notat vetus Callimachi ſcholiaſtes ad illud:

---λύσατε

-----λύσασα ταχείας
Ἐνδρομίδας ----

ubi ſane etiam poëta ille ἐνδρομίδα pro calcei genere uſurpavit. τροχάδες quoque ab eadem ratione vocabantur hi calcei, quod currentibus aut curſoribus convenirent. Heſychius: τροχάδες, σανδάλια ἀπὸ αἰγείας δέρματος. veteres Gloſſæ: *Gallicula*, τροχάς. *Gallicula*, τροχάδες. *trechedipna* Juvenali dicuntur ob eamdem cauſam:

Ruſticus ille tuus ſumit trechedipna, Quirine.

ubi recte vetus interpres, *Galliculas Grajas currentium ad cænam*, exponit. de quo nos alibi pluribus. ἐνδρομίδα ut dixi, Græci nuſquam de veſte, ſed de calceamenti genere accipiunt. Heſychius: ἐνδρομίδες, ὑποδήματα. Latini, veſtem craſſam & ſolocem, ut heic vocat Tertullianus, ita vocitarunt. optimæ Gloſſæ: *Gauſapus*, ἐνδρομίς. ita legendum, non *gauſarus*, ut vulgo editum eſt. *gauſapus*, idem quod *gauſapum* vel *gauſape*, vel etiam *gauſapa*. eædem Gloſſæ: *gauſapa*, βαῤῥάκιον πολλόν. ſic multa vocabula Græca alio ſenſu quam Græci quamvis à Græcis accepta, veteres Latini ſumpſere. nam & *xyſtum* aliud apud eos ſignificabat quam apud Græcos ξυσός. *prothyrum* aliter accipiebant, quam Græce accipiebatur. & alia multa; de quibus alias erit dicendi locus.

Endromidis ſolocem] Cave heic arbitreris *ſolocem* ſubſtantive poni. adjectivum eſt. ſed *ſolocem endromidis* dixit Græca figura, cum debuiſſet *ſolocem endromidem* dicere, ſi communiter loquutus eſſet. ſic ſupra *novum vitii*, pro *novum vitium*. in numero pluralitatis frequentior & uſitatior hæc loquutio. ſic *pulla lanarum* apud Plinium, ſunt

Digitized by Google

pullæ lanæ, & *canæ memoriarum* huic nostro Tertulliano in Apologetico, pro *canæ memoriæ*. sic *sacerdotum intestes* apud Arnobium, quod in superioribus notavimus. *solox endromis*, pinguis & crassa endromis, τὸ παχὺ ἔνδυμα. sic *solox lana*, ἔριον παχύ. Titinnius: *lana soloci ad purpuram data*, & *solox pecus* Lucillio apud Festum. *solox filum* apud Symmachum: *quare elaboratam soloci filo accipe cantilenam*. ita enim ex vetustissimis Palatinis schedis olim restitueramus. Hoc vocabulum *solox* ex Græco venit σόλοικος: nam σόλοικον Græci vocant, quidquid rude, & impolitum, & crassa pinguique Minerva factum est. nec enim de vitiosa loquela id verbi tantum usurparunt. Græca excerpta: σολοικίζειν, οὐ μόνον ἐπὶ φωνῆς λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἐνδυμάτων, καὶ βραμάτων, ἔτι ἄλλων τῶν κατὰ τὸν βίον ἀτάκτως γινομένων. hinc ἀσόλοικος, Sophocli, pro molli & placido. Hesychius: ἀσόλοικον, ἥμερον, πρᾶον, οὐ βάρβαρον. Σοφοκλῆς Τριπτόλεμῳ. idem: σόλοικος, ἐπισταυρωτός, ἀδιάφορος. σόλοικον, τὸ ἀμαθές. σόλοικος & σόλυκος dicebatur, ut βρυκὸς βροικὸς, μυρὼ μοιρώ. inde Latinum *solox*. de multicia & synthesi, alibi dictum est.

Nec magnæ constantiæ sit] Immo vero magnæ, atque etiam maximè constantiæ sit, Cæsarem aliquem Sardanapalo molliorem, & Physcone impuriorem designare. quis enim in illum ausit scribere, qui potest proscribere? aut quis in eum dicere, cui licet, si libet, occidere? dicit Tertullianus tacendum esse de libidinibus & impuritatibus Physconis & Sardanapali, ne illi obmussitent de Cæsaribus & imperatoribus Romanis non minus quam ipsi fuere, propudiosis: ne in Cæsares scilicet regerant æque probrosos, quod in ipsos

in ipsos dictum fuerit: ne nos eadem de Cæsaribus quibusdam vestris sentire & dicere cogant, quæ de ipsis dixerimus. Tum magnæ, inquit, constantiæ negotium fuerit, Cæsarem Sardanapalo molliorem, & Physcone impuriorem designare. quare præstat de Sardanapalo, inquit, & Physcone tacere, ne de Cæsaribus vestris obmussitantes, nos ad eos taxandos pariter adigant, qui pariter propudiosi fuere: qua in re quis non videat magna constantia opus esse? vulgata igitur lectio contrarium plane sensum efficit auctoris menti. legebam olim: *ne magnæ forte constantiæ sit.* sed aliam mihi viam postea ostendit veritatis eruendæ, vetus liber, in quo scriptū: *ne caniæ forte constantiæ mandatum sit.* ex illo *ne caniæ* correctores fecerant, *ne magnæ.* nos facimus, addita littera, *ne caninæ constantiæ mandatum sit, impuriorem Physcone, molliorem Sardanapalo Cæsarem designare.* per *caninam constantiam*, intelligit Cynicam. sic *caninam æquanimitatem* in lib. de Patientia: *grande testimonium ejus est, cum etiam vanas seculi disciplinas ad gloriam & laudem promovet: aut numquid potius injuria, cum divina res in secularibus artibus volutatur? Sed viderint illi, quos mox patientiæ suæ cum seculo destructæ pœnitebit. Nobis exercendæ patientiæ, non affectatio humana caninæ æquanimitatis stupore formata, sed vivæ ac cælestis disciplinæ divina dispositio delegat, Deum ipsum ostendens patientiæ exemplum.* caninam æquanimitatem vocat Cynicorum. ita hoc loco *canina constantia* de Cynicis. notum est Cynicorum in reprehendendis & increpandis etiā principibus & regibus magna cum libertate & constantia studium. Hoc præceptum & mandatum à sua secta habebant, nemini parcere, & con-

ſtanter ipſos etiam Cæſares & imperatores latrare. hoc *caninæ conſtantiæ mandatum*, heic vocat Tertullianus; Cæſares nempe taxare, & libere carpere. Δημητρίῳ δὲ κυνικῷ βλασφημοῦντος Οὐεσπασιανὸν, ἐμέλλετον ὁ Οὐεσπασιανὸς λεχθεῖσι αὐτῷ, ὅτι σὺ μὲν πάντα ποιεῖς ἵνα σε ἀποκτείνω, ἐγὼ δὲ κύνα ὑλακτοῦντα οὐ φονεύω. apud Dionem. Hoc unum ſufficiet exemplum caninæ conſtantiæ.

Et quidem ſub Nerone] Nimius labor eſſet, cum nullo operæ pretio, varias interpretum expoſitiones, ad hunc locũ referre, quum varæ omnes, nulla vera ſit. Simplicius fuerit & brevius, rectam lectionem, quam ex veteri libro eruimus & veram ex ea interpretationem ſubjicere. vetus is quo ſum uſus liber, habuit ſcriptum: *ſub Neronem.* nec aliter editiones Rhenani duæ. unica voce ſcribendum, ſtatim inde auguratus ſum, *Subneronem.* elegantiſſimo doctiſſimoque verbo *Subneronem* dixit, qui Neronem proxime accederet, ac Neroni ſimilis eſſet, quaſi parvum Neronem, eodem modo quo Cicero *Submarium* appellavit eum qui crudelitate Marium referret. lib.x.ad Atticum, epiſt. 1. *niſi forte iſte Submarius ei poteſt perſuadere, ut dum oratores eant, ac redeant, quieſcat.* ita olim Turnebus eleganter reſtituit, ex veteri ſcriptura, *Summarius.* Tertullianus *Subneronem* vocat Domitianum, qui Nero ſui temporis dictus eſt. idem in Apologetico, Domitianum, *portionem Neronis* vocat, quaſi puſillum Neronem: *tentaverat & Domitianus portio Neronis de crudelitate.* Auſonius de Domitiano:

----quem calvum dixit ſua Roma Neronem.

dicit igitur Afer noſter, caninæ conſtantiæ mandatum eſſe, & ſoli Cynico qui mortem rideat &

ſup-

Digitized by Google

ſupplicia, libertatem hanc & conſtantiam convenire, qua Cæſar aliquis Phyſcone impurior, & Sardanapalo mollior deſignetur, & Cæſar quidem Subnero, id eſt æque crudelis ut Nero, & portio Neronis de crudelitate. Domitianum ut dixi tangit. impurus quidem Phyſco, mollis Sardanapalus, ſed minime illi crudeles. at Domitianus præter quam quod & Phyſcone impurior, & Sardanapalo mollior fuit, idem tamen æque crudelis ac Nero extitit. quemobrem magnæ & caninæ conſtantiæ foret ei. vitia ſua exprobrare, eumque libere inceſſere, qui tam libenter occideret. Licet etiam paulo aliter interpretari, ut innuat auctor & Phyſcone ipſo impuriorem, & Sardanapalo molliorem Cæſarem aliquem deſignari poſſe, & quidem *Subneronem:* id eſt, non tam infamem quidem & probroſum, quam Neronem, ipſis tamen illis probroſiſſimis regibus propudioſiorem: quaſi dicat; non Nero ipſe nominandus eſt, ut Cæſar aliquis impurior Phyſcone, & mollior Sardanapalo deſignari queat, quem multis paraſangis Sardanapalos omnes & Phyſcones præteriſſe & ſupergreſſum eſſe conſtat; ſed Subnero ſufficit, & puſillus aliquis Nero, Domitianus nempe, qui licet impuritate & mollitie fuerit Nerone longe inferior, Sardanapalo tamen & Phyſcone his vitiis ſuperior fuit. qualem igitur putamus ipſum fuiſſe Neronem, ſi talis extitit, qui diminutivum tantum erat Neronis? Hoc ſignificat *Subnero*, quaſi puſillus ſcilicet Nero, ὑπὸ τὸν Νέρωνα. ſic enim Græci. Philiſtum hiſtoricum Cicero vocat, *puſillum Thucydidem.* Strabo Amaſiam ob meretricum greges, μικρὸν Κόρινθον.

Nec

Nec tepidior vis vanæ gloriæ mutandis induviis etiam vero salvo] Prima editio: *etiam viro salvo*. quod verum est. quid illis in mentem Criticis fuit, qui primi mutarunt? mentem sane Tertulliani non assequuti sunt. Superiores quas attigit, vestium mutationes, etiam virum cum veste mutabant. Achilles in virginem mutando, virum dissimulavit. Poëta:

Veste vir in longa dissimulatus erat.

Cleomachus cum in cinædum mutavit, virum non tantum dissimulavit, sed perdidit. at Alexander, quod jam narrare incipit, mutatis induviis, in veste Medica virum nihilominus retinuit. hoc est quod dicit, per vanam gloriam induvias mutari, etiam viro salvo. liber tamen noster, etiam heic *vero salvo* legit, corrupte. sic *oveculam* pro *ovicula* scribebat: *ne* pro *ni*: *speculum* pro *spiculum*. & similia ὄσα νόνις. eodem mendo depravatum Taciti insignem locum olim emendabam. de Messalina ibi sermo, quæ nupserat Silano palam & aperte: *igitur domus Principis turbaverat, maximeque quos penes potentia, & si res verterent, formido; non jam secretis colloquiis, sed aperte fremere, dum industria cubiculum principis occulit adulteros, dedecus quidem illatum, sed excidium procul abfuisse.* hæc postrema corruptissima sunt, quæ in libris scriptis ita concipiuntur: *dum histrio cubiculum principis exultat vero dedecus.* per parva mutatione totum locum sic restituo: *dum histrio cubiculum principis exultat, viro dedecus quidem illatum, sed excidium procul abfuisse, nunc juvenem nobilem dignitate formæ, juventa ac propinquo consulatu, majorem ad spem accingi.* Histrio ille, Mnester est, qui inter adulteros Messalinæ. *exultare* proprium histrionis, ἐξορχεῖσθαι. inde

inde eleganter *cubiculum principis exultare* dictus histrio, qui torum ejus persultabat, & uxorem stuprabat. *exultare* idem quod desultare vel persultare. Festus: *redantruare, dicitur in Saliorum exultationibus.* ubi *exultationes* sunt ὀρχήσεις vel ὀρχήματα. hoc est igitur quod palam querebantur domestici principis quibus volentibus non erat matrimonium palam contractum Messalinæ & Silani. nam antea cum inter adulteros Messalinæ etiam histrio cubiculum principis persultaret, viro quidem illatum decus, sed abfuisse excidium. *discidium* etiam legi potest, at nunc matrimonio isto, juvenis nobilis, opulenti, & proximo consulatu jam inflati, non dubie res novas adversus principem parari. ita igitur legendum, *viro quidem dedecus illatum.* nisi quis malit, *hero.* nam de domo principis erant, qui ista loquebantur. & hoc verius puto. sed hæc obiter. in viam redeamus.

Calor est omnis affectus] Quæ de motiunculis & febricitantibus ad hunc explicandum locum afferunt interpretes, ejusmodi sunt, ut quamlibet ardentem febrim restinguere queant, saltem refrigerare. nihil febris huc facit: nec calor omnis est febris. affectum vocat, animi πάθη. affectus sunt, amor, cupiditas, ira, libido, ambitio, & similia. qui affectus sine calore nunquam sunt. hinc cupiditate, ira, libidine incendi dicuntur, qui hujusmodi affectibus tenentur. ideo dicit, calorem esse omnem affectum. at cum affectus hic in affectationem flabellatur, de incendio gloriæ ardor est. affectationem vocat quidquid πρὸς δόξαν fit & quod in opinione sola consistit. hinc affectionem distinguit ab affectatione in libro de cultu fœminarum: *Ancillæ Dei vivi, conservæ & fo-*

tores

vores meæ, quo jure deputor vobiſcum, poſtremiſſimus omnium qui de meo jure conſervitii & fraternitatis audeo ad vos verba iſta facere, non utique affectationi ſed affectioni procurans in cauſa veſtra ſalutis. ambitio affectus eſt, hoc eſt πάθος, quæ tota in vanæ gloriæ affectatione poſita eſt. hic affectus, alias calidus, ut omnis affectus calor eſt, cum in affectationem flabellatur, & ventilatur, jam de incendio gloriæ ardor eſt, hoc eſt τῦφος, ſuperbia nimirum & animi inflatio. alluſit omnino ad nomen τύφος, quod ἀπὸ τοῦ τύφεσθαι, ab incendio derivatum eſt. nam τύφεσθαι eſt ἐκκαίεσθαι, ἐκφλέγεσθαι. hinc τύφος, vanæ gloriæ ardor. Heſychius: τύφος, ἔπαρσις, ἀλαζόνεια, κενοδοξία. ſequitur apud noſtrum: *habes igitur ex iſto fomite æſtuantem magnum regem, ſola gloria minorem.* ex iſto fomite, ἐκ τούτου τύφου φλεγόμενον. nam τύφος proprie eſt, fomes. τύφεσθαι enim ἡσυχῇ καίεσθαι Græci exponunt. varios affectus ſupra perſequutus eſt, qui multum valuerant in mutatione habitus inducenda. affectus matris & formido Achillem habitum mutare coëgit; Herculem libido, & amor Omphales; Cleomachum amor cinædi. poſt quas habitus mutationes ex illis affectibus productas, jam ad alium tranſit affectum, cujus vim tepidiorem non eſſe dicit mutandis induviis, quam in illis ſupra memoratis, immo etiam calidiorem, viro tamen ſalvo. Nam hic affectus, qui ambitio eſt, cum in affectationem, quaſi flabello excitatur, & ventilatur, non ſimplicem jam calorem eſſe, ut omnes ſunt affectus, ſed de incendio gloriæ ardorem exiſtere, hoc eſt τύφον. hic eſt ſenſus hujus loci, ſimplex & apertus, quem in calore febrium, haud ſcio an quartanarum fruſtra quæ-

ſivere

sivere docti suo judicio interpretes.

Vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste] Per Medicam gentem Persas intelligere manifestum est. sic & *Medica vestis*, erit vestis Persica. Medicam tamen vestem à Persica diversam facit Plutarchus in Alexandro, qui Magnum illum neutram harum vestium usurpasse tradit, sed medium quoddam genus inter utramque: Medica quidem moderatius modestiusque, Persica vero fluxius & inflatius. verba Plutarchi hæc sunt: ἡ μὲν γὰρ Μηδικὴν περιήκατο παντάπασιν βαρβαρικὴν καὶ ἀλλόκοτον ἔσαν, ἡδὲ ἀναξυρίδας, ἡδὲ κάνδυν, ἡδὲ πάρδην ἔλαβεν, ἀλλ' ἐν μέσῳ πνὰ τῆς Περσικῆς καὶ τῆς Μηδικῆς μιξάμενος ὃ πως, ἀτυφοτέραν μὲν ἐκείνης, ταύτης δὲ σεμνοτέραν. sed Medicam vestem Tertullianus heic accepit pro serica, more Græcorum qui *Medicam* vocarunt, quam posteriores *sericam*. sequitur enim de eadem veste: *pectus squamarum signaculis disculptum, textu pellucido tegendo nudavit, & anhelum adhuc ab opere belli, ut mollius, ventilante serico extinxit.* ubi quam Medicam vocarat, *textum pellucidum*, & *sericum* appellat. Procopius lib. 1. Persicorum: αὐτὴ δὲ ἐστὶν ἡ μεταξα ἐξ ἧς εἰώθασιν τὴν ἐσθῆτα ἐργάζεσθαι, ἣν πάλαι μὲν ἔλλινες Μηδικὴν ἐκάλουν, τανῦν δὲ σηρικὴν ὀνομάζουσιν. quæ eadem verba referuntur apud Suidam in voce Σηρική. idem Procopius 1v. Vandalicorum: ἐχρυσοφόρουν δὲ εἰς ὅπλισιν, καὶ Μηδικὴν ἐσθῆτα, ἣν νῦν σηρικὴν καλοῦσιν, ἀμπεχόμενοι. Haud dubium quin eo sensu Medicam vestem posuerit auctor. hæc est vestis quam Plinius ex Assyria bombyce texi solitam, solisque fœminis usurpatam scripsit. de qua nos supra.

Triumphalem cataphractam amolitus] Ita rescripserunt

ſerunt pro eo quod erat in veteribus, *cataphracten*. utrumque quidem rectum, ſed iſtud rectius quia Græcatius, & propterea magis ad Tertulliani genium ac ſtilum. ὁ καταφράκτης Græcum eſt, hæc *cataphracta* Latinum. atque ita Vegetius ſemper vocat. ſic ὁ χάρτης, *hæc charta*: ὁ κατασὴς, *hæc cataſta*: ὁ καταῤῥάκτης, *hæc catarracta*. & ſimilia ſexcenta. imperitiam igitur ſuam linguæ Græcę illi apud Vegetium produnt qui *cataphractam* Græce cenſent eſſe τὸ καταφράκτῳ. ſed longe illi imperitiores, qui ad hunc locum, *cataphractam* de thorace lineo accipiendum autumant, quia Plutarchus ſcribat tali lorica uſum Alexandrum in bello: quaſi Plutarchum ſequatur Tertullianus, aut quaſi Alexander loricam ex ferro ſuccuſam nullam unquam habuerit. Profecto tantum intereſt inter καταφράκτῳ, & θώρακα λινοῦν διπλοῦν, quantum inter loricam ferream & lineam. καταφράκτης autem ſive cataphracta, eſt lorica ex ferro. cataphractam pro lorica ferrea heic poſuiſſe ſatis profitetur auctor verbis illis quæ ſequuntur: *pectus ſquamarum ſignaculis diſcultptum*. nam loricam φολιδωτῷ aut λεπιδωτῷ manifeſto intellexit ex ferreis ſquamis ſuccuſam. χιτὼν φολιδωτὸς eſt ferreus, non lineus. etenim nullæ in thorace lineo ſquamæ. thoracibus autem illis lineis, quali uſum Alexandrum in præliis ſcribit Plutarchus, utebantur olim venatores, ut apud Pauſaniam legere eſt.

In captiva ſarabara deceßit] An non ridiculi ſunt interpretes, qui Alexandrum in ſuis braccis deceſſiſſe volunt? ita enim hoc verbum *deceßit* acceperunt, quaſi in ſarabaris ſuis mortuus ſit ille Magnus. qui hoc etiam peccarunt, quod *ſarabaram*

tam heic & numero unitatis, & ſexu ſequiore dictam putant, cum *ſarabara* ſint τὰ σαράβαρα, nec unquam aliter uſurpet Tertullianus. idem in libro de Trinitate: *cujus etiam cura & providentia Iſraëlitarum non ſinit, nec veſtes conſumi, nec viliſſima in pedibus calceamenta deteri, ſed nec ipſorum poſtremo adoleſcentium captiva ſarabara comburi.* decedere igitur hoc loco non eſt mori aut fato fungi, ſed de alto loco cedere, & faſtigio ſuo degredi ac deſcendere: quod fecit ſcilicet Alexander Magnus, dum à triumphali cataphracte in captiva ſarabara deceſſit, hoc eſt ὅτι ἐξ θριαμβικῆς καταφράκτης εἰς τὰ τῶν αἰχμαλώτων σαράβαρα ἀπεχώρησε, quaſi ab equis ad aſinos. ſic deceſſit in captivæ ac victæ gentis veſtem ab illo ſuo triumphali habitu, in quo ſcilicet de Medis ac Perſis triumpharat. ſignanter ad hanc rem exprimendam verbo *decedere* uſus eſt, quod μείωσιν, & ἔλλειψιν ſignificat, & quemdam, ut cum ipſo loquar, minoratum. *deceſſum* & *exceſſum* invicem oppoſuit in libro de anima: *omnis*, inquit, *natura aut defraudatione, aut enormitate reſcinditur, proprietate naturæ conſervatur. ita naturale erit ſtatu, quod non naturale effici poteſt deceſſu vel exceſſu.* per *deceſſum*, defaudationem intellexit: per *exceſſum*, enormitatem, & quidquid modum excedit: at *deceſſus*, eſt quidquid infra modum. Ergo Alexander à cataphracte triumphantis in habitum triumphatæ gentis decedendo, multum defraudatum ac deminutum ivit priſtinæ ſuæ gloriæ.

Pag. 22. *Pectus ſquamarum ſignaculis diſculptum.*] Squamarum ferreæ loricæ notis impreſſis ſignatum. *diſculptum*, ἀναγλυφέν. nam *diſculpere*, ἀναγλύφειν: ut *diſcribere* ἀναγράφειν. unde tabulæ

lineis discriptæ, τὰ διαγεγράμματα. quæ sequuntur, ita distingui & interpunci debent: *pectus squamarum signaculis disculptum, textu pellucido legendo nudavit, & anhelum adhuc ab opere belli, ut mollius, ventilante serico exstinxit.*

Textu pellucido legendo nudavit] A Plinio habet: *ut denudet fœminas vestis.*

Vt mollius] ὡς μαλακωτέρᾳ ὄντι. Græca figura. sic Horatius:

Et leporum avulsos, ut multo suavius, armos
Quam si cum lumbis quis edat.

ὡς ἡδύτερον ὄν. & apud Dolabellam in fragmentis Agrimensorum, *ut firmius:* ita autem ejus verba legenda sunt, quæ vulgo corruptissime leguntur: *vertices agrorum qui sunt in montibus lapideis tantummodo, & non potest in eis fodiri & terminus figi, inductis quadratariis, ut firmius quod naturaliter dolantes in montibus ex monte terminum eminentem constituerent, quam si cavarent.* ut firmius, inquit, quod dolantes constituerent in montem, quam si cavarent. ὡς περιωτέρᾳ καὶ μᾶλλον σαθερῷ ἰσυμένῳ. sic Cicero in Epistolis: *itaque habui noctem plenam timoris, ac miserius, tuis litteris nihilo sum factus certior.* pro, ac quod miserius est. & apud Horatium:

Vt melius quidquid erit pati. ὡς πολλῷ ἄμεινον.

Ventilante serico exstinxit] Perperam novissimus Pallii enarrator ex his verbis non restinctum paullisper fuisse pectus Alexandri & robur militare, ut opus belli, sed prorsus extinctum interpretatur. quæ interpretatio menti Tertulliani prorsus repugnat. ipsemet enim sibi contrarius esset, si ita sensisset, cum paullo ante dixerit, Alexandrum induvias mutasse viro salvo. Non simpliciter dicit hoc loco pectus Alexandri

dri extinctum fuisse, sed anhelum pectus ab opere belli serico ventilante extinctum. quibus verbis significat Alexandrum, ardorem & æstum pectoris ab opere belli conceptum, motu sericeæ vestis refrigerasse, & ventulo facto extinxisse. *ventilante serico*, id est ventulum faciente veste serica. Poëta nescio quis:

----tunica tenues arcessere ventos.

Ni illum vestis inflatior delectasset] Non satis, inquit, superbus erat, & inflatus animo Alexander, nisi etiam illum inflatior & superbior habitus delectasset. nescio quomodo parum huic loco mihi convenire videtur, nec satis mentem implere argutuli nostri Afri, hoc verbum *delectasset*. communis intelligentiæ sermo hanc aut similem loquutionem postulabat: *non erat satis animi tumens Magnedo, ni illum etiam vestis inflatior magis inflasset, & superbiorem fecisset*. cum ita loqui deberè videretur, ὡδὲ φρονηδονίαν dixit, *dejectasset*. nam ita legendum omnino arbitror, pro *delectasset*. revera enim dejectavit Magnum illum inflatior vestis potius quam extulit, aut majorem fecit. nihil verius hac lectione. proclive mendum, *delectare*, pro *dejectare*. sic apud Plautum *ablecta aedes*, pro abjectæ.

Vestis inflatior] ἐυθὴς σοβαρωτέρα, πομπικωτέρα, φαντασιώδεις, σημφώδεις, στεναὶ, πρόδοξοι, ἐξαλλοι, ἐξηλλαγμέναι, hujusmodi vestes dicebantur, ut è contra λιτοὶ καὶ ἄτυφοι, Latinis *humiles* & *exiguæ* vestes.

Audio enim & in purpura philosophatum] Quis esset hic in purpura philosophus quærentibus haud alius occurrere poterat, quam Aristippus, & ita jam olim qui ad hunc locum scripsere, senseranni

novi interpretes ut aliquid ipsi magis quod novum effet, quam quod melius, adferrent, de Gorgia Leontino & Hippia Eleo accipi maluerunt. qua ratione moti ita censeant, si perrogaretur eorum conscientia, haud aliam dicere possent, quam quia sententiam illam de Aristippo jam alii occuparant. *De Aristippo*, inquiunt, *non recte ista capias: non enim philosophus ille, sed parasitus.* Bona sane ratio. immo Aristippus in purpura virum, in aula philosophum retinuit. an Hippias aut Gorgias magis philosophi quam Aristippus? sophistas illos semper; nusquam philosophos dictos aut habitos memini. at σοφιστὴς vetus nihil aliud quam ῥητορικὴ φιλοσοφῶν. sane quo tempore nondum philosophi à sophistis re ac nomine distincti. ætate vero Gorgiæ Leontini hoc discrimen jam pridem natum notumque erat, & Gorgias illo ævo non in philosophorum numero, sed in sophistarum habitus. at si judicio stabimus hujusce belli Critici, male fecerit Diogenes Laërtius, qui in librum de vita philosophorum suum, non Gorgiam, non Hippiam rettulit, cum Aristippum rettulerit. scilicet illos pro philosophis non habuit, hunc vero quem philosophum fuisse negant, habuit pro philosopho. Adeo vero philosophus fuit Aristippus, ut etiam sectæ in philosophia novæ fuerit auctor & institutor, qui Cyrenaici ab ipso dicti sunt. nam & ipse Cyrenæus oriundo. Lucianus eum non solum unum de philosophis facit, sed etiam τῶ δοκίμων· τί γὰρ ἦν Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος ἢ οὐχὶ τῶν δοκίμων ἐκεῖνων φιλοσόφων;

Si philosophus in purpura, cur non & in buxa Tyria?] Hanc pulcherrimam Pallii Tertullianici laciniam

niam fœdissime lancinarunt, & inquinarunt fullones illi qui de novo poliendum & interpolandum ejus Pallium susceperant. nos antiquum nostrum hoc obtinebimus, ut posita veteris contextus textura, quæ sincera conservata est in antiquis libris, veram textoris manum qualis fuerit, elicere inde conemur. sic igitur habet illa tam in veteribus editis, quam in scriptis: *Si philosophus in purpura cur non & in baxa Tyrium calceari nisi auro non Græcatur decet atquin alius sericatus & crepidem eratus incessit, &c.* perpauxillo mutatu, immo pæne nullo, sola quippe interpunctione commutata, luculenter in priorem formam ista refici possunt in hunc modum: *Si philosophus in purpura, cur non & in baxa? Tyrium calciari nisi auro minime Græcatur. Dicet, atquin alius sericatus, & crepidem eratus incessit*, &c. Dixerat Tertullianus non adeo mirum videri debere, si Alexander sericum & purpuram gestavit, cum philosophi etiam quidam talem habitum gesserint. *si philosophus*, inquit, *in purpura, cur non & in baxa?* baxa genus calceamenti deaurati, & muliebris, ut postea dicemus. *Tyrium calciari nisi auro minime Græcatur*: hoc est, Tyriæ & purpureæ vesti haud alios calceos dari decet nisi aureos. Græcorum elegantiæ minime convenit, ut qui Tyrio induti sunt, aliter nisi auro calcientur. & sane qui purpurati erant, calceos ut plurimum deauratos gerebant. Lucianus de Baccho: ἢ τὸ μὲν σφατνιλάτλω αὐτῷ ἐφ' ἅρματος ὀχεῖσθαι παρδαλέων ὑπεζευγμένων, ἀγρίων ἀκριβῶς, ἀλλ' ἐπ' ὀλίγον χνοῶντα τὴν παρειάν, κερασφόρων, βότρυσιν ἐστεφανωμένον, μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένον ἐν πορφύρᾳ καὶ χρυσῇ ἐμβάδι. vides πορφυρίδα καὶ χρυσῆν ἐμβάδα. ex instituto Græcorum

simul jungi. Mulieres quibus purpura familiaris, etiam calceos inauratos habebant. Epictetus in Enchiridio : ἐὰν ὑπὲρ τὰ πόδα ὑποδῇς, κατάχρυσον ὑπόδημα, εἶτα πορφυροῦν, εἶτα κεντητόν. Lucianus in Philopseude : ἀλλ' ἡπατό με ὅτι πάλλα πάντα χαλεσάμην· αὐτὴ γάτερον τοῖν σανδαλίοιν χρυσοῦν ὄντων ἐ καταπαύσιμι. Apulejus Milesiarum lib. XI. *alius soccis obauratis, indutus serica veste, mundoque pretioso, & attextis capite crinibus, incessu perfluo fœminam mentiebatur.* qui consulatum capiebant sub Imperatoribus, ut purpura sive Tyrio vestiebantur, ita & auro calciabantur, ut apud Cassiodorum legere est. sic fere semper calcei aurati purpuream vestem sequebantur. *Tyrium* heic, pro Tyria sive purpurea veste, ut apud eumdem Tertullianum alibi : *in Tyrio & coccino*, pro, in Tyria & coccina veste. atque ita apud Plinium *Tyrium* sumitur. baxam autem, calceum esse deauratum testis idem Tertullianus his verbis, ex libro de Idololatria : *quot parietes signa desiderant? quot templa & ædes Iovi ædificantur? domus vero & balnea & insulæ quantæ? soccus & baxa quotidie deaurantur?*

Minime Græcatur] οὐχ ἑλληνίζει.

Dicet aliquis, atquin alius & sericatus & crepidam æratus] Ita restituimus ex libro. Dixerat auctor, moris non esse apud Græcos, ut quis purpuream ac de Tyrio vestem gerat, nisi & calceos ex auro idem gestiret. Nunc dicet, inquit, aliquis, extitisse philosophum, qui tametsi purpuratus sericatusque esset, minime tamen crepidas aureas gestaret, sed æreas. Respondet Tertullianus, id convenienter ab illo philosopho factitatum: nam qui bacchantia indumenta haberet, idem etiam

etiam cum cymbalis incedere debuit, ut bacchantibus indumentis aliquid ſubtinniret. Eleganter æreas crepidas, quales geſtavit Empedocles, cymbalis aſſimilat. cymbala enim ex ære rotunda & cava. unde apud Propertium, *æra rotunda Cybeles*, pro cymbalis. ad hanc formam proxime accedebant æreæ crepidæ. Inepte Pamelius putat auctorem alludere ad cymbala quæ bacchantium indumentis ſubſuebantur. neſcivit quid eſſent cymbala, & quomodo haberi ſolita in ſacris Bacchi. digne igitur cymbalis, hoc eſt æreis crepidis inceſſiſſe Empedoclem ſcribit Afer, ut aliquid ſubtinniret Bacchicis ejus indumentis, ſericæ nempe, & purpureæ veſti quam geſtabat. talis enim amictus Bacchantium proprius, καὶ ὀργιαζόντων, qui ſine cymbalo nunquam incedebant.

Et ſericatus] Purpuream tantum non etiam ſericam veſtem Empedocli ſumptam ſcribunt veteres. noſter & ſericatum & purpuratum fuiſſe vult. hoc eſt ſerico purpureo indutum. ſerica enim ut plurimum, tunc purpura tingebantur. non omnes tamen purpureæ veſtes ex ſerico, ut nec omnes ſericæ Tyrio tinctæ. ſed de his alibi.

Et crepidam aratus inceſſit] Vetus codex: *& crepidem eratus*. ita ſcribebant: *erare, aderare, & es. crepidem* autem maluit quam crepidam, quod ſic magis Græcaretur, ut cum ipſo loquar. κρηπὶς, κρηπῖδ&. ſic *cataphracten*, ἡ καταφράκτη poſuit potius quam *cataphractam. inceſſit* heic bis poſitum, & recte. nec enim alterum delendum eſt, ut vulgo cenſent. ita enim diſtinguendum & legendum: *Dicet, atquin alius & ſericatus, & crepidam aratus inceſſit? digne quidem, ut bacchantibus indumen-*

tis aliquid ſubtinniret, cymbalo inceſſit.

Vt bacchantibus indumentis aliquid ſubtinniret] Sericam & purpuream veſtem *bacchantia indumenta* vocat, τὰ τῶν βακχευόντων, καὶ ἐν τοῖς βακχεύμασι geſtari ſolita. talis ſiquidem Bacchi veſtis, & omnium ejus θιασωτῶν. Notiſſima res eſt, cum Dionyſius Siciliæ tyrannus Platonem invitaſſet ad ſaltandum ἐν πορφυρᾷ ἐσθῆτι, recuſaſſe eum cum hoc dicto;

οὐκ ἂν δυναίμην ἥλιον ἐνδῦναι φαλιόν.

τὸ δὲ Ἀρίστιππον λαβόντες, καὶ μέλλοντες ὀρχήσασθαι δι-σχόχως εἰπεῖν,

---- καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν

ἡγ' ἔσα σώφρων ἁλαφθαρήσεται.

purpurea igitur veſtis, eſt & mulierum, & bacchantium propria, de ſerico etiam ſuperius adnotavimus, muliebre fuiſſe geſtamen. Bacchantes, Gallantes, & hujuſmodi ceteri μητραγυρτοῦντες in purpureis & ſericis aureisque veſtibus & incedebant & ſaltabant. Clemens in Pædagogo lib. II. cap. X. εἰ δὲ καὶ ἄλλο τι θέοι χρῶμα ζητεῖν, τὸ μὲν τοφυὲς τῆς ἀληθείας ἀποχρῆ βάμμα, αἱ δὲ τοῖς ἄνθεσιν ἐοικυῖαι ἐσθῆτες, βακχικοῖς καὶ τελεσικοῖς λειπτέαι χοροῖς. ſic bacchici chori, & purpureis & coloriis veſtibus induti. Vetus epigramma ἐπὶ μητραγυρτοῦ:

χρυσοφόρῳ ῥήσασα καλὰ τύμπανα.

Bacchus ipſe apud veteres ſemper in purpureo ſericeoque amictu muliebrem in modum producitur. Lucianus de Baccho: ἐν πορφυρίδι καὶ χρυσῇ ἐμβάδι. κροκωτὸν ipſi quaſi peculiarem attribuebant, quæ tenuis erat ex ſerico veſtis. unde ille verſus apud Comicum:

ὁρῶν λέοντ' ὄντα κροκωτῷ κεκρυμμένον.

ubi

ubi vetus Scholiastes κροκώτην interpretatur, ὃ ἐστὶ πήνης ἔνδυμα, *sericum indumentum*. nam πήνιλον, pro serico dicebant. *crocotam* Latini vocarunt. quæ mulierum proprie vestis. Poëta:

—tenui succincta crocota.

inde & crocotam histrionibus, quasi proprium vestitum assignat Apulejus egregio loco, quem misere corruptum obiter heic corrigemus. in Apologia ita vulgo editur: *Quid enim si choragium thymelicũ possiderem, num ex eo argumentarere etiam uti me consuesse Tragœdi syrmate histrionis, crotalove ad Trieterica orgia, mimi centunculo?* pro *crotalo* notant in Florentinis membranis legi, *crocota*. totum illum locum sic emendamus & distinguimus, sublatis quibus inquinatus est, glossematis: *Quid enim si choragium thymelicum possiderem, num ex eo argumentarere etiam uti me consuesse Tragœdi syrmate, histrionis crocota, mimi centunculo?* pro *crocota*, sciolus aliquis reposuerat, *crotalo*, qui quid esset *crocota* nesciebat. inde alius glossamenti vice adposuerat, *ad Trieterica orgia*. quod postea in contextum irrepsit. *Histrio* proprie est pantomimus. atque ita apud Apulejum sumitur in eadem Apologia. ut Tragœdorum *syrma* proprium, sic pantomimorum sive histrionum *crocota*, cum fœminarum gestus exprimebant. Isidorus lib. XVIII. cap. XLVIII. *histriones sunt, qui muliebri indumento gestus impudicarum mulierum exprimebant*. Tragœdos, & histriones & mimos ibidem tribus distinctis ac diversis capitibus exponit. nam histriones, ut alibi notavimus, proprie pantomimi, & saltatores, qui crocotis & muliebribus vestibus induebantur. Tertullianus de Spectaculis: *ceterum cum in lege præscribit, maledictum esse qui muliebribus*

bribus vestietur, quid de pantomimo judicabit, qui etiam muliebribus curatur? sed de illo Apulejano loco, & tota hac re plura alias. *crocota* igitur vestis muliebris & Bacchica sive Bacchantium.

Quod si jam tunc locorum] Id est, tunc temporis. sic *ad hoc locorum.* veteres Glossæ D. Benigni: *ad hoc locorum, ad hoc tempus.* ita Symmachus utitur. sic apud Plautum in Truculento, *post id locorum.*

--- cum primis patrem,
Post id locorum matrem.

& in Pœnulo:

Post id locorum tu mihi amanti ignoscito.

& apud Sallustium, *ad id locorum.* sic *interea loci.*

In adyta Cloacinarum] In cloacas quarum præsides Cloacinæ. cum enim Tertullianus ceteri-que patres antiqui Cloacinam cloacarum præstitem velint esse, ex eo sequitur singulis quibusque cloacis suas præfuisse Cloacinas. tot igitur Cloacinæ, quot cloacæ. at venerem Cloacinam Plinius, non à cloacis quibus præesset, sed à *cluendo*, id est purgando denominatam asserit. atque inde quoque *cloaca*, sive *cluaca* dictæ. Hæc ratio est cur Cloacinas dixerit Afer, non Cloacinam. nam secundum ejus sententiam singulæ cloacæ suas habuere Cloacinas. Sciendum est autem præter sacrum illud Cloacinæ, quod in foro erat, ad lacum Curtium, fuisse etiam ædiculam Cloacinæ in quinta regione urbis Esquilina, ut apud Sextum Rufum legitur. templum Veneris Cloacinæ in quarta regione urbis collocatur apud Onuphrium prope templum Pacis.

Pag. 23. *Vt qui se cælitem deliraret, sorores prius suas, deinde homines deas salutaret*] Quorsum hæc dicat Tertullianus, aut quid omnino hoc loco

loco dicat, non satis intellexerunt interpretes: itaque unus hic locus est ex illis, quos perverse interpretati sunt. sed lectio prius recte constituenda est, de expositione deinde videbimus. scribendum: *ut qui se calitem deliraret, sorores prius suas, dehinc homines Deus salutaret.* respexit ad illos versus Empedoclis quos initio καθαρμῶν præfixerat quibus cives suos Agrigentinus salutabat, deum apud illos se faciens. versus hi sunt:

Ὦ φίλοι οἳ μέγα ἄστυ κὴ ξανθῆ Ακραγάντος
Ναίετ' ἄνεφις πόλεως ; ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
Χαίρετ' ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητός
Πωλοῦμαι μὴ πᾶσι τετιμένος.

in principio igitur Catharmorum cives suos salutat, & simul pro Deo apud eos se venditat. hinc explicandus hic locus. Diogenes, inquit, si tempore Empedoclis vixisset, ut vixit ætate Platonis, non toros Empedoclis cænulentis pedibus calcasset, ut Patonis fecit dum fastum ejus hoc facto se calcare profitetur, sed totum Empedoclem in Cloacinarum adyta, hoc est in cloacas, præcipitem dedisset. Nec sine ratione hoc fecisset Diogenes. cum enim Empedocles cælitem se esse deliraverit, par erat ut sorores prius suas Cloacinas deas, dehinc homines salutaret. in Cloacinarum utique adyta jactatus à Diogene deas ac sorores suas deus salutasset, dehinc homines, postquam ex illis cloacis extractus fuisset. Hæc Tertulliani sententia est. nam de Ætna & crateribus in quos desiluisse Empedoclem fama est, ne in somnis quidem hoc loco cogitavit Pœnulus noster. Nunc illud quæsitu maxime dignum est, cur sorores Empedoclis Cloacinas

nas vocarit, aut cur omnino glorioſi alicujus,& jactanticuli ſorores Cloacinæ appellari poſſint. notus eſt Plautinus verſiculus ex Curculione:

Qui periurum convenire vult hominem, mitto in comitium;
Qui mendacem glorioſum, apud Cloacinæ ſacrum.

ſed quare mendaces & gloriofi in Cloacinæ ſacro quærendi? aut quid Cloacinæ cum glorioſis, ut eorum præſes ac patrona haberi videatur? Turnebus aliique nonnulli putant *Cluacinam*, cum dicta ſit à cluendo, quod celebrari, & inclutum eſſe ſignificat, idcirco glorioſorum & alazonum patronam habitam eſſe, & eorum omnium qui in ſuis laudibus jactandis multi ſunt. Sed pace doctiſſimi hominis dixerim, non ita eſt. Abſurdum quippe eſt cum cloacarum præſidem intelligis, *Cloacinam* dicere; cum gloriæ animalium patronam, *Cluacinam* ſcribere. Nam *cloacæ* ſunt *cluacæ* ab antiquo verbo *cluere*, quod purgare ſignificat. & utroque modo hæc vox ſcribebatur. alia igitur quærenda eſt ratio. nihil odioſius aut putidius hominis glorioſi, ac ſemetipſum laudantis oratione. nullum æque ἄχθομα auribus ingratum accidit. hic *putidi*, & *ſtercorei*, ejuſmodi homines vocabantur, nihil enim ſtercore σικχασιτώτερον. Plautus in Milite glorioſo:

Qui hinc ad forum abiit, glorioſus, impudens,
Stercoreus, plenus perjurii atque adulterii.

Hinc Græcis κομπεία, μύξα, βλέννα, κόρυζα, pro jactantia. & κομποφόλογοι, κομπεῖοι, κορύζης μεστοί, κορυζῶντες, jactantes & ἀλαζόνες. unde κορύζης παῦσαι apud Lucianum, ſuperbiam alicui demere. & κόρυζα, pro tumore & ſuperbia apud Nicetam. κόρυζα ἰταλικὴ, *faſtus Italicus*. μύξαι pro eodem

eodem dixerunt. inde μύξος alazon & glorioſus. Proverbium, βαβαὶ μύξος, ἐπὶ τῶν μεγαλαυχούντων. cujus proverbii originem perperam deducunt ab aliquo Cereris ſacerdote Myxo, qui talis fuerit. nam μύξος eſt μυξώδης. κωμῳδολόγοι & κωπῖαι iidem dicebantur. Ariſtophanes:

Ἄνδρες κωμῳδολόγοι σκληπάζεσθε πρὸς θεῶν.

Scholiaſtes vetus: τοῦτο πρὸς τοὺς ῥήτορας ὑποπίπτει, Δημοσθένην αὐστηροὺς ὡς λοιδόρους καὶ μυσαροὺς, καὶ ἐνδοξολογουμένους. Diogenes vocabat rhetores, δόξης ἐξαυθημάζοντας. nugatores & futiles. σκαπτοφάγοι etiam dicti. Mnaſeam Colophonium τῶν παιγνίων ſcriptorem Epicharmus σκαπτοφάγον καὶ ἑδεσλυχνὸν appellat, ut apud Athenæum habetur. Rhetores, ſycophantæ, rabulæ, ſcurræ, & hujuſcemodi tota hominum natio, qui multa ac magna promittunt aç minantur, miraque de ſe prædicant, κωμῳδολόγοι & κωπῖαι vulgo appellati. Suidas: ἀγορανόμοι οἷς ἐμέλλε πρέπειν τῶν αὐλητρίδων καὶ ψαλτριῶν καὶ κωμῳδολόγων. Ariſtophanes in Equitibus:

Νὴ τὸν Ποσειδῶ πρὸς ἐμὲ τοῦτό γε εἶπ' ἀνὴρ κόπριος,
Οὐ γάρ ποθ' ὑμεῖς δεόμενοι γλύεσθε πυρρίαι;
Καὶ νὴ Δί' ἰοὺ ἰοὺ καὶ τοῦτο Πυῤῥάνδρα μηχάνημα.

Scholiaſtes: Κόπριος ἀνὴρ ὡς δοτὸ δῆμος· λέγει δὲ τὸν κωμῳδολόγον. Κύπριος νῆσος τῆς Ἀττικῆς, ὅθεν τὸ ἐθνικὸν Κύπριος· παίζει δὲ ἐν τῇ τῶν ὀνομάτων ὁμοιότητι. κόπριος igitur & κωμῳδολόγος idem. Sed & πυῤῥάνδρα nomen de ſycophanta finxit idem Comicus à voce πυῤῥὸν, qui color eſt ſtercoris humani. unde apud eumdem πυῤῥὸν pro ſtercore ἐν Ἐκκλησιαζούσαις:

Τί τοῦτό σοι τὸ πυῤῥὸν ἐστίν; ὅπου πᾶ

Κυνη-

Κινησίας σε καταπετίληκε πόθεν;

inde πυῤῥαυδρος, ὁ συκοφάντης καὶ κάπηλος. nugatur vetus interpres qui ἀπὸ τῆς Πυῤῥίας, quod erat sycophantæ cujusdam nomen, formatum à Comico putat. inde proverbium, βῦς Κύπριος, ἐπὶ τῶν εἰκαίων καὶ κωμῳδουμένων, in vanos & coprias. nam βῦς Græce pro inflato & vaniloquo ponebatur. Callimachus:

Ἦλθε δὲ Πελλαῖος βῦς μέγας εἰς ἀϊδλιν.

Hinc *copriæ*, οἱ κάπηλοι, apud Suetonium scurræ sunt, qui deridiculi gratia vana multa de se jactabant, & pollicebantur: unde & verbum *incopriare*, pro circulatorem agere, & fumos vendere. quod & *fumare* dicebant, ut Græci καπνίζειν. Glossæ Isidori: *scurra, qui incopriat.* in aliis Glossis: *scurra, qui fumat.* idem Isidorus: *circulator, qui fumat.* sic nugatores, mendaces & vaniloquos, coprias vocabant. ita Cyprianum olim gentiles quidam *Coprianum* una littera mutata appellarunt, quod aniles, ut ipsi volebant, fabulas, & multa mendacia suis scriptis inseruisset. Lactantius lib. v. de Justitia: *audivi ego quemdam hominem sane disertum, qui eum immutata una litera Coprianum vocaret, quasi quod elegans ingenium, & melioribus rebus aptum ad aniles fabulas contulisset.* qui *Caprianum* in Lactantio legunt, falluntur. *Aretalogi* ab eadem re dicebantur hujusmodi scurræ. Juvenalis:

---- *ut mendax aretalogus.*

quod enim multa falsa de suis virtutibus prædicarent ad risum tollendum, sic scurrarum quoddam genus appellatum. Suetonius in Augusto: *nam & ad communionem sermonis tacentes, vel submissim fabulantes provocabat, & aut acroamata, aut histrio-*

nes,

Digitized by Google

nes, aut etiam triviales ex circo ludios, ac frequentissime aretalogos interponebat. iidem & ὁμηρίσται in veteribus Glossis: *Atellani*, σκηνικοὶ, ὁμηρισταί. nam ὁμηρίζειν αὐλῷ & ψάλτῃ ponebant veteres, ut & ἡσιοδίζειν. & νεανικολόγοι iidem quod ῥητορολόγοι. vetus scholiastes Juvenalis, ad illud, *Planipedes audit Fabios: Nobiles neanicologos.* quid νεανικὸν Græci appellant notum est Græce peritis. *paradoxi* etiam & *paradoxologi* dicti. idem scholiastes: *Siparium velum est sub quo latent paradoxi cum in scenam prodeunt.* Suetonius de Rhetoribus: *ordinarium eum appellat, deridens ut inflatum ac levem & sordidum.* perperam vulgo legitur *hordearium*, cum veteres omnes ibi habeant, *ordinarium.* Ordinarius apud veteres scurra dicebatur. Festus: *Ordinarius, homo scurra & improbus.* sed de his alibi. scurras mimarios & scenicos, placentariosque *buffones* hodie vocamus. atque ita veteribus vocabantur, quod buccas inflarent in mimo alapis accipiendis, ut validius sonarent. Adamantius Martyrius: *buso,* ὁ φυσίγναθος. aliter buccas inflabant οἱ καυχητῇ & Thrasonidæ. Persius:

Hinc mendosa cavi spirant mendacia folles.

Hinc *saccibucces* Arnobio qui buccas naturaliter tumidas & inflatas habent. lib. III. *hos dissolutis naribus, illos resimis: nonnullos turgentibus malis, aut buccarum cumulatione saccibucces.* perperam hodie in editionibus omnibus scribitur, *sacrivoces.* Græci ἀσκογνάθους vocant. Hoc modo scurræ etiam *bufones*, hoc est φυσίγναθοι dici possunt, inflati nimirum & jactanticuli, & futiles. Sed ut tandem finiamus, καυχηματίας omnes, & glorioſos, κομπείς & κομῳδολόγους vocabant. nullum siquidem βδελυρώτερον καὶ μυσαρώτερον ἀκρόαμα. hinc Cloacinas

cinas quæ Latinarum & cloacarum erant præsides, hujusmodi stercoreorum ac putidorum hominum patronæ censebantur. inde eleganter hoc loco Tertullianus Empedoclis hominis γόητος ac putide glorioſi, & qui se Deum haberi volebat, sorores Cloacinas esse finxit. Nam qui deus erat, deas utique habuit sorores. sed talis deus, haud alias habere debuit sorores deas, quam stercorum, & latrinarum magistras, qui tam stercoreus esset ipse ac putidus, ut Deum se jactare non dubitarit. quam magis sese extollebant, hujusmodi gloriæ animalia, tam magis deprimebantur apud veteres, & rerum sordidissimarum & abjectissimarum vocabulis appellabantur. nam κοπρίοι dicebantur. ἀδὲν ἐμβληπότερον κοπρίου. Hæc etiam ratio reddi potest, præter eam quam supra adduximus, quare sic vocarentur.

Et acie figere, & manibus destinare, & nutu tradere merito sit] Hæc tria similiter simul junxit Apulejus lib. III. oculos, manus & nutus: *Nec quî laverim, quî terserim, quî domum rursum reverterim præ rubore memini. sic omnium oculis, nutibus, ac denique manibus denotatus impos animi stupebam.* & lib. II. *ac dum directis digitis, & detortis nutibus præsentium denotor, dum risus ebullit, inter pedes circumstantium frigido sudore perfluens evado.* hujusmodi derisiones, quæ oculorum & nutuum, & vultus aliqua conformatione, aut omnino digitorum manuumque gestu fiebant, aut labiorum ductu, sine ullo verbo aut dicto, *sannæ* vocabantur. Græce μῶκοι. de quo diximus ad historiæ Augustæ scriptores. vide Persium & ejus interpretes. hinc vultus distortiones ad pueros ploratores terriculandos, *sannæ* Arnobio lib. v. insigni loco, sed valde

valde depravato; nam ita vulgo editur: usque adeone mortales seculi illius ac temporis corde fuerant vacui, rationis sensusque nullius, ut ab actionibus improbis tanquam parvuli pusiones personarum monstruosissimarum torvitates, annis etiam constringerentur & manus? nihil inquinatius. ad quem locum tamen silent, quasi monstruosa aliqua torvitate constricti, boni fidique interpretes. scribo: *ut ab actionibus improbis, tanquam parvuli pusiones personarum monstruosissima torvitate, sannis etiam constringerentur, & manus. mania* turpes deformesque personas esse, aut larvas quas nutrices minitantur pueris, ex Festo sciunt docti. sannæ sunt ridiculæ aut etiam horribiles vultus distortiones, quas *grimacias* vulgo dicimus quibus pueruli terrentur. Hinc *sannio*: qui facie magis quam facetiis ridiculi sunt.

Digito destinare] Digito destinare hoc loco idem est quod digito designare, digito directo aliquem monstrare ac denotare. male itaque ille qui *destinare infamiæ* interpretationis vicem in suis glossematis addidit. *destinare* simpliciter pro designare. Paulus apud auctorem qui leges Mosaicas & Romanas inter se comparavit: *certum dicit qui suo nomine demonstrat injuriam, neque ita ut per disjunctionem hoc aut illud accidisse comprehendat, sed ut necesse habeat, aut unam nomine suo rem destinare, aut plures ita complecti ut omnes eas accidisse cogatur probare.* perperam legitur, *nomini suo rem destinare.* nec melius vir apprime doctus, qui malles, *nomine suo rem designare.* Sic idem Paulus lib. xv. ad Sabinum, D. de servitutibus: *si mihi concesseris iter aqua per fundum tuum non destinata parte*, id est, non designata. Marcellus lib. iii. Digestorum, D. de verb. oblig. igitur *si de aliquo tritico cogitaverit*, id

ereribus
Artemi-
vestem
rorsus
lici fa-
xuoso
in tri-
rtuo-
tione
onge
estis?
t quî
d no-
ipra,
st pla-
trocì-
r cor-
& de
arum
alio
ve-
uxu,
i flu-
drus,
Hunc

Digitized by Google

est certi generis, certæ quantitatis, id habebitur pro expresso. alioquin si cum destinare genus & modum vellet non fecit, nihil stipulatus videtur. Sic apud Cajum, D. eodem: *si servus aut filius familias ita stipulatus sit, illam rem aut illam, utram ego velim, non pater dominusve, sed filius servusve destinare de alterutra debet.* ita *destinare digito*, heic apud nostrum est δακτυλοδεικτεῖν. variæ autem sunt ad deridendum aliquem digitorum formationes, præter simplicem qua designatur ac denotatur aliquis, eorumdem directionem. *fanna* proprie os distortum cum vultu significabat; manuum tamen etiam digitorumque gesticulatio ac formatio ridicula, ad subfannandum aliquem facta, ita vocabatur. Hinc *ciconia* genus fannæ, quum ciconiæ collum manibus fingebatur. de qua apud Persium. Asininarum aurium significatio stupidum & asinum ostendebat. improbi & obscæni medio digito, aut manibus in obscænum modum formatis deridebantur. Viri quorum uxores mœchabantur, corniculorum ostensione, hoc est duobus digitis ad corniculorum instar erectis. leges Longobardorum Græce versæ in codice manuscripto Regiæ Bibliothecæ: ὁ δὲ τὸν ὠώγωνα μαδίζων τύπτεται ἀλλακτὸν, ὅ ἐστιν ἑβδομήκοντα φεργέλια· ὁ ὑβρίζων κερατορίων δείξει, λαμβάνει ἀλλακτὰ ἕξ. ideo autem hujusmodi corniculorum ostensio contumeliosa censebatur, quia κερασφόρους vulgo vocabant tunc, eodem quo nos hodie sensu, qui uxores impudicas habebant. Lucillii epigramma est, εἰς κερασφόρον γεμμαλιηόν.

Νῦν σὺ δίδασκε λέγων Πάριδ' κακὰ καὶ Μενελάου
Ἔνδον ἔχων πολλὰς σῆς Ἑλένης Πάριδας.

ita

ita enim epigrammatis lemma ex veteribus membranis restituendum. notum illud Artemidori: ἡ γυνὴ σε παρυδοῖ, ἢ τὸ λεγόμενον κέκρυπται σοὶ ποιήσει. de quo nos alibi plura.

Prorsus si quis Mæandrico fluxu delicatam vestem humi protrahat] Non ignoro, ut nemo prorsus nescit, Mæandros à veteribus in vestibus dici fascias & ornaturas, quæ extremas oras flexuoso circuitu ambirent. unde Mæandri quoque in triglyphis, picturæ genus erat, ab eadem tortuositate dicti, sed nullo modo possit ea notione heic sumi. si *flexu* legeretur, aliquid esset: longe aliud est, *fluxus*. an fluxus pro laxitate vestis? verum quid illi laxitati cum Mæandro, aut quî Mæandrica dici posset? præterea *fluxus* apud nostrum semper pro mollitie sumitur. unde supra, *de viro fluere*. & in libro de spectaculis: *& est plane in artibus quoque scenicis Liberi & Cereris patrocinium, quæ privata & propria sunt scenæ de gestu & corporis fluxu*. quod jam supra observavimus. & de habitu muliebri: *discutiendæ enim delicias, quarum mollitia & fluxu fidei virtus effœminari potest*. nec alio sensu fluxum heic posuisse existimandus est. vetus noster, & antiquæ editiones *Menandrico fluxu*, legunt. quæ verissima est lectio. Menandri fluxum & delicias versibus his describit Phædrus, ad quos sine dubio allusit Afer.

Quinetiam resides, & sequentes otium
Ne defuisse noceat, repetunt ultimi.
In quis Menander nobilis comœdiis
Quas ipsum ignorans legerat Demetrius,
Et admiratus fuerat ingenium viri,
Vnguento delibutus, vestitu affluens,
Veniebat gressu delicato & languido.

Hunc ubi Tyrannus vidit extremo agmine,
Quinam cinaedus ille in conspectu meo
Audet venire? responderunt proximi,
Hic est Menander scriptor.

Menandrico igitur *fluxu vestem delicatam humi protrahere*, nihil aliud est quam Menandri comici more, vestitu delicato & fluente humum verrere, & Menandri delicias imitari in veste delicata & molli trahenda. respexit ad illum versiculum:

Unguento delibutus, vestitu affluens.

Delicatam vestem] Μαλακὴν ἐσθῆτα. ita Græci vocant. Diogenes Laërtius de Heraclide Pontico: ἔτρεφε δὲ ἐσθῆτι μαλακῇ ἐχρῆτο καὶ ὑποφόρῳ λιπὶ τὸ σῶμα· ὥστε καὶ τὸν ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν μὴ Πονλικὸν ἀλλὰ Πομπικὸν καλεῖσθαι.

Audiat pone se quod & comicus] Haud mirum in falsa lectione falsam quoque interpretationem excogitavisse interpretes. nam quod in mimum aut comicum syrma trahentem hoc dictum quod sequitur, accipiunt, id prorsus caret ratione. versus est ex aliqua comœdia Menandri in eum factus qui fluxam vestem delicatorum more humi protraheret. legendum igitur, sicut correximus: *audiat penes se & comicus.* quam conjecturam ex vestigiis veteris scripturæ eruimus quæ habuit: *audiat pones se & comicus. pones* pro *penes*: ut *exodoratas* pro *exeduratas*: *domum* pro *demum*, & similia. hoc enim genere mendæ sæpe in hoc libello describendo peccarunt librarii. Menander Comicus ut ex versibus Phædri quos ante adduximus, patet, molles & fluentes gerebat vestes, & tamen idem in aliqua comœdia cinædum, ac delicatum quemdam qui simili veste humum verrebat, hoc versu tetigerat:

Qua-

Qualem demens iste chlamydem disperdit?
Οἵαν ἀνόητ' ὃδε χλαμύδα διαπνέει;

si quis igitur, inquit satyrice Tertullianus, delicatam & ad talos usque fluentem vestem humi trahat, audiat penes se & comicus, hoc est Menander, versum illum quo demens appellatur, qui talem vestem gerat: & sic dictum in semet ipse accipiat, quod in alium dixit, ac suomet ipsius gladio juguletur. nam & ipse chlamydem suam sic disperdebat humi protrahendo. dementem itaque semet ipsum illo versu Menander appellavit. confirmat hæc lectio, legendum esse, *Menandrico fluxu.*

Enimvero jam dudum censoriæ intentionis episcynio dispersо quantum denotatui passivitas offert?] Totus hic locus distinguendus sicut posuimus: *enimvero jam dudum censoriæ intentionis episcynio dispersо quantum denotatui, passivitas offert libertos in equestribus, subverbustos in liberalibus,* &c. ex quo, inquit, censores jam nulli sunt, nisi nomine, & censorium munus quod in notandis indignis & probrosis positum erat, prorsus cessavit, passivitus videre est, in equestribus libertinos, in liberalibus mastigias & verberones, & omnia rerum, & graduum ordinumque discrimina confusa. *quantum denotatui,* id est quantum ad denotandum, quod erat olim censorum officium. sic infra, *quantum nomini,* pro quantum ad nomen: *Hæc pro pallio interim, quantum nomini; cum ita sit, jam vero & de negotio provocat.* & in Apologetico, *quantum denominationi.* sic enim ex libris scribendum: *Christianus vero quantum denominationi, de unctione deducitur.* id est, quantum ad denominationem. ita hoc loco, *quantum denotatui. denotare* Tertulliano pro simplici *notare,*

quod erat censorum proprium. hi sub Imperatoribus nomen tantum habuere non rem, nec notandi jus. immò Imperatores quidam perpetuam censuram gessere, sed nomine fere tantum tenus.

Censoriæ intentionis episcynio dispersos Ἐπιτόνως vel Ἀπεσίτως πυκτικῶς, qui intente & attente aliquid agunt, frontem & supercilia contrahunt; qui remissius, frontem porrigunt, & rugas dispergunt. *episcynium dispergere*, qui contrarium est, Ἀπισώνιον σωλάγιν. Aristophanes, Φιλῶν Ἀπισώνιον σωλάγων. Nugantur interpretes, qui *intentionem* heic accipiunt de supercilio intento & alte sublato. intentio est ἀφορμὴ & Ἐπίτονος quæ censores maxime decet, qui diligenter intendunt singulorum moribus inspiciendis & explorandis notandisque.

Passivitas offert libertinos in equestribus] Ita interpungendum. id est, passim offeruntur, & occurrunt libertini in equestribus sedentes. pessime hæc acceperunt interpretes. *passivus, passivitas, passivitas*, verba sunt Tertullianica: *passivi amatores* Firmico, volgivagi. *Lib. 6. Mathes. c. 7.*

Subverbustos in libertinis] Verbustos proprie ὁ μαστιγίας. unde & *subverbustus*, ab antiquo verber, aut verbus, *verbastus*: ut à robur, *robustus*. Δερτὸς Græce verberatio, Æolice βερτὸ unde Latinum, *verbur*, aut *verber*. Æoles enim delta in beta commutant, ut βελφῖνες, βελφὶς & in μ, ut βρότος pro δρότος, conjunctio & conciliatio. fallumtur qui *verbustum* quasi verberibus ustum interpretantur, *verbustus* proprie est verbero, & mastigia.

Habes spectare quod & Cæcina Severus gravior se-

natui

natui impreſſit, matrona ſine ſtola in publico] Dolet tam malo fato fuiſſe gloſſatores, correctores & commentatores hujus opuſculi, ut ne ſemel quidem verum tetigerint. *matronam in publico*, accipiunt publicam, & omnium amicam. quæ expoſitio non ſolum contra Tertulliani mentem eſt, ſed etiam adverſus Latine loquentium uſum. *in publicum prodire, in publico conſpici*, quis neſcit quid ſit, & quo ſenſu Latine accipiatur? Tertullianus paulo infra: *ipſas quoque jam lecticas queis in publico quoque domeſtice ac ſecrete habebantur, ejeravere.* an *publicum* quoque ibi ſumemus pro publica & meretricia profeſſione? nihil abſurdius aut magis nugatorium. Non illud igitur in ſenatu Cæcina dixit, matronam quæ ſine ſtola eſſet, meretricem & publicam omniumque amicam eſſe. nulla ſiquidem tunc matrona non meretrix & publica fuiſſet. nam omnes ſine ſtola in publico tunc ſpectabantur. & hoc eſt de quo in ſenatu conqueſtus eſt, & quod tam graviter ſenatui oratione ſua impreſſit Severus, quod matronæ ſine ſtola in publico viſerentur, & ſine ſtola ac matronali habitu in publicum prodirent. ſed leviter corruptus hic locus atque ita corrigendus: *converte, & ad fœminas, habes ſpectare quod & Cæcina Severus graviter ſenatui impreſſit, matronas ſine ſtola in publico.* ſcripſimus tantum *matronas*, pro *matrona*. Tranſi, inquit, jam ad fœminas, habes ſpectare, hoc eſt ſpectabis matronas ſine ſtola in publico, quod Cæcina Severus olim graviter ſenatui impreſſit. tempore Tertulliani matronæ non amplius erant ſtolatæ, & ſine matronarum inſigni paſſim in publicum egrediebantur. quem habitum jam à temporibus Cæcinæ Severi deſuefe-

erant. de quo ille apud Senatum olim queſtus eſt. infra: *at nunc in ſemetipſas lenocinando, quo planius adeantur, & ſtolam & ſupparum, & ipſas quoque jam lecticas & ſellas queis in publico quoque ſecrete ac domeſtice habebantur, ejeravere.*

Graviter impreßit ſenatui] Graviter inculcavit, impreſſe dixit apud Senatum. σφόδρα καθήψατο. *imprimere*, εἰς βάθος καθίκεσθαι. unde apud eumdem, *imprimere vulnera non oſtendere.* & *impreſſe recogitare.* in exhortatione ad caſtitatem: *alte, impreſſe recogitandam eſſe dico Dei voluntatem, quid etiam in occulto velit.* & in Apologetico: *ſed quo plenius & impreßius, tam ipſum quam diſpoſitiones ejus & voluntates adimemus.* ſic & *impreſſe dicere* in libro de carne Chriſti: *Adeo nihil animale ſine ſenſu, nihil ſenſuale ſine anima, & ut impreßius dixerim, anima anima ſenſus eſt.*

Pag. 24. *Quæ ſe ita exauctoraſſet pro ſtupro erat pœna*] Tralatio à militibus, qui ſacramento ſoluti, depoſitis inſignibus, & cingulo militari, *exauctorari* dicebantur. ſic matronæ quæ quaſi ſacramentum pudori caſtitatique dixere, exauctorare ſemetipſas dicit cum inſignia ſua deponunt, & illos habitus exuunt, in quibus pudori militabant litabantque; quod & ſequentia fere confirmant: *ejeravere cuſtodes pudicitiæ habitus*, interpretum commentationes de auctoratione monomachorum, commenta ſunt & deliramenta. *matrona*, inquiunt, *quæ ſtolam ſumit, quaſi auctorat ſive vendit ſe ſtolæ ac pudicitiæ.* δότε μοι λεπάδιον.

Queis in publico quoque domeſtice ac ſecrete habebantur] De lecticis ac ſellis mulieb[illegible]bus, quibus matronæ vectabantur, atque in publico etiam ſecrete habebantur, quidquid dici docerique potuit,

tuit, jam à doctis dictum est. Antiquis porro sellis lecticisque quæ servorum humeris imponebantur, succesſere basternæ, matronarum quoque vectabula, quæ ab animalibus non ab hominibus bajulabantur. basternæ illæ non minus ac lecticæ, matronas in publico etiam secrete ac domestice habebant. epigramma vetus, de basterna:

Provisum est caute ne per loca publica pergens
Fuscetur visis casta marita viris.

Crepidulum & caliendrum] Caliendrum capitis ornamentum muliebre. & ex Græco descendit quod est καλύπτρον, Latine *caliendrum*. nam Latini *u* in *e* mutant, ut μαστύη, *mattea*: & ex duplici lambda alterum in jota eliquant, ut ἄλλος, *alius*: ἄλλω, *salio*: φύλλον, *folium*. sic καλύπτρον, *caliendrum*. sed de his alibi pluribus in Etymologico nostro.

Adspice lupas popularium libidinum nundinas, ipsas quoque fictrices] Fictrices non sunt quod esse sibi perperam persuasere interpretes. una litera minus legendum, *fictrices*. atque ita plane vetus liber, & antiquæ editiones. *fictrices* quoque alibi nominavit auctor, quas etiam ibidem in *fictrices* refinxerunt Critici. de resurrectione carnis: *& tamen calicem non dico venenarium in quem mors aliqua ructarit, sed fictricis vel archigalli, vel gladiatoris aut carnificis spiritu infectum, quæro an minus damnes quam oscula ipsorum?* ita eo loci omnes libri scriptum exhibent, non *fictricis*. *fictrices* sunt sagæ, à simulacris cereis quæ fingebant, & aliis magicarum artium figmentis sic appellatæ. Ovidius de saga:

---simulacraque cerea fingit.

simulatrices eadem dicebantur ab eadem ratione.

Festus : *piatrix dicebatur sacerdos, quæ expiare erat solita, quam quidam simulatricem, alii sagam, alii expiatricem vocant.* Valerius :

---- & Æao simulatrix littore Circe.

per *fictrices* autem lenas intelligit, & ideo cum meretricibus recte eas heic jungit. nam apud veteres omnes lenæ, sagæ etiam censebantur, & vocabantur. apud Propertium & Tibullum & Ovidium lenæ sagæ sunt, & φαρμακίδες. *saga* itaque pro lena apud antiquos. Lucillius apud Nonium :

Ætatem & faciem, ut saga, & bona conciliatrix.

Nonius ipse : *saga mulieres dicuntur fœminæ ad libidinem virorum indagatrices ; unde & sagaces dicuntur ferarum vel animalium quæsitores.* Glossæ : *saga*, φοιτὰς, φαρμακὶς. *saga* igitur, & *lena*, & *fictrix* sive *simulatrix*, res eadem. unde non mirum si calicem lenæ & sagæ spiritu infectum vitabant. Gallorum vero & Archigallorum tam calices, quam oscula damnabantur, propter oris impuritatem, cujus rei infamia flagrabant, non propter oris cruentationem, ut perperam docti quidam volunt. Apuleius de Gallis lib. VIII. *paucique admodum praguſtatis osculis ante ipsam mensam spurcissima illa propudia ad illicitæ libidinis extrema flagitia infandis uriginibus efferantur, passimque circumfusi nudatum supinatumque juvenem exercendis oribus flagitabant.* ita enim locus ille legendus ex membranis Florentinis. inde liquet quare Archigalli calix & osculum vitaretur. & hæc obiter.

Aspices tamen vel sublimis jam matronas videbis.] Et heic longe à scopo interpretes eunt, qui dum longinqua & remota rimentur, quæ ante pedes sunt, & in propinquo, non vident, quot quibusve con-

conjecturis conati ſunt hujus ſententiæ difficultatem expugnare? nihil tamen profecerunt. *ſublimis aſpicere*, hoc loco eſt, limis oculis adſpicere. *ſublimus aſpicere*, ut *limis aſpectare* apud Terentium. *ſublimis*, ὑπολοξοῖς. aſpice, inquit, lupas & proſtibula, aſpice etiam fictrices ipſas & lenas, & ſi præſtat abducere & avertere oculos ab hujuſmodi probris & propudiis paſſivarumque libidinum victimis, dignare ſaltem eas aſpicere vel limis oculis, & quaſi per tranſennam, jam matronas eas videbis, hoc eſt matronarum habitu ornatas. Eccere vero dignum locum in quem tot jacula in vanum excuterent tot viri docti! diſtinguendum autem, ut à nobis diſtinctum eſt: *jam matronas videbis. & cum latrinarum antiſtes ſericum ventilat.* quod cum interpretes non viderint, nihil prorſus heic vidiſſe fatendum eſt.

Cum latrinarum antiſtes ſericum ventilat] Per *latrinarum antiſtitem*, lenonem accipiunt. atque ideo illis latrinarum antiſtes leno quod in domo lenonia multis lavationibus opus eſſet ad tergendas, lavandas & poliendas meretriculas, quæ ſequuntur de lenone etiam intelligunt, ſuas puellas veſtiente, ornante, & calciante. En lenonem antiſtitem, ornatorem, fictorem, & omnia. Hæc officia lenonis olim fuiſſe non alibi legi. meretrices ſane illæ Plautinæ in Pœnulo non lenonis officium in ſemetipſis ornandis, fingendis pingendisque deſiderant, ſed per ſe hoc faciunt: etſi ſcio in domibus lenoniis aquariolos etiam præſto meretricibus fuiſſe, aquæ gerundæ deſtinatos, non tamen ut etiam eas veſtirent, ornarent & componerent; quod munus potius fuit

-ſtiti ἐμωλεκ-

ἐμπαλεκτρίων, & πορνοτροφείων. *Latrinas* autem prolavatrinis, aut lavationibus hoc loco poni, nemo mihi persuadere conetur; quamvis etiam hanc hujus vocis antiquitus fuisse & originem & significationem. de muliere hæc accipi debere, nemo qui mentis suæ usum integrum habeat, negabit. nimium multa sunt, quæ id suadeant, atque etiam evincant: sericum, monilia in collo, armillæ in manibus, purus aut mulleolus calceus, & multa alia. Hæc igitur *latrinarum antistes* mulier erit, non vir. omnino Cloacinæ Veneris antistitem mulierem intellexit auctor, quam contemptim *latrinarum* vocavit *sacerdatem*. nam latrinarum etiam præses Cloacina, & in ejus festo latrinæ coronabantur, ut ex eodem Tertulliano constat in libro de Corona militis. antistitem autem in sexu sequiori usurpavit, ut & in libro de Pudicitia: *ejus templi aditua & antistes est pudicitia, quanihil immundum, & profanum inferri sinat.* Non nimium castas & bonæ famæ fuisse Venerias illas antistitas pluſquam verisimile est. castiones quippe non oportebat eas esse quam deam ipsam cui ministrabant.

Sericum ventilat] Sericas vestes gerit, sericum jactat. ut de lenone hæc accipienda vincerent, verborum etiam significationes innovare ac invertere conati sunt. hinc *sericum ventilare*, sericam ex arca vestem promere, interpretantur. quod absurdissimum est. *ventilare sericum* dicitur, qui laxa fluxaque serica veste ventum concipit, atque undante serico incedit. qui motu sericæ vestis ventulum sibi faciunt, *ventilare sericum* etiam dici queant. supra de Alexandro: *serico ventilante pectus aulæum eximit*, sericum utique ventila-

tilabat. Juvenalis de annulis:

Ventilat æstivum digitis sudantibus aurum.

Ovidius:

——— tunicisque fluentibus auras
Excipit.

Immundiorem loco cervicem monilibus consolatur] Hoc est, immundiorem latrinis. *locum* absolute pro latrinis dixit. atque ita etiam hodieque loquimur. Græci quoque τόπον dicunt. quod ex Athenæo alibi notamus. *Consolari* autem *cervicem monilibus* ideo dixit, quod in ejusmodi ornamentis & nugis maximum solatium sibi constituant φιλόκοσμοι mulieres. *collum demulcere* supra eodem sensu habuimus. sed & in libro de cultu fœminarum, egregius qui ad hunc locum facit locus est, quem idcirco adducere proposui, ut emendem. nam vulgo corruptissimus habetur, & non mediocriter torsit doctissimos hujus ætatis viros. sic igitur habet, ut legi ex conjectura nostra debet: *nam etsi quæ in gentilibus pudicitia credi potest, usque adeo eam imperfectam & inconditam constat, ut licet animo aliquatenus tenax sui agat, in habitus tamen licentias se dissolvat, propter vanitatem gentilium, solatium appetendo cujus rei devitat effectum.* licet, inquit, apud gentiles quædam reapse castæ sint, & effectum devitent rei turpissimæ, ipsa tamen habitus licentia, dum solatium petunt ex rebus nugatoriis, ut sunt ornamenta & monilia muliebria, & alia hujusmodi, non perfectam, nec numeris omnibus absolutam obtinere possunt pudicitiæ gloriam. hic sensus est illius intricatissimi loci. Vide & quæ supra notavimus ad illa verba, *collum demulcere.*

Pag. 25. *Cur istas non spectas, vel illos item habitus*]

tus] Hæc cum superioribus jungenda sunt: cum latrinarum, inquit, antistes sericum ventilat, & monilia collo circumdat, & mulleolos calceos pedibus inducit, cur istos habitus non spectas ac denotas? vel illos item habitus, qui novitati suæ religionem prætendunt? legendum igitur: *cur istos non spectas, vel illos item habitus?*

Vel illos item habitus qui novitate vestitus sui] An non idem est *vestitus* & *habitus*? idem igitur est ac si dixisset, *illos item habitus qui novitate vestitus sui religionem mentiuntur*. quod catis corculis non placebit. & merito. non celabo lectorem quam in veteri libro reperi lectionem: ita enim habet: *vel illos item habitus qui novitati sue stitare religionem mentiuntur*. unde dubenter fecerim: *qui novitati sue stare religionem mentiuntur*. vel etiam *stitare*, ut nihil demutemus, à veteri *stitare*, frequentativa forma à verbo sto, ut *restito*, à resto. hoc est, qui novitati suæ religionem obtendunt; qui pro sua novitate stare religionem mentiuntur, & auctorem Deum faciunt, τὸ ξενιζόμενον ἐνδύτου, quam induerunt dum Deo talem vestitum placere sibi fingunt. Hodie quoque inter Christianos, ut apud paganos olim, singuli quique religionum ordines, suam sibi propriam ac peculiarem vestem habent.

Cum ob cultum omnia candidatum] Græca figura, quæ in Tertulliano frequens. *omnia candidatus*, πάντα λευκός. sic *omnia sanctus* in libro de Pœnitentia: *ad hoc enim venerat, ut à delicto purus, & omnia sanctus pro peccatoribus obediret*. apud Trebellium: *omnia felix, infelicissimus imperator*. in veteri inscriptione: *viro clarissimo, omnia singulari*. Virgilius:

Omnia

Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque.

Et ob notam vittæ & privilegium galeri] Dubitarunt hoc loco Critici, utrum præstaret legere *notam vitæ*, an *vittæ*. sed illa dubitatione non tam peccarunt, etsi hoc quoque peccarunt, quam quod nescio quos Cereris candidatos sibi somniaverunt, quibus & vittam & galerum attribuerent. per quæ satis produnt, sese quid *vitta* esset, quid *galerus* ignorasse: vitta fœminarum erat non virorum, eratque matronarum insigne. hoc quis nescit? Ovidius:

---- quamvis non vitta ligatos
Impediat crines, nec stola longa pedes.

idem alibi:

Ite procul vittæ tenues, insigne pudoris.

cultus igitur candidatus, nota vittæ, & privilegium galeri non ad viros sed ad fœminas spectant, Cereris sacerdotes. Juvenalis:

Paucæ adeo Cereris vittas contingere dignæ.

vetus interpres: *quæ possint Cereris esse sacerdotes.* insigne itaque Cereris sacerdotum vitta fuit, ut & matronarum. quare perperam de Cereris sacerdotibus, quæ fœminæ fuere, viros fecerunt interpretes. Tertullianus de Monogamia sub finem: *Pontifex Maximus & Flaminica nubunt semel. Cereris sacerdotes viventibus etiam viris, & consentientibus, amica separatione viduantur.* Ἱεροφόρους in Græcia Cereris sacerdotes appellatas, & fuisse fœminas, labor esset invenire qui ignoret. de sacerdotibus igitur fœminis intelligit Tertullianus hoc loco.

Et privilegium galeri] De galero viantium aut petaso, quemadmodum hæc capiunt interpretes, nunquam censui accipienda. de mulieribus quippe

quippe auctorem loqui jam docuimus, quibus isti petasi inusitati. præterea nullum petasi vel causiæ privilegium fuit. omnes viatores hunc sumebant. at galerum de quo heic sermo, non omnibus sumere licitum, nam usus ejus Cereris sacerdotibus quasi privilegio quodam concedebatur, ut & vitta, quam non omnes fœminæ gerebant, sed solæ matronæ. si vitta matronarum insigne, fuit etiam galerus. ideoque hæc duo simul junxit, *vittæ notam & privilegium galeri.* Galerus porro matronarum in Cereris sacerdotum, nihil aliud erat quam crinium adtextorum compositio in modum galeri facta, quibus fœminæ, & matronæ præcipue caput velabant. Tertullianus de cultu fœminarum: *affigitis præterea nescio quas enormitates futilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis, & operculum verticis, nunc in verticem retro suggestum.* Juvenalis quoque *galerum* vocat hujusmodi crinium fictitiorum concumulationem:

Sed nigrum flavo caput abscondente galero
Intravit calidum veteri centone lupanar.

Vetus Scholiastes: *crine suppositio, rotundo muliebri capitis tegumento in modum galeæ facto, quo utebantur meretrices flavo, nigro nam crine matronæ utebantur.* ergo non solæ matronæ hujusmodi galeris crinium utebantur, sed etiam meretrices. ad discerniculum vero matronæ nigros, meretrices flavos sumebant. Servius ad versum illum Æneid. IV.

Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat.

Matronis, inquit, *nunquam flava coma dabatur, sed nigra.* citat deinde versus illos Juvenalis jam ante à nobis allatos. & tamen apud eumdem Servium

in eo

neo loco adducuntur hæc verba Catonis de crinibus matronarum: *comas flavo cinere ungitabant, ut rutilæ essent.* ex quibus constat matronas flavos etiam crines habuisse. crines capiti adtexti & adnexi, vetusta fuere matronarum insignia quibus postea vitta adjecta est. Valerius Maximus lib. v. cap. II. *Sanxit uti fœminis viri cederent, confessus plus reip. in stola quam in armis fuisse, vetustisque crinium insignibus novum vittæ discrimen adjecit.* vides crinibus ac vitta matronas præcipue insignitas fuisse. quæ duo heic quoque memorantur in sacerdotibus Cereris, vittæ nempe nota, & privilegium galeri. nam galerus heic de crinibus, vel rotundo comarum suggestu. *crines ἐμπλόκιοι* sunt, de his crinibus matronarum capienda Plauti verba in Milite: *uni gerundum morem censeo, & capiundos crines.* nam quæ nubebant, crines capiebant. hoc siquidem discrimine distinguebantur matronæ à meretricibus. Festus: *senis crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus vetustissimus fuit.* senas crinium spiras intelligit, quæ in orbem convolutæ, & aliæ aliis superstructæ formam galeri efficiebant. *tutulum* veteres vocabant. Varro: *tutulati dicti hi qui in sacris in capitibus habere solent ut metam. id tutulus appellatur, ab eo quod matres familias crines convolutos ad verticem capitis, quod habent uti velatum, dicunt tutulos.* Apulejus lib. XII. *alius soccis obauratis, indutus serica veste, mundoque pretioso, & attexta capite crinibus incessu, perfluo fœminam mentiebatur.* hujusmodi galerum ex crinibus, galeam etiam appellabant, ut Græci κεκρυφαλαίαν. Hesychius: κεκρυφαλαία, ἡ ἐκ τριχῶν γεγενῆσθαι, κεκρυφαῖον, ἢ μέσον τῆς κεφαλῆς ἡ κάσις. Græci enim κεκρυφαῖον νόμιμον, aut κεκρυφαῖον suppositiciam comam

vocant. *Cæsaries* quoque dicebatur. idem Hesychius: κομοπεδία, ψευδεφαλαία. de galero ex crinibus facto accipiendum. Valerius Flaccus lib. VI.

Tenuia non illum candentis carbasa lini,
Non auro depicta chlamys, non flava galeri
Cæsaries, pictoque juvant subtemine braccæ.

hujusmodi galeris etiam viri utebantur, qui calvitio deformes. Suetonius in Othonis vita: *galericulo propter raritatem capillorum adnexo.* Diomedes Grammaticus veteres Comœdiarum actores galeris usos fuisse scribit varii coloris priusquam larvas gestarent. Pollux in eadem re φενάκας vocat. galerus itaque est φενάκη. *perrucam* vulgo appellamus. sic galerum & vittam matronæ gerebant, & inter matronas Cereris sacerdotes, nam matronæ erant & ipsæ. non uno autem modo ornabantur: siquidem præter illam capillorum constructionem, quæ ad instar galeri totum capitis verticem contegebat, quam *vaginam & operculum capitis* vocat Tertullianus, aliquando & pone cervices comarum suggestum in modum umbonis, aut collyridis cujusdam sive popani formatum gerebant. Tertullianus de cultu fœminarum: *affigitis præterea nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis, & operculum verticis, nunc in cervicem retro suggestum. Mirum quod contra Domini præcepta contenditur. Ad mensuram neminem sibi adjicere posse pronuntiatum est. vos plane adjicitis ad pondus, collyridas quasdam, scutorum umbilicos cervicibus adstruendo.* collyrides vel collyræ genus panis rotundum & globosum: cujus erant & formæ scutorum umbilici. hujus ornatus instar in mulierum cervicibus multi veteres nummi exhibent.

Digitized by Google

hibent. Fauſtinam ſic fere ſemper comptam in iiſdem nummis videre eſt. *teſtudinem* etiam vocabant hunc ornatum, quod lyræ Mercurialis teſtuſtinem ſive tympanum referret. Ovidius:

Hanc decet ornari teſtudine Cyllenæa,
Suſtineat ſimiles fluctibus illa ſinus.

de quibus ornatuum generibus nos alio loco plura.

Tetrici ſuper caput velleris] Per *tetricum ſuper caput vellus*, intelligit pileum lanatum nigri velleris, qualem Bellonarii gerebant.

In Bellonæ montes fugantur] Belle fecerunt eruditi commentatores qui montes iſtos Bellonæ tanquam ſcopulos aliquos vitaverunt. illi cautiores, ſed nos, ut audentiores, ita & fortaſſe feliciores, qui montes iſtos in planum redegimus. De Bellonæ montibus in quos fugarentur Bellonarii, nihil legiſſe bellos interpretes certo ſcio. nec me ſane legere memini. Vetus codex parum heic nos adjuvat, niſi quod *montis* habet ſcriptum, ex quo non infelici, quod præfiſcini dixerim, conjectura rectæ lectionis veritatem elicuimus. legendum enim: *in Bellonæ mentis fugantur*. quod indubitate verum eſt. *in Bellonæ*, Græca figura, pro in Bellonæ templo. Sic Arnobius *in Cereris Eleuſinæ*, lib. VI. *quid Celei virgines non in Cereris Eleuſinæ hymnæa habere perhibentur officia?* Græcum eſt, ἐν Δηοῦς, ἐν Δήμητρος. Sic Terentius, *ad Dianæ*. Salluſtius apud Donatum: *ad Iovis mane veni*. plura adferte ſupervacuum: nam plena exemplorum omnia. *mentis fugari*, Græca etiam loquutio, id eſt φρενὸς ἐξίστασθαι. ſic *pudoris exterminari* dixit idem in libro de Spectaculis: *quam mimus etiam per mulieres repræſentat ſexum pudoris exter-*

minans, ut facilius domi quam in scena crubescant. de Bellonariis igitur heic loquitur, qui nigris induti vestibus, atque atro vellere caput tecti in templo Bellonæ mentis excessum patiebantur, unde & *fanatici* dicti, quod in fanis, & circa fana mentis fugarentur. Glossæ: *Bellonarii,* LIBS DE OFF. PROC. οἱ θεοφορούμενοι. *Bellonæ sacratos* vocat idem Tertullianus in Apologetico. sed locus qui in omnibus editionibus hodie fœde corruptus visitur, sic emaculandus est: *Hodie istic Bellonæ sacratos sanguis de femore prosciſſo in palmulam exceptus, & esui datus signat.* ita ex veteribus libris correximus. de signatis & sacratis ad illum locum plura. *Comati* etiam proprie dicebantur isti Bellonarii. Valerius:

---Bellonæ vetus incitat ira comatos.

ubi perperam *Comanos* legunt, à Comanis Cappadociæ urbe in qua vetustissimum & celeberrimum Bellonæ templum fuit. *Capillatus Bellonæ,* legitur in veteri inscriptione. comati autem ut capillati dicti, quod capillum promitterent, ut omnes fanatici & harioli solebant. ἄκειρον κόμην Bellonariis tribuit Lucianus.

Cum latioris purpuræ ambitio] Palmatam tunicam interpretantur: perperam. laticlavia tunica simpliciter intelligenda est. non omnis laticlavi tunica palmata erat. palmata siquidem, quam triumphantes accipiebant, à latitudine clavorum dicebatur, non tamen propterea omnes tunicas, quæ latos clavos habebant, palmatas fuisse sequitur. & multò minus de illis palmatis hoc loco accipiendum esse. Saturni sacerdotes non palmatam, quam soli triumphantes aut triumphales usurparunt, sed laticlaviam tunicam cum pallio

Digitized by Google

lio coccineo gerebant. *latior purpura* est ἡ πλατύσημος, tunica latis clavis purpureis distincta: quod genus tunicæ soli senatores, & qui senatoria dignitate erant, gestabant, qui *laticlavii* inde dicebantur. hinc *latioris purpuræ ambitionem* dixit. Sic Cassiano, *birrorum planetarumque ambitio.* Quæ de Diis majorum gentium, & eorum tunicis heic afferunt, prorsus ἀπροσδιόνυσα sunt, & inepta.

Et galatici ruboris superjectio] Superjectio, ἐπίβλημα. ita ad verbum vocem Græcam expressit, quæ pallium, & quidquid interioribus vestibus superjicitur, significat. omnis vestis apud Græcos aut ἐπίβλημα est, aut ἔνδυμα: aut amictui, aut indutui. tunicæ omnes ἐνδύματα sunt ac dicuntur, & indutui habentur, quæ ad corpus pressule hærent atque indutu corpus comprehendunt. ἐπιβλήματα vero quæ & περιβλήματα, palliorum omne genus, quod ceteris vestibus circumjecta & superjecta, vago & libero discursu eas ambirent. *amictus* & *amicula*, & vestes amictui Latini vocant. ἐπίβλημα igitur idem quod περίβλημα, & pallium proprie significat. dubitarunt veteres Critici de peplo utrum ἐπίβλημα esset an ἔνδυμα, pallium an tunica. tunicæ & pallii pariter usum præbuisse sane notant. Pollux: καὶ ἐπίβλημα καὶ χιτών, πέπλος· ἔσθημα ᾧ ἐσὶ δι' ἀλοιῶ τὴν χρείαν, ὡς ἐνδυῶσαί τε καὶ ἐπιβάλλεσθαι. καὶ ὅπως μὴν ἐπίβλημα ἐσὶ πεπμήκειεν ἄν τις ἐκ τῆς Αθηνᾶς πέπλων. ὅτι δὲ καὶ χιτὼν, ὅταν εἴπῃ Ξενοφῶν, περιλαβόντες τὴν ἀνωθεν πέπλον· περιβάλλεται γὰρ τότε καὶ τὸν στέρνον. sic peplus interdum pro tunica sumitur apud Græcos, aliquando vero pallium est. at exomis quæ servilis vestis genus erat, & pal-

lium simul fuit & tunica: mixtum scilicet ex pallio & tunica vestimentum. idem Pollux: ἡ δὲ ἐξωμὶς καὶ φελόνημα λέγοι, καὶ χιτὼν ἑπερομάχαλος. Hesychius: ἐξωμὶς, χιτὼν ὁμοῦ καὶ ἱμάτιον. τὸν δὲ ἑκατέρου χρείαν παρεῖχεν. καὶ χιτῶνα μὲν λέγει τὸ ζώννυσθαι· ἱμάτιον δὲ ὅτι τὸ ἕτερον μέρος ἐπεβάλλετο, παρὸ καὶ οἱ κωμικοὶ ὅτε μὲν ἐνδύσει, ὅτε δὲ φελβαλεῖ. ita legendus Hesychii locus qui vulgo vitiosus est. sed de his latius in Commentario de re vestiaria. superjectio igitur heic est φόνημα, pallium scilicet, vel toga coccinea; nam de utrovis potest accipi. *pallium* tamen *Saturni coccinatum* nominat idem in libro de Anima.

Cum pallium hoc ipsum morosius ordinatum] Hoc pallium morosius ordinatum, quod Æsculapii sacerdotes gestasse heic dicitur, volunt illud pallium esse *teres ac redundans, & tabulata congregatione fultum*, cujus mentio supra cap. 11. hujus opusculi. quid facias tam stultis tamque ineptis interpretibus? pallium teres de toga dici docuimus ad eum locum. Sacerdotum Æsculapii pallium non rotundum sed quadratum fuisse nos docuit auctor ipse his verbis, quæ in principio hujus libelli habentur: *pallium extrinsecus habitus, & ipse quadrangulus. instar ejus hodie Æsculapio sacerdotium est.* quomodo pallium teres posset instar esse pallii quadranguli? nihil tam diversum est, quam rotundum & quadratum. pallium quale Æsculapii sacerdotes gerebant, nihil differebat à communi Græcorum pallio. immo Græcum illud plane pallium fuit, quod ab utroque latere regestum, & cervicibus circumstrictum, fibula mordente in humeris acquiescebat, & quadrangulum erat. inter hujusmodi pallium & philo-

sophi-

Digitized by Google

ſophicum præter geſtandi modum nihil extitit differentiæ. nam philoſophicum uno circumjectu totum hominem operiebat & involvebat. Æſculapianum quod idem cum Græco commuſi, utrimque retrorſum rejiciebatur, & circa cervices moroſius ordinatum, & decenter plicatum, fibula in humeris tenebatur. ceterum utrumque quadrangulum fuit. at pallium teres cujus ſupra meminit, togam appellavit, quod rotunda eſſet. Hæc jam ſuperius explicavimus, & pluribus explicabuntur infra.

Moroſius ordinatum] Pallium philoſophicum nulla moroſa ordinatione conſtabat. infra: *ad ſimplicem captatelam ejus, nullo tædio conſtat.* mora nulla aut moroſitas in eo veſtiendo. ibidem: *at enim pallio nihil expeditius, etiam ſi duplex quod Cratetis: mora nulla veſtiendo cum imponitur.* ſic moroſius lavacrum eodem ſenſu dixit de cultu fœminarum: *faciem moroſiore lavacro macerant.* ubi perperam legunt, *moroſiorem.* fortaſſe à mora, *moroſum* deduxit. nihil tam tædioſum quam mora. Suetonius notat in Cæſare moroſum eum circa cultum non fuiſſe. ad quem locum plura.

Et crepidæ Græcatæ, Græcatim Æſculapio adulantur] Correxere: *& crepidæ cretatæ.* non recte. unde enim creta in crepidis? quis legere meminit cretari eas ſolitas? quomodo ita cretari corium poteſt, ut diu cretatum permaneat? hærere in pelle creta non poteſt. de veſtibus alia res, quas creta candidari ſolitas ſciunt omnes. de calceis & crepidis quis hoc unquam fando audivit? & tamen hæc conjectura inſanum in modum placuit eruditis viris. ſed ſciant eam non ſolum adverſus rationem, ſed etiam contra

omnium librorum ſcripturam niti. antiquæ editiones habent, ut heic legitur. vetus vero liber ita legit: *& crepidæ Græcata Græcatum.* ſcriptura in libris olim ut apparet hoc loco variavit. quorum alii *Græcata*, alii *Græcatum* præferebant. hinc hæſitans librarius utramque perſcripſit. reponendum: *cum hoc ipſum pallium moroſius ordinatum, & crepidæ Græcatum Æſculapio adulantur.* quæ veriſſima eſt lectio. *crepidæ Græcatum*, τὸ ἑλλωΐζον τῆς κρηπῖδος. ſic ſupra: *Tyrium calciari niſi auro, non Græcatur.* οὐχ ἑλλωΐζει. & *revera quale eſt Græcatim magis depilari quam amiciri?* apud Apulejum *Græcatior oratio* in Apologia: *hic qui epiſtolam Pudentillæ Græcatiorem legere non poterat, hanc ut ſuam facilius legit, & aptius commendavit.* crepidæ Græcorum propriæ. Perſius: *in crepidas Græcorum ludere geſtit.*

Quanto tunc magis arguas illud! & urges oculis] Optimus codex, cujus ope prope infinitas ex hoc Pallio maculas eluimus, & expunximus, ſcriptum habet, *& urgeas.* ſpecta ſis, unius litterulæ additio quid faciat. denſiſſimas tenebras huic loco ſuperfuſas retexit, quas etiam ſuis conjecturis & interpretationibus auxerant Commentatores, qui pudendo errore ſuperſtitionem heic de Chriſtiana religione interpretati ſunt. an ita ſtultus & ſtupidus Tertullianus, ut qui in hoc ipſo loco ſcribat Chriſtianum pallium ſuperſtitionibus renuiſſe ac renunciaſſe, puram ac veram religionem ſuperſtitionis nomine infamaret? *ſuperſtitionem inaffectatam* heic vocat Æſculapii cultum, cujus ſacerdotes pallium gerebant, ſimplex & inaffectatum veſtimenti genus. quod tamen & ipſum moroſius ſtruebatur, ac ſtringebatur,

Digitized by Google

batur, nec tam ſimplex erat habitu quam Chriſtianorum pallium. totus itaque hic locus qua lectione, qua interpunctione, ſic eſt conſtituendus: *cum ipſum hoc pallium moroſius ordinatum & crepidæ Græcatum Æſculapio adulantur, quanto tunc magis arguas illud & urgeas oculis, etſi jam ſimplicis & inaffectatæ, tamen ſuperſtitionis reum?* cum, inquit, hoc ipſum pallium, quod tantopere in Chriſtiano reprehendis, & oculis digitisque denotas, cum hoc ipſum inquam pallium moroſe ordinatum Æſculapii ſacerdotes veſtit, quanto tunc magis arguere illud debes & reum urgere ſuperſtitionis, quæ quantumlibet ſimplex ſit & inaffectata, tamen ſuperſtitio eſt? at Chriſtianorum ſacerdotum pallium quod & ſimpliciſſimum eſt, & nulla tædioſa ordinatione conſtat ut illud Æſculapii, & vaniſſimis ſuperſtitionibus in totum renuntiavit; tantum abeſt ut argui & vitio verti debeat ſacerdotibus Chriſtianis, ut etiam auguſtius cenſendum ſit omnibus deorum dearumque veſtibus & exuviis, & omnibus gentilium ſacerdotum ornamentis & inſignibus ἱερατικώτερον ἔνδυμα.

Pag. 26. *Super omnes exuvias & peplos auguſta veſtis*] σεβαστὸν ἔνδυμα. *auguſtum* de Diis. exuviæ & pepli deorum ornamenta. & pepli quidem dearum: ut peplus Minervæ, peplus Junonis, peplus deæ Cæleſtis apud Trebellium. exuviæ deorum dearumque communes. Feſtus: *tenſa vehiculum argenteum quo exuviæ deorum ludicris Circenſibus in circum ad pulvinar vehebantur.* Suetonius in Auguſto *Jovis exuviarum* meminit. Apulejus xi. Mileſiarum: *potentiſſimorum deûm præferebant inſignes exuvias.*

Superque omnes apices & tutulos sacer suggestus] Prima ac secunda Rhenani editio cum nostro codice consentit legendo, *sacerdos suggestus*, atque ita omnino non tantum videtur scripsisse Tertullianus, sed scripsit. *sacerdos suggestus*, ἱερατικὸν κόσμημα. apices & tutuli, Flaminum Flaminicarumque insignia. *sacerdotem* autem dixit pro sacerdotali, Græcorum more, & præcipue poëtarum, quibus sollemne est τοῖς κυριωτέροις ἀντὶ τῶν κτητικῶν χρῆσθαι. sic γυναῖκα μαζὸν dicunt, ᾗλιν φόλον, ᾗλιν ἑαυτοῦ, ἕλκεα σφετὸν, ἄνθρωπον ἧος, ἑλκάδα Δαρδανικὸν, δῶμα ᾗμῷ, Σκύθιον οἶμον, & similia sexcenta. ita & Latini *Stertinium acumen*, *Sulpitia horrea*, *Lucina hora*. Ex hoc loco constat ætate Tertulliani non omnes passim Christianos, ut falso docti sibi persuaserunt, sed solos fere Christianorum presbyteros pallium gestare solitos, ac Tertullianum eo demum tempore à toga ad pallium transisse cum presbyter factus est, non quando Christianus. vide quæ super hac re disputamus, initio harum Animadversionum.

Sacerdos suggestus] Parisiensis magister ad hunc locum notat, *suggestum* pro quavis textura sumi, atque heic textum pallii lanei significare, passimque ita loqui Tertullianum, qui passim suggestum de quavis texta veste usurpet. itane vero? nusquam id me docuit Tertulliani lectio, in qua paucis concedam, ut magis assidui fuerint. sed videamus an verum dicat, locis aliquot Tertulliani allatis, aliorumque auctorum. *Sacerdotalem suggestum* heic vocat apices & tutulos Flaminum. idem de resurrectione carnis: *accepit enim suggestum & ornatum, qualem illi Deus voluerit superinduere secun-*

secundum merita. libro de Idololatria: *jam vero de solo suggestu, & apparatu honoris retractandum.* De carne Christi *suggestum noctis*, lunam vocat & sidera: *suggestum diei*, lucem & solem. ibidem paulo post: *si regem denique fieri conscius sui regni refugit, plenissime dedit formam suis dirigendo omni fastigio, & suggestu tam dignitatis quam honoris.* in Apologetico: *omnes illi imaginum suggestus in signis, monilia crucium sunt.* de corona: *viderint & publici equi cum coronis suis, Dominus tuus ubi secundum scripturam Hierusalem ingredi voluit, nec asinum habuit privatum. isti in curribus, & isti in equis, nos autem in nomine Domini nostri invocabimus. ab ipso incolatu Babylonis illius in Apocalypsi Ioannis submovemur, nedum suggestu.* an his omnibus *suggestus* capi possit pro textura vel veste viderint eruditi. Sol diei suggestus est; luna, noctis suggestus; coronæ suggestus sunt; imagines in signis eodem nomine vocantur. suggestus igitur & heic & alibi apud Tertullianum pro ornatu, apparatu, & insigni ponitur. de virginibus velandis: *quid singula persequar? solæ autem manifestæ paraturæ totam circumferunt mulieritatem, uno habitu negantes quod toto suggestu profitentur.* totum hunc suggestum virginum quo mulieritatem profitebantur, supra descripsit, cum dixit eas, capillum vertere, acu lasciviore comam sibi inserere, faciem morosiore lavacro macerare, & medicamine interpolare, & similia. in libro de Spectaculis: *sed Circensium paulo pompatior suggestus, quibus proprie hoc nomen pompa præcedit.* eodem libro: *de apparatibus interpretabimur in ipsorum honorum suggestu deputandis, quod purpuræ, quod fasciæ, quod coronæ, quod denique conciones & edicta.* fascias, coronas, purpuras, *suggestus honorum* vocat. sic Arnobius

nobius lib. IV. *quis ad exemum Deam pecuniam esse credat, quam velut maximum numen vestra indicant litteræ, donare annulos aureos, loca in ludis atque in spectaculis priora, honorum suggestus summos, amplitudinem magistratus.* honorum suggestus vocant, τὸν ὄχων σχήματος, insignia, fastigia dignitatum. *suggestus* itaque pro quovis eximio ornatu. Tertullianus de anima, in leone quem Berenice in deliciis habebat, *suggestum jubarum* vocat, quia jubæ leoni pro ornamento sunt & suggestu. parcam plura adscribere rei non obscuræ testimonia non necessaria. nusquam apud Tertullianum, aut alios auctores *suggestum* pro veste vel textu laneo positum legere sit. restat veterum Glossarum locus, qui fundus illi & caput istius expositionis. in illis ita scriptum habetur: *suggestus*, βῆμα, ὕφος. quo uno testimonio *suggestum* texturam esse vincere volunt. vincant sane si verum est. sed ex iis quæ ante attulimus plane constat, in illo Glossario legendum esse ὕψος, non ὕφος. quidquid in altitudinem extructum erat, *suggestum* vocarunt. hinc & *suggestus* pro tribunali. & *suggestus semirotundus* Apulejo, pro stibadio. & *suggestus terræ* Columellæ pro terræ aggere & tumulo. Propertius:

Et sua suggesta castra coronat humo.

suggestus denique de quolibet fastigio. inde suggestus honorum & dignitatum, τὸ ὕψη. quidquid in aliqua re excellit & eminet, *suggestus* dici queat.

Deducit oculos: suadeo reverere habitum] Hæc turpissime inquinata sunt, quibus & ineptissimas interpretationes adponunt. scio *deducere* esse ἀφαιρεῖσθαι, καθυφηγεῖν. sed nihil hæc hujus verbi signi-

significatio ad hunc locum facit. reposuimus ex veteri libro: *deduc oculos, suadeo, reverere habitum unius interim erroris tui renunciatorem.* sensus est: dejice ac demitte humiliter oculos & humilem in modum compositus reverere augustum hunc habitum, qui vanissimas superstitiones quibus implicitus tenebaris abjecit, & errori tuo renunciavit. dejicere, ac deducere oculos, humilitatis indicium est, ut contra tollere, superbiæ & impudentiæ. Tertullianus de Pœnitentia: *oculis humilitate non infelicitate dejectis.* pudoris etiam signum, demissi oculi. Poëta:

----- *oculos dejecta decoros.*

Nihil verius quam ita heic accipiendum, ut notavimus. interpretes qui in alia sententia sunt, more suo nugantur.

Vnius interim erroris tui] *Vnius* heic interpretantur, præcipui. haud negarim sic aliquando accipi posse: ita heic exponi debere, id vero pernego. ut alia, inquit, nunc omittam propter quæ reverentiam meretur hic pallii habitus, vel propter hoc unum interim revereri illud debes, & oculos ad ejus fastigium dejicere, quod erroribus tuis renunciavit.

IN CAP. V.

TAmen, inquis, ita à toga ad pallium] Vetus liber: *ita toga ad pallium.* perperam.

Quid enim si à diademate & sceptro] Distingue: *quid enim? si à diademate, & à sceptro, an aliter mutavit Anacharsis?* τί γάρ; εἰ ἀπὸ διαδήματος καὶ σκήπτρου μετέβαλεν ὁ Ἀνάχαρσις; idem de Anima; *ipsa illa ratio operatrix mortis, simplex*

ſimplex licet vis eſt, quid enim? quæ tantam animæ & corporis neceſſitatem, tantam à conceptu concretionem materiarum divellit ac dirimit. in Apologetico: *ſiquidem majore formidine, & callidiore timiditate quam ipſum de Olympo Iovem. & merito ſi ſciatis. quid enim? ex viventibus quilibet non mortuo potior?* ita enim legendum & manuſcripti codicis fide ibi docebimus. Horatius:

Ambigitur, quid enim? melius via ducat in Appi,
An quæ Flaminia eſt.

idem alibi:

Cum laqueo uxorem interimis, matremque veneno,
Incolumi capite es? quid enim? neque tu hoc facis Argis,
Nec ferro ut demens genitricem occidit Oreſtes.

Phædrus in Iocis:

Hic ſe formoſum jactat, illa iraſcitur,
Nec gloriantis ſuſtinet fratris Iocos,
Accipiens, quid enim? cuncta in contumeliam.

Virgilius lib. VI.

Æneam credam quid enim? fallacibus auſtris,
Et cali ſtatis deceptus fraude ſereni?

Nulla in melius tranſgreſſus ſint ſigna] Non deterior noſtri exemplaris lectio: *nulla in melius tranſgreſſi ſint ſigna.* quæ & eumdem ſenſum habet, & magis Tertulliani genium ſapit. nulla ſigna pallium exhibeat hominis ad meliora tranſgreſſi, habet tamen hic habitus in quo utilitatem ſuam & commoditatem poſſit oſtendere.

Et plus etiam ad ſimplicem ſpectatelam ejus] Specta ipſe Lector ad hanc telam, cognoſces non eſſe Tertulliani; ſed ad textam Pallio ejus fuiſſe ab aliquo interpolatore. nihil de tela aut textura pallii hoc loco voluit auctor. ſiquidem eodem

dem modo in tela texi ſolitam certum eſt, atque eodem labore conſtare materiam pallii & togæ, hoc eſt pannum unde utraque veſtis paratur. de forma igitur pallii heic agit, ac de ipſius habendi aptandique ratione, quam nullo tædio conſtare ait. nam toga priuſquam ſumatur, videndum an rugæ omnes, & plicæ in ſuo loco ſtatuque permanſerint, an nihil exorbitarit, ut ſi quæ ſtationem ſuam non ſervarunt, reformentur. in pallio nulla talis morositas aut tædium: ſtatim humeris imponitur, & uno circumjectu totum hominem involvit. Hoc ſane dicere voluit noſter: hæc ejus mens fuit. ſed verba cum hac mente non congruunt. quid enim *tela* facit ad hunc ſenſum? fraudem nobis interpolatorum retexit vetus liber in quo legitur: *prius etiam ad ſimplicem captatelam ejus.* nec aliter editio princeps quæ habet, *ad ſimplicem captat telam ejus.* unica voce ſcribendum opinor: *prius etiam ad ſimplicem captatelam ejus.* quæ conjectura certiſſima eſt. *captatela* à captatu: ut *corruptela* à corruptu: *peccatela*, quod ejuſdem Tertulliani verbum eſt, à peccatu. ſic *futela*, *cautela*, & ſimilia. *captatelam* pallii, pro captatione dixit, cum capitur ſcilicet, aut captatur pallium. capere veſtem, pallium, togam, calceos, Latinum eſt: & frequentativa forma *captare* pro eodem. hinc nomen *captatela* finxit Tertullianus. fuit etiam cum legi debere cenſerem, *aptatelam* ab aptando. dicit igitur captatelam pallii nullo tædio conſtare, hoc eſt nullum tædium, nullam moram aut morositatem in captando pallio intervenire. nihil enim facilius aut expeditius factu eſſe, quam pallium ſumere, ſiquidem artifice non opus eſt qui rugas diligen-

ter

ter ordinet, & in tabulas deducat, & forcipibus cuſtodiendas aſſignet, & alia hujuſmodi faciat plena moræ ac tædii, quæ in toga ſumenda fieri ſolent. ſic nihil ſimplicius eſt pallii captatela. *ad ſimplicem captatelam ejus*, breviter dictum, pro quantum attinet ad ſimplicem captatelam ejus. quæ Græca loquutio eſt. ſic Paulus D. de verb. oblig. *Sabinus, Proculus expectandum diem actori putant, quod eſt verius. tota enim obligatio ſub conditione, & in diem collata eſt. & licet ad conditionem committi videatur, dies tamen ſupereſt. ad conditionem*, id eſt, quantum ad conditionem attinet. ita hoc loco, *ad ſimplicem captatelam ejus*. nec opus eſt verbo *ſpecta*, quod huc intruſerant correctores.

Adeo nec artifice neceſſe eſt] Verum quidem eſt in ſcriptis codicibus legi *artificem*, non *artifice*, ſed perperam ſupplendum autumant, *habere. artificem neceſſe eſt*, ut *artificem opus eſt*. ita enim loquebantur veteres, *opus aliquam rem* pro aliqua re. Juſtinus in antiquis libris, *opus illis regem eſſe*. ſic apud Plautum: *uſus eſt hominem aſtutum & doctum*. idem in Truculento:

Quid iſti ſuppoſitum puerum opus peſſimæ?

quod perperam mutant. idem alibi:

Puero opus eſt cibum, opus eſt matri.

hoc ignoratum impulit in errorem Lucretii interpretes, ut in aliis ſexcentis, ita hoc loco:

Nec crepidacula eis opus eſt. ---

ſic enim habent omnes libri. correxere: *Nec crepitacillis opus eſt*. non opus erat tali correctione. eadem porro heic loquutio eſt, *nec artificem neceſſe eſt*, quam mutare non fuit neceſſe.

Rugas formet] Rugæ in veſtibus aliæ caſu fiunt, quæ ex ipſa veſtis redundantia variis modis complica-

Digitized by Google

plicata naſcuntur, inconditæ & inordinatæ. aliæ arte conſtant, quæ ex induſtria ſtruuntur ad aliquem veſti ornatum conciliandum. σολίδας has Græci vocant, quas in fine tunicarum certo modo atque ordine invicem nexas, vinculum retinebat. unde σολιδωτοὶ χιτῶνες, qui rugis hujuſmodi & plicis ſtriabantur. Pollux: ἐν οἷς ἂν τις καὶ σολιδωτὸς χιτών· σολίδες δ' εἰσὶν αἱ ἐξεπτυγμέναι ἀπὸ δεσμῶν γιγνόμεναι τῇ τέλη τοῖς χιτῶσιν ὑπηπυχαί. ſtricta tunica dicuntur in vulgari verſione Bibliorum. ſic *ſtricta frons* apud Petronium pro rugata:

Quid me ſpectatis cum ſtricta fronte Catones?

& apud Apulejum *ſtrictam rugis frontem* legere eſt, ubi quidam legunt, *ſtriatam*. Nos *frontiatam tunicam* diceremus. nam *frontiam* vulgo rugam aut plicem appellamus à fronte, quæ rugis maxime contrahi ſolet, & caperari. hinc *frontiare ſupercilium* dicimus, τὸ συγκάζειν, τὸ ὀφρυωτὸν σωκάζειν. cui contrarium eſt, *epiſcynium diſpergere*, quod habuimus paullo ante. Græci φαρκίδας vocant tam frontis rugas, quam veſtis. Heſychius: φαρκίδες, ῥυτίδες καὶ σολίδες· φαρκιδῶσθαι, συγκάζειν. hujuſmodi autem veſtium rugas, quæ in ſtrias deducebantur, & ordinabantur, σωλῆνας hoc eſt tubulos Græci vocaverunt. hinc *dependula contubulatio* in veſte Iſidis apud Apulejum: ita enim quidam libri legunt. unde σωληνωταὶ σολαὶ apud Cedrenum: ἡνεθλίξ δ' ἱππικῆς ἀγορμίου, καὶ τῶν μερῶν φαρόντων σολὰς σωληνωτὰς ἀπὸ βλατίου ὀξέως, καὶ χλαμύδας σηρικωτηρίας ἢ βασιλικῆς: *canaliculatas* aut *ſtriglatas* ſtolas liceat vertendo appellare. in columnis ſtriatis, *ſtrigles* vel *ſtrigla* & *canaliculi* vocabantur ſtriarum ductus καὶ ſive cavi, ut *ſtriæ* ipſæ,

ἐξοχαὶ & partes quæ eminebant. hinc *ſtriglatum* & *ſtriatum* pro eodem. Gloſſæ veteres: *ſtriata*, ξυρωτά. *ſtriglata*, ξυρωτά. nam in ſtrigilibus, quæ & ſtriglæ dicebantur, canaliculi erant quibus ſudor defluebat. Gloſſæ Servii: *ſtrigla*, ψηκτήριον. talibus igitur rugis non forte ſed induſtria factis, togæ veterum ante & retro multiplici contabulatione ſtruebantur, & ordinabantur. Harum omnium ſtriarum rugarumque centrum *umbonem* vel *umbilicum* vocarunt, quo omnes togæ plicæ quaſi nodo quodam conſtringebantur. de quo paulo poſt.

Et inde deducat in tilias] Rugæ illæ in toga prius formabantur, deinde in tilias deducebantur. ſed quærendum quid *tilias* heic vocet auctor, aut quare ſic vocentur. *tilias* appellari ſcribit Plinius vincula ex tenuibus membranis, quæ inter corticem & lignum tiliæ reperiuntur. hoc ſenſu *tilias* heic dici nemo dixerit. an hoc nomine *tabulas tiliaceas* intelligit, quibus rugæ in toga ſuffulciebantur ut rectæ & firmæ manerent? Antoninus Pius referente Capitolino, *quum eſſet longus & ſenex, incurvaretur que, tiliaceis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, ut rectus incederet.* an in tabulas hujuſmodi tiliaticeas deducebantur, ac dirigebantur rugæ togarum, ut hoc modo fultæ rectius ſtarent, & firmius hærerent? ſane togæ redundantiam ſupra dixit *congregata tabulatione fulciri.* &, *tabulata togæ* paulo poſt vocat. in ea ſententia me fuiſſe aliquando memini, nunc non ſum. primum *tilias* pro tiliaceis tabulis vix probem dici. deinde qui talium in togis tabularum mentionem fecerit, neminem ſcio. quod enim *tabulatum*, & *tabulatam congregationem* vocat omnium

togæ

togæ rugarum contractionem, metaphorice, vocat non proprie, nec quod tabulas haberet. sic *contabulationem* in eadem re significanda dixit Apulejus lib. XI. de palla Isidis: *umbonis vice dejecta parte lacinia, multiplici contabulatione dependula.* tabulæ itaque sunt πτυχαὶ togæ. paulo post: *ambitum vero ex quo sinus nascitur jam deficientibus tabulis.* hinc *tabulatum* in toga, & *tabulata congregatio*, ἡ τῶν πτυχῶν συναγωγή. tralatione ducta à tabulis ligneis in quibus scribitur, quæ pro numero πτυχῶν quibus constant, aut δίπτυχα, aut τρίπτυχα, aut πολύπτυχα appellantur. nam singulæ tabellæ πτυχαὶ appellantur. hinc πτυκτίον appellant codicem multiplici tabellarum structe constantem. Grammatici: πτυκτίον, βιβλίον. nullæ igitur in toga tiliaceæ tabulæ. sed *tabulæ* sunt ἔμπτυχαι, & plices. ita enim Latini vocarunt. Glossæ veteres: *plix*, πτυχή. Lævius poëta apud Apulejum in Apologia: *Auriplices bitortilæ.* ita enim legendum, non *auriplices* unica voce. sed hæc alibi. Ex his omnibus constat *tiliæ* heic locum habere non posse. quare omnino legendum, sicut olim conjiciebam: *& inde deducat in taliæ.* talias vocat, rugas in longum deductas ac directas à similitudine taliarum. *talia* est ramus arboris, ex utraque parte æqualiter præcisus. Græci σχίδαν aut σχίζαν appellant. Glossæ, *talia*, σχίζα. hinc *taliare* scindere significat, σχίζειν. nam *talia* sunt scissiones lignorum. rugarum in veste partem eminentem & protuberantem, quæ & *stria* dicebatur, *taliam* dixit Tertullianus, quia Græci σχίδαν quoque appellarunt. Hesychius: σχίδα, σχίδος, σινδόνος πῆγμα. sindonis pegma vocat, quod Tertullianus *togæ tabulatum.* σχίδα idem quod σχίζα, &

ζα, & σχίδ@. idem σχίδαξ, κλάσμα ξύλε· σχίδ@, τῷ ὀπόσχισιν, σχίζωσι, σχίδαξι. sic σχίζα, idem omnino quod *talia*, brevis scilicet baculus utrimque æqualiter crassus. hinc homines compactos & quadratos καὶ ἐν μικρῷ παχεῖς, Græci σχίζας vocarunt. Dicæarchus apud Clementem in Protreptico Herculem σχίζαν fuisse scribit. quo loco perperam interpretes gracilem & longum exponunt. verba Clementis de habitudine corporis qua fuit Hercules: ἱερώνυμ@ ὁ φιλόσοφ@ καὶ τῷ σχέσιν αὐτὸ ὑφηγεῖται ἕ σώματ@, μικρόν, φελλότελχα, ἑωσικόν. Δικαίαρχ@ ὁ σχίζαν, νεφρώδη, μέλανα, χευπὸν, τετανότελχα. σχίζας est quadrati & compacti corporis. nam σχίζα est corpus ipsum vel corporis truncus. κορμίας eosdem appellarunt. κορμὸς idē quod σχίζα. Æoles dicebant κορπὸς, ut ὄμμα, ὄπωα: βάμμα, βάπωα, unde Latinū *vappa*. ἄσκωμα, ἄσκωπα, unde *ascopa*. sic κορπὸς *corpus*, sive corporis truncus. Cicero *truncum corporis* dixit pro corpore. nam *corpus* proprie truncum significat, κορμὸς, κορπός. in ea pro Roscio Comœdo: *Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat.* nos etiam hodieque *taliam* vocamus τῷ σώματ@ σχέσιν. & *bellæ taliæ homines* dicimus, bene formatos, & corpulentos. cæsuram quoque corporis pro habitudine & filo corporis iidem Latini dixere. σχίζα porro, & *talia*, & *cæsura* idem. Lucretius:

Extima membrorum circum cæsura tamen se
Incolumem præstat, nec desit corporis hilum.

atque hæc obiter. ut ad rem redeamus, *talias* hoc loco legimus, non *tilias*. & *talias* vocat quas infra *tabulas* duobus locis. unde *tabulatum* τὸ πῆγμα, multi-

multiplici constructum rugarum congregatione figmentum. σχίδακες, tabulæ & taliæ sunt.

Pag. 27. *Totumque contracti umbonis figmentum*] Contracti umbonis figmentum heic vocatur, quæ supra *tabulata congregatio*, & *tabulatum* paullo post. Apulejo, de palla Isidis, *multiplex contabulatio*. structura omnis rugarum togæ in talias sive tabulas deductarum ante & retro, nodo quodam retinebatur, qui in medio tanquam umbilicus aliquis tabulas omnes colligebat, & constringebat. inde *umbilicus* togæ, & *umbo* dicebatur. Persius:

---- totaque impune Suburra
Permisit sparsisse aculeos, jam candidus umbo.

Glossæ: *umbilicus*, ὀμφαλὸς ἀσπίδος ἢ ἱματίου. sic *umbo*, & *umbilicus* in clypeo idem. Græci ὀμφαλὸν & κόγχον vocant. in libris quoque umbilicus, osseum quoddam erat hemisphærium aut eboreum, aut ex alia qua vis materia ad ornamentum, in medio eorum locatus, qui & Græcis ὀμφαλός. singuli autem libri duos umbilicos habebant. at umbo vel umbilicus, ut dixi, vocabatur in toga omnium in medio togæ plicarum contractio & congregatio, nodo quodam arte facto collecta. hunc umbilicum *nodum artificem* vocat Macrobius his verbis, quæ huc plane pertinent, & insignia sunt. de toga autem Hortensii loquitur: *sed forte ad notam saguli ejus non sufficit Hortensius vir alioquin ex professo mollis, & in primis pompæ omnem diligentiam fuisse enim se situ ad mundiciam curiose, & ut breve amictus ejus fastidium in speculo componebat, ubi se ita nuper tegam corpori sic applicabat, ut rugas non forte sed industrie locatas artifex nodus constringeret, & sinus ex composito defluens nodum latius ambiret, ex*

quondam cum elaboratus incederet ad ſpeciem, collega de injuriis diem dixit, quod ſibi in angustiis obvius offenſu fortuito ſtructuram togæ deſtruxerat, & capital putavit, quod in humero ſuo ruga locum mutaſſet. habes heic de ſtructura togæ, de rugis induſtria locatis, de nodo artifice, qui rugas illas conſtringebat, quem nodum ſinus, cum defluebat, latius ambibat. ita enim potius legerim in verbis Macrobii, ubi vulgo habetur, *nodum lateris ambiret.* artifex ille nodus, qui rugas omnes taliatim deductas congregabat, non dubium eſt quin umbo togæ fuerit, quo omnes togæ ἀπτυχαὶ in unum nodum corrugatæ tenebantur. fallitur magiſter qui ad hunc locum ſcribit, umbonem togæ ſinum eſſe. quid eſſet ſinus in toga, quid umboplane neſcivit, qui tam imperite utrumque confundat. an non ſatis umbonem à ſinu diſtinguit Tertullianus, quum inde togæ ſinum incipere facit, ubi deſinit umbilicus? verba ejus hæc ſunt, ſatis ut equidem opinor aperta: *dehinc diluculo tunica prius cingulo correpta, quam præſtabat moderatiorem texuiſſe, recognito rurſus umbone, & ſi quid exorbitavit reformato, partem quidem de lævo promittat, ambitum vero ejus ex quo ſinus naſcitur, jam deficientibus tabulis retrahat à ſcapulis, & excluſa dextera in lævam adhuc congerat, cum pari tabulato in terga devoto.* manifeſte ex ambitu umbonis ſinum naſci dicit, deficientibus ſcilicet jam tabulis. ibi enim deſinebat rugarum complicatio, unde ſinus incipiebat. & ſinus ambibat umbonem, qua rugæ umbonis jam deficiebant. Hoc eſt quod dicit Macrobius in toga Hortenſii: *togam corpori ſic applicabat, ut rugas non forte ſed induſtria locatas artifex nodus conſtringeret, & ſinus ex compoſito defluens nodum lateris ambiret.* jam docuimus Macro-

Macrobio *nodum* appellari umbonem togæ quo rugarum & plicarum in umbilici modum collectarum congregatio ſtringebatur. nodum illum ſive umbonem, ſinus ambitu ſuo comprehendebat, qua contracti umbonis plicaturæ finiebant. & prout ſinus laxius flueret, aut ſtrictius ſtrangularetur, ita latiore aut breviore ambitu umbonem circuibat. non poteſt igitur ſinus idem eſſe quod umbo. Sinus in anteriore tantum parte veſtis habebatur; umbo tam in anteriore, quam in poſteriore. Tertullianus: *cum pari tabulato in terga devoto.* par ergo tabulatum, & in tergo exſtabat. at quid aliud eſt *umbo* quam tabulatum vel tabularum congregatio? ergo geminos ſingulæ togæ habebant, anteriorem unum, à tergo alterum. Præterea ſuo ſemper loco ſtabilis ac fixus hærebat, nec ſtationem mutabat. immo ſi quid in eo exorbitaverat, aut offenſu fortuito deſtructum fuerat, ſtatim reformabatur. ſinus vero modo laxior, modo ſtrictior haberi ſolebat. interdum humero defluebat, interdum in humerum conjiciebatur. Quintilianus: *tum ſinus injiciendus humero, cujus extremam oram rejeciſſe non dedecet. ſed & amictus obſervatio, dum incipimus; procedente vero actu jam pæne ab initio narrationis ſinus ab humero recte velut ſponte delabitur.* & paullo poſt: *itaque ut lævam involvere toga & incingi pæne furioſum eſt, ſinum vero in dextrum humerum ab imo rejicere ſolutum ac delicatum, ſiuntque adhuc pejus aliqua, ita cur laxiorem ſinum ſiniſtro brachio non ſubjiciamus.* Curius Fortunatianus libro III. *Sinus ab humero recte poteſt labi? poteſt in ipſo actu velut ſponte: nam quum ad argumenta & locos ventum eſt, rejicere à ſiniſtro togam, & dejicere eam etiam ſi hæreat convenit.* ubi etiam aperte

ſinum ab umbone quem ibi nominat ſeparavit hæc in ſinu tam varie, quæ in umbone fieri neutiquam poterant. Si quis enim umbonem aut ſiniſtro brachio ſubjeciſſet, aut in dextrum humerum congeſſiſſet, totam rugarum ſtriarumque artificem ordinationem facile turbaviſſet. atqui ſtudioſe hoc cavebatur à curioſis ne in anguſtiis turbæ, aut in occurſu alicujus feſtinantis umbonem ſuum ſic affabre concinnatum, atque ordinatum deſtruerent. propterea Hortenſius olim collegæ ſuo de injuriis diem dixit, quod ſibi obvius in anguſto quodam loco ſtructuram togæ turbaſſet. itaque umbo fixus & hærens in uno eodemque veſtigio, ſtationem ſuam nuſquam amittebat aut mutabat. ad hæc, iſtud etiam diſcriminis erat, quod umbo in globum collectus & contractus, ſinus vero in longum expanſus. nam ab humero dextro ad ſiniſtrum baltei in morem oblique ducebatur. at profeſſor Pariſienſis qui paulo ante ſignaverat, umbonem & ſinum idem eſſe, nunc umbonem duplicem facit, *unum*, inquit, *contractum in tilias, alterum explicatum in ſinum*. quæ extrema imperitia eſt, & abſurditas. qui modo umbonem proprie ſinum togæ volebat eſſe, nunc inter umbones, quos jam duplices ſtatuit, ita diſtinguit, ut unus umbo ſit contractus, alter explicatus in ſinum. ſic alter ille umbo congregatus in tabulas, ſinus non erit, ſed à ſinu longe diverſus. atqui hic eſt quem proprie umbonem vocavit Tertullianus, quemque à ſinu aperte diſtinguit. quod vero alterum umbonem in ſinum explicari ſcribit, ac proinde eumdem cum ſinu eſſe, id plane contrarium eſt vocis *umbonis* ſignificationi, quæ nihil quod in longum

exten-

extenſum ſit poteſt ſignificare, ſed ſemper tumorem quemlibet. & rotundam collectionem deſignat. unde *umbo* clypei, *umbo* montis: & tam in clypeo quam veſte idem umbo quod umbilicus. Hinc *umbo* etiam pro rotundo vaſis operculo apud Sulpitium Severum in dialogis: *ampullulam vitream ejuſmodi fuiſſe, ut rotunda in ventrem creſceret, ore producto, ſed oris extantis concavum non repletum, quia ita moris ſit vaſcula illa repleri, ut pars umbonibus obſtruendis libera relinquatur.* nullomodo igitur umbo de ſinu dici poteſt, nec ſinus de umbone. His addendum ut umbonis & ſinus differentia pleniſſime cognoſcatur, togas veterum omnes ſinum habuiſſe, non omnes umbonem. ſolæ quippe lautiorum & elegantiorum togæ ita componebantur. Hortenſii toga, quem ex profeſſo mollem, & elegantis veſtitus curioſum fuiſſe notant veteres, & rugas de induſtria locatas, & nodum artificem hoc eſt umbonem, qui eas conſtringeret, utique habuit. in Ciceronis toga nihil tale: & ſi quid in ea corrugabat, id forte, non de induſtria aut artificio factum. nullo itaque nodo artifice, nullo umbone ad earum rugarum ſtructuram fulciendam, & conſtringendam opus habebat. Denique quum propriam Hortenſii, ut mollis hominis, & munditiarum ſtudioſi, ſtructuram illam togæ Macrobius notet, colligi inde facile eſt, communes togas hanc plicarum moroſam ordinationem, & umbonis qui eas contineret, contractionem non habuiſſe. Atque hæc ratio eſt quare Quintilianus, cum in habitu oratoris ſui deſcribendo, tam multa de ſinu togæ præſcribat, umbonem ne nominarit quidem, non utique omiſſurus, ſi omnes togæ ſuo tempore

eum habuiſſent. cum enim in oratore ſuo nimium decorem, & veſtitus elegantiam damnet, togas quoque tam operoſe ſtructas ac moroſe ordinatas, quæ mollium ac nimis elegantium erant propriæ, in primis damnaſſe veriſimile eſt, eoque nihil de iis dixiſſe. Nam qui putant Quintilianum ſinus nomine etiam umbonem togæ intellexiſſe, turpiſſime hallucinantur. fruſtra etiam ſunt doctiſſimi viri qui umbonem quærunt in antiqua illa ſtatua togata, cujus inſtar delineandum curaverunt ad hujus Tertullianici loci de toga explicationem. Sinus illa quidem, habet, ſed nuſquam umbonem. nullæ quippe in ea rugæ viſuntur, aut plicaturæ niſi fortuitæ, & ex redundantia veſtis natæ. quare nullum in illa umbonis figmentum, cum nullæ ſint rugæ fictæ, aut de induſtria locatæ. antiquiorum præterea temporum eſt illa ſtatua, cum togæ ad calceos uſque demittebantur. nam Quintiliani & Plinii ætate non ultra medium crus procedebant. Si erravit Quintiliano teſte Plinius, qui cum temporis ſui togas non ultra medium crus deſcendere cerneret, Ciceronem ad calceos uſque demiſſam togam geſtaſſe dixerit, velandarum varicum cauſa; cum Ciceronis ævo togæ omnes ad talos uſq; fluerent. Ciceroniani itaque aut etiam anterioris ævi fuerit ſtatua illa neceſſe eſt, quæ togam præfert uſque ad calceos demiſſam, quo tempore, ut diximus, ſolæ delicatiorum & curioſe veſtitorum togæ umbones habebant. Quintiliani ætate ita etiam obtinuiſſe non minus certum eſt. nuſquam enim umbonis, aut rugarum in tabulas deductarum, aut contabulationis meminit in toga oratoris quem inſtituendum ſuſcepit,

pit, cum tam curioſe & exacte de ſinu tractet. Dixerit aliquis, Tertulliani temporibus in omnibus togis umbones fuiſſe. nam togam ita compoſitam & ordinatam generatim deſcribit. fortaſſe id verum eſt, ſed illud veriſimilius, Tertullianum, qui pallii facilem commodumque uſum & habitum, togæ contra moroſum & impeditum oſtendere voluit, rhetorice & oratorio more eam togæ ſpeciem in exemplum & comparationem ſumpſiſſe, quæ habitu difficillima eſſet ac moroſiſſima, ut ſic illius indumenti incommoda magis urgeret & exaggeraret. talis autem lautiorum toga. Curius tamen Fortunatianus umbonis in toga oratoris meminit, ut conſtet omnes paullo lautiores togas ejus ætate umbonem illum habuiſſe. illud vero ſupra quidquid certi eſt certiſſimum eſſe conſtat, umbonem à ſinu diſtingui debere. De umbone ſatis ſupra diximus, nunc de ſinu quid ſit doceamus. Sinus in toga nihil aliud erat, quam lacinia togæ, quæ ſub humero dextro miſſa ad humerum lævum recurrebat, & oblique tanquam balteus ducebatur: toga enim ſub dextro veniens, hoc eſt dextram excludens, & in ſiniſtrum humerum congeſta ſinum efficiebat. Tertullianus hoc loco: *jambitum vero ejus ex quo ſinus naſcitur, jam deficientibus tabulis retrahat à ſcapulis, & excluſa dextera in lævam adhuc congerat.* ſinus igitur, hoc eſt lacinia togæ quæ ſinum efficit, à ſcapulis retractus, & dextram excludens in lævum humerum conjiciebatur. Scholiaſtes vetus Perſii: *toga eſt purum pallium, forma rotunda & fuſiore, atque inundante ſinu: & ſub dextro veniens, ſuper humerum ſiniſtrum ponitur: cujus ſimilitudinem in operimentis ſimulacrorum vel picturarum aſpici-*

aſpicimus, eaſque ſtatuas togatas vocamus. ſic toga dexteram & humeri dextri partem excludebat, & totum humerum lævum ſuper injecta operiebat. quare pars illa togæ quæ de ſub humero dextro veniens ad lævum baltei more in obliquum ducebatur, ſinum togæ reddebat. Hunc nec fluere, nec ſtrangulare debere tradit Quintilianus, qui duplicem in toga ſinum collocat; iſtum quem dixi ab humero dextro ad ſiniſtrum baltei in modum duci ſolitum; alterum vero quem decentiſſimum idem fore dixit, ſi aliquanto ſupra imam togam fuerit, nunquam certe inferiorem eſſe vult. Hic ſinus aliquando humero injiciebatur cum extrema ipſius ora rejecta. Sinus in veterum togis non fuiſſe ſcribit Quintilianus. nam veteres manum intra togam continuiſſe memorat idem. excluſam igitur dexteram & apertam veteres illi non habebant, quam utique intra veſtem continebant. propterea nulli ſinus in eorum togis fuere. nam lacinia illa quæ in recentiorum togis dexteram excludebat, & à dextro retracta in lævum humerum conjiciebatur, & ad inſtar baltei oblique ducebatur, ita ut nec flueret nec ſtrangularet, ſinum ut dixi faciebat. Curius tamen Fortunatianus, & umbonem nominat, ac de umbone ita loquitur: *quid in umbone? nec fluxe, nec adſtricte.* quibus verbis videri poſſet umbonem eumdem cum eo ſinu facere, quem nec fluere, nec ſtrangulare debere præcipit Quintilianus: verum non ita eſt. *ſinus* meminit paullo poſt idem Fortunatianus, & ab umbone manifeſte diſtinguit. ſed ſinus ille quem dixi, prout fluxior & adſtrictior eſſet, ita latiore aut minore ambitu umbonem comprehende-

bat.

bat. immo si fluxior erat, umbonem ipsum complectebatur; si strictior, umbonem sub se habebat. at umbo ipse, nec fluxior esse poterat, nec strangulatior. ideo *in umbone* dixit, non *umbo* Curius Fortunatianus. Hæc latius explicabuntur in nostro de re vestiaria. interim hoc annotasse sufficiat, quantum satis sit ad hunc Tertulliani locum de sinu, deque umbone togæ intelligendum.

Custodibus forcipibus assignet] Forcipes vocat ferreum aut ligneum potius instrumentum, ad modum forcipum quas vulgo *tenalias* vocamus, Græci καρκίνους appellant. his forcipibus umbo togæ committebatur, ut structuram rugarum constringerent, & in loco suo servarent. *crucem* appellat infra: *etiam cum reponitur, nulli cruci in posterum demandatur.* forcipes enim illæ quibus figmentum umbonis constringendum mandabatur, ad instar vulgarium forcipum, cum aperiebantur, crucis figuram referebant. at pondera & prela sive pressoria quibus vestes premebantur vulgo, ut splendorem contraherent, alio pertinent, & alia fuerunt. de quibus nos alio loco. qui vero forfices & πόρπακας heic somniant, apage. μηδ' ὄναρ ἐμοὶ ἤρεσκε τοιοῦτόν τι ὀνειροπολεῖν.

Recognito rursus umbone, & si quid exorbitaverat, reformato] Magnam curam studiumque ponebant, ut umbilicus ille togæ, & contracti umbonis figmentum, tabularumque & rugarum formatio loco suo semper hæreret, & structuram suam bona fide constanterque servaret. infra de pallio: *nihil de tabularum fide laborat.* qua in re non levem cultus partem constituebant homines elegantes, & curiosi vestitus amatores, ut de Hortensio

apud

apud Macrobium legere eſt, loco quem ſuperius adduximus. in ſinu togæ conſtituendo nulla talis adhibita obſervatio. nam modo laxior, modo ſtrangulatior habebatur. Quintilianus: *ille vero ſinus qui ſub humero dextro ad ſiniſtrum oblique ducitur, velut balteus, nec ſtrangulet, nec fluat. pars togæ quæ poſtea imponitur, ſit inferior. nam ita & ſedet melius & continetur.* pars illa togæ quam inferiorem ſinu eſſe vult, ut melius ſederet & contineretur, umbo utique fuit, qui ſedere & ſuo loco firmiter hærere debebat. ſi ſinus laxior eſſet ac flueret, hanc togæ partem, hoc eſt umbonem ambiebat, eoque omnino inferior erat, ut in toga Hortenſii, cujus ſinum ex compoſito defluxiſſe tradit Macrobius ut nodum latius ambiret, id eſt umbonem. at Quintilianus ut inferior ſinu ſit umbo, magis probat, quia ſic melius ſedet & continetur, quam ſi ſupra ſinum locetur, aut à ſinu ambiatur. ideo ſinum ut ſtrangulare non vult, ita nec fluere. nam cum defluereț, partem illam togæ quæ ſedere debuit & in ſuo loco firmiter permanere, ambitu ſuo utique comprehendebat, & inferior erat ipſe. qua re fiebat, ut minus hæreret, nec tam bene ſederet, propter ſinus impedimentum, & fuſiorem laxitatem. diximus ſupra Quintilianum in oratoris ſui toga umbonem nuſquam agnoſcere, quem neque nominarit quidem. non mihi tamen dubium eſt, quin pars illa togæ, quam ſub ſinu collocat, quamque ſedere & contineri vult, aut umbo fuerit, aut umbonis locus. in togis lautiorum, quæ rugas operoſe & cum artificio locatas & ſtructas habebant, umbo erat. in aliis togis communibus pars illa veſtis ſimiliter continebatur & ſedebat. artifi-

cio

Digitized by Google

cio tamen illo carebat quo rugæ omnes & plicæ in globum congregatæ adinſtar umbonis, veluti nodo quodam conſtringebantur. umbonem certe nominaſſet Quintilianus ſi artificem illam ſtructuram in toga ſui oratoris, aut admiſiſſet, aut agnoviſſet. nam umbo vocabatur cum artem ſtructuræ habebat.

Partem quidem de lævo promittat] Etſi umbo in medio veſtis erat, ad lævum tamen magis latus accedebat, ne in actu ſcilicet à dextra turbaretur, quæ magis actioſa eſt quam ſiniſtra: ideoque libera relinquebatur, & exerta, cum ſiniſtram toga operiret. hinc umbonem *nodum lateris* fortaſſe vocavit Macrobius in toga Hortenſii, quo loco tamen legebamus *latius*. ſed *lateris* retineri poſſe conſtat, eo quo dicimus ſenſu. rugæ quippe ſpiſſiores & crebriores in humero ſiniſtro qui toga totus operiebatur, quam in dextro qui liber erat à toga. Macrobius de Hortenſio: *Collegæ de injuriis diem dixit, quod ſibi in anguſtiis obvius fortuitu ſtructuram togæ deſtruxerat, & capital putavit, quod in humero ſuo locum ruga mutaſſet.* de humero ſiniſtro intelligit. idcireo in lævum magis latus inclinabat umbo, qui omnes ex humero deſcendentes rugarum plicaturas in ſuo ſtatu quaſi nodo conſtrictas tenebat. qua de re fuſius in noſtro de re veſtiaria commentario.

Ambitum vero ejus ex quo ſinus naſcitur] Id eſt ambitum umbonis extra quem nullæ amplius erant tabulæ, atque inde ſinus incipiebat. umbo proprie erat tabulata congregatio. hæc differentia tabularum & rugarum. tabulæ in ſolo inerant umbone, quem & propterea *tabulatum* vocavit ac *tabulatam congregationem*. extra illum ambitum

bitum rugæ dicebantur, quas in ordine ſuo & ſtructura continebat contracti umbonis figmentum. ſic rugæ veſtis cum ad umbonem ventum erat, in multas tabulas & plicas de induſtria formatas conrotundabantur, quæ formam umbonis efficiebant, fulturamque præſtabant veſti nimis ſinuoſæ & inundanti. hoc eſt quod ſupra dicebat, *adeo nec artificem neceſſe eſt qui pridie rugas ab exordio formet, & inde deducat in talias.* rugæ formabantur in humero, quæ inde in talias ſive tabulas deducebantur qua parte fingebatur umbo, qui nodus erat omnium rugarum & quaſi centrum. ex illo igitur umbonis ambitu, jam deficientibus tabulis, ſinum naſci ait Afer noſter: ex cujus verbis illud non poteſt colligi, utrum ſinu inferior umbo, an ſupra ſinum poſitus fuerit. ſed jam ante docuimus, ſi laxior eſſet ſinus, umbonem ambitu ſuo comprehendiſſe; ſi ſtrictior, umbonem ſub ſe habuiſſe. hinc certe liquet umbonem à ſinu diverſum fuiſſe.

Retrahat à ſcapulis, & excluſa dextra in lævum adhuc congerat] Dexteram ſcapulam non penitus, nec totam excludebat toga, ſed partem tantum, ut in antiquis ſtatuis togatis videre eſt. at in cinctu Gabino, totus humerus dexter excluſus & exertus habebatur. nam toga ſub brachium dextrum miſſa, & in ſiniſtrum conjecta, hominem quaſi incingebat. Hinc Tertullianus noſter Catonem qui in prætura ſua cinctu Gabino cingeretur, humeroque exerto ageret, habitu palliato vel invitum Græcis faviſſe ſupra dixit. Græci enim philoſophi ita pallium gerebant, ut humero dextro exerto agerent. apud vetuſtiſſimos vero Romanos utrumque humerum toga

pror-

Digitized by Google

prorſus operiebat, & manum intra veſtem continebant; ideo nulli ſinus in eorum togis fuere. atque hi tres modi extitere togæ gerendæ apud Romanos: antiquiſſimus, cum toga utrumque humerum tegebat: recentior quo toga ab humero dextro retracta & ſub brachium miſſa, in lævum inde humerum congeſta, dexteram liberam relinquebat. hic eſt modus, quem perſequitur hoc loco Tertullianus. Tertius fuit cinctus Gabinus de quo nos ſuperius.

Cum alio pari tabulato in tergo devoto] Correximus, *in terga devoto*. ita ſuadente libri noſtri ſcriptura, & primæ editionis.

Nullius indumenti expoſitio, quam togæ gratulatur] Nullius indumenti depoſitio, magis gratatur, aut grata eſt quam togæ: *gratulari* formæ deminutivæ eſt à verbo *gratari*. hinc & pro gratari hoc loco ſumitur, vel gratum facere. niſi quis *gratulari* heic paſſive poſitum ab auctore putet, pro gratulationem accipere vel mereri, ab activo *gratulo*. tunc is ſenſus erit: nullius indumenti expoſitioni magis gratulari ſolent homines quam togæ. *gratulatur*, gratulationem accipit ab hominibus. *Gratulari* veteres quidam etiam pro grates agere poſuerunt. Ennius apud Nonium:

Iupiter tibi ſumma tandem male re geſta gratulor.

Afranius: *Quod ſalvus venis, melius eſt, gratulor diis.* at heic pro gratum facere. fruſtra igitur de hac ſollicitanda lectione cogitarunt viri docti.

Togæ expoſitio] Togam exponere pro deponere. ſic *nomen virginitatis exponere* apud Arnobium pro virginitatem deponere. & *exponere epiſcopos* in fragmentis Hilarii, eſt deponere, *exponere* apud Cyprianum κατ' ἐξ deponere, ſæpe occurrit. ſic

infra: *etiam cum toga exponitur, nulli cippo in craſſimum mandatur.*

Calceis nihil dicimus proprium togæ tormentum] Calcei togæ proprii. nam apud Romanos toga ſine calceis non ſumebatur, nec calcei ſine toga. in urbe ut togæ uſus, ita calceorum. extra urbem cum in ſeceſſu agebant, ſine toga & ſine calceis erant. Plinius lib. VII. epiſt. III. ad amicum quem de ſeceſſu ruris in urbem revocare hititur: *quin ergo in urbem redis, ubi dignitas, honor, amicitiæ tam ſuperiores quam minores? quouſque regnabis? quouſque vigilabis cum voles? dormies quamdiu voles? quouſque calcei nuſquam? toga feriata? liber totos dies? tempus eſt te reviſere moleſtias noſtras, vel ob hoc ſolum, ne voluptates iſtæ ſatietate langueſcant.* quouſque, inquit, dabitur tibi, ut calceos non inducas, & togam non induas, id eſt feriatam habeas? ita interpungenda eſſe verba illa Plinii docuimus olim. cum toga feriabatur, calcei nuſquam erant. ut calcei togæ proprii, ſic ſoleæ vel crepidæ pallii, ut infra dicemus. Quæ differentia Latinis eſt inter calceum & ſoleam, eadem apud Græcos ponitur inter ὑπόδημα, & σανδάλιον. cum calceum Romanum Græci auctores reddere volunt, non aliter vertunt, quam ὑπόδημα. Artemidorus lib. IV. cap. LXXIV. Χρυσάμπελος ὁ λυσιῳδὸς δίκην ἔχων περὶ παιδὸς εἰς δικαίαν ἀγομένου, ἔδοξε τὸ Πᾶνα βλέπειν ἐν τῇ ἀγορᾷ καθεζόμενον, ἔχοντα Ῥωμαϊκὴν ἐσθῆτα καὶ ὑποδήματα. hoc eſt, togam, & calceos. & quamvis apud Latinos omne calciamentum, & quidquid pedibus inducitur, calcei nomine veniat; proprie tamen ac ſtricte *calceum* appellarunt id calciamenti genus, quod totum pedem & infime & ſuperne tegebat, eaque ratione diſtingue-

ſtinguebatur à ſoleis, quæ plantam pedis tantum veſtiebant, ſuperiore parte nuda. Servius: *Sane Flaminicæ non licebat, neque calceos, neque ſoleas mortuinas habere.* ὅτι ὑποδήματα, ὅτι σανδάλια. Nam & Græci quoque licet omne genus calceatûs, ὑπόδημα appellent, propria tamen ac ſtricta notione, nomen hoc tribuunt calciamentis cavis, in quæ pes intromittitur, quæque ἀπὸ τῶν σανδαλίων diſcernuntur. nam ὑπόδημα κοῖλον vocant calciamentum, quo pes totus tegitur & amicitur, ad differentiam ſandaliorum ſive ſolearum, quæ planæ ſunt, non cavæ, ideoque plantas pedum tantummodo tegunt. Itali hodie *pianellas* ob id vocitant. Heſychius: καλτίοι, ὑποδήματα κοῖλα ἐν οἷς ἱππάζονται. mentio & καλτίου etiam apud Rinthonem. Pollux: ὁ Ῥίνθων ἢ κοιλοφωνίαν τινὰ καλτίαν, καὶ ὄγκια ἐν Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. vox Sicula κάλτο, de cavo & profundo calciamento, unde Latina *calsus*. Plutarchus quoties calcei Romani mentionem facit, fere ſemper reddit κάλτιον, ut in libro γαμικῶν παραγγελμάτων, & alibi. diſtinguunt igitur Græci τὸ κοῖλον ὑπόδημα, καὶ τὸ σανδάλιον. Pollux: μέρη δὲ ὑποδημάτων, γλῶτται, καττύματα, ὄνυχες, ζυγοὶ δὲ τὸ μὲν πρὸς τοῖς ὄνυξι καὶ κοίλας ὑποδήματος, καὶ δὲ σανδαλίου τὸ σὺν θαπτύλῳ σωιέχον. calceus eſt κοῖλον ὑπόδημα, quod abſolute etiam ὑπόδημα Græci appellarunt. idem Pollux: λέγοις δ' ἂν καὶ ὑποδήματα κοῖλα, βαθέα, εἰς μέσην κνήμην ἀνήκοντα· τάδε σὺν οἶδα εἰ μόνον ὑποχρῶν ἐστὶν εἰπεῖν ὑποδήματα. Heſychius: βλαῦδες, ἐμβάδες, κρηπῖδες, σανδάλια, ὑποδήματα. vides ὑπόδημα diſtingui ἀπὸ τῶν σανδαλίων. idem: βλαυτῶν, ὑποδέσεων ἢ πλήσεων σανδαλίων, οἱ δὲ ὑποδημάτων. ſic τῶν βλαυτίων alii σανδαλίων, alii ὑποδημάτων

esse volebant. Achmet in Onirocritico diversis ac distinctis capitibus, περὶ σανδαλίων, & περὶ ὑποδημάτων tractat. cap. CCXXIX. est περὶ σανδαλίων. cap. CCXLIV. περὶ ὑποδημάτων, τζεβίων, καὶ βερκίων. diversas quoque in somniis sandaliorum, & calceorum, id est ὑποδημάτων rationes ac significationes fuisse tradit. ὑποδήματα quippe angustias & vincula fere significabant, quia totum pedem constringerent & vincirent. sandalia non item. hinc τὰ σανδάλια apud somniorum conjectores, ad mulieres referuntur. calceorum usum, hoc est τῶν ὑποδημάτων Dominus noster Apostolis suis interdicit, Matthæi cap. X. vers. X. μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μήτε ῥάβδον. at apud Marcum cap. VI. cap. IX. permittuntur iidem habere sandalia: ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια, καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας. qui nullum putant Evangelistas posuisse discrimen inter ὑποδήματα & σανδάλια, longiter errant: & hæc ratio est conciliandi cum Marco Matthæum, quum alia nulla sit. ὑποδήματα sunt calcei qui totum pedem tegebant: hos Dominus Apostolis interdixit. σανδάλια sunt soleæ, quæ plantam pedum duntaxat subtegebant: has Dominus discipulis suis permisit. & sane Apostolos non prorsus nudipedes fuisse, sed sandalia gessisse constat ex Actis Apostolorum cap. XII. de Petro qui in custodia erat: εἶπέ τε ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὸν, ζώσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Sandaliorum quæ Apostoli pedibus inducerent sæpe mentio fit in vitis Apostolorum apud Abdiam. Ex veteribus tamen patribus extitere quidam, qui ad allegorias confugerent in conciliandis locis illis Evangelista-

geliſtarum. nonnulli ex Matthæi loco collegerunt omnem omnino calciamentorum uſum Apoſtolis ſuis Dominum interdixiſſe. Euſebius Hiſtor. Eccleſ. libr. VI. cap. III. de Heracla preſbytero: πάντων ἧ μάλιστα τοῦ εὐαγγελικοῦ φωνῆς φυλακτέας ὥετο δεῖν εἶ, τας τε φεὶ μὴ δύο χιτῶνας, μηδ' ὑποδήμασι χρῆσθαι παραινέσας. & paulo poſt: λέγεται γοῦν καὶ πλείονων ἐτῶν γλῦ πεπατηκέναι, μηδενὶ μηδαμῶς κεχρημένον ὑποδήματι. Si Domini præceptum περὶ ὑποδημάτων, ita interpretere, ut Heraclas ille faciebat, neceſſe eſt ut pugnet Marcus cum Matthæo. ſed aliter interpretabantur antiqui in Ægypto monachi, qui ſandalia velut à Domino permiſſa geſtabant, calceos hoc eſt ὑποδήματα velut interdicta recuſabant. Caſſianus de habitu monach. cap. X. *calciamenta vero velut interdicta Evangelico præcepto recuſantes, cum infirmitas corporis, vel matutinus rigor, ſeu meridiani æſtus fervor exegerit, tantummodo caligis ſuos muniunt pedes, interpretantes uſum earum vel Dominica permiſſione ſignari, ut ſi in hoc mundo conſtituti, cura & ſollicitudine carnis hujus, omnimodis exuti eſſe non poſſumus, nec ab ea penitus prævalemus abſolvi, ſaltem occupatione lori, & implicatione tenui neceſſitatem corporis explicemus.* caligas vocat, τὰ σανδάλια. & ita verſio vulgaris reddidit. Gloſſæ: σανδάλιον, *caliga*. eadem igitur erat differitas inter ὑπόδημα, & σανδάλιον Græcis, quæ Latinis inter calceum & ſoleam. Romani eum togam deponebant, exuebant & calceos. ad menſam accubituri ſoleas depoſitis calceis ſumebant, & cænatoria veſte togam mutabant. Sed de his plura in libro de calceis veterum, quem adjuncturi ſumus commentario de re veſtiaria.

Pag. 28. *Immundiſſimam pedũ tutelam*] Odori ſudorique pedum adſcribunt iſtam calceorum immunditiem, quia in calceis pedes ſordidi olidiq;, aura non exſpirante. quod ineptiſſimum eſt. non pedes immundos, ſed pedum tutelam, hoc eſt calceos dicit Tertullianus. nam quomodo pedes ſordidi aut immundi poſſent eſſe in calceis? immundiſſimam pedum tutelam calceos dicit eſſe, quia pluvere & luto plerumque ſordidi. Martialis:

At mihi quem cogit medios abrumpere ſomnos,
Et matutinum ferre patique lutum,
Quid petitur laxatum pes vagus exit aluta,
Et ſubitus craſſa decidit imber aqua?

& alibi:

Quam vetus à craſſa calceus udus aqua.

Querolus non Plautinus:

Sume laneos cothurnos, ſemper reſluos calceos,
Quos pluvia ſolvat, pulvis compleat, canum & ſudor glutinet.
Sume calceos humili fluxos tegmine,
Quos terra vocet, fraudet limus concolor.

Quam non expediat] Poſuimus antiquam lectionem, *quem non expediat rigere nudipedem.* ſic dicebant, *expedit hoc me facere.* ſed & *expedit me*, & *expedit mihi* veteres protulerunt. Valerianus Homilia prima: *quid autem rationalem animam, & ad Dei imaginem factam expediat, ſacile poteſt homo intelligere, cum videt ſacratu per conſtitutionem Dei conſtitutionibus diſciplina etiam elementa ſervire.* ſic *impedire aliquem*, & *impedire alicui*, pro impedimento eſſe, dixere.

In algore & ardore rigere nudipedem] Pes nudus in algore riget, & friget, nam rigor etiam pro fri-

frigore: sed quomodo in ardore & per æstum rigere quis dici queat? putavi aliquando delendum esse illud *ardore*, ac legendum: *quem enim non expediat in algore rigere nudipedem, quam in calceo uncipedem*? quam sententiam nondum mutavi. Posset tamen aliquis non inepte conjicere, duplici sensu heic positum τὸ *rigere* à Tertulliano. riget aliquis nudipes in algore, qui friget: at riget uncipes in calceis per ardorem, qui pedes rigidos in calceis habet, ita ut eos vix explicare, aut expedite flectere possit: pedem enim rigidum tenet calceus, atque ita constringit, ut vix flecti patiatur. longe quippe flexibiliores, & expeditiores pedes sine calceis, quam calciati. sic duplici notione posuerit heic Tertullianus, & pro frigere, & pro rigidum esse.

Quam in calceo uncipedem] Ad repandos veterum Romanorum calceos alludere auctorem quidam volunt, sane ad uncinatos allusisse videtur. Cato apud Festum: *qui magistratum curulem cepissent, calceos mulleos gerebant, alii uncinatos, alii perones.* uncinatos calceos aliquando de lunatis accipiebamus. falluntur certe docti viri qui uncinis & clavis confixos interpretantur. de mulleis calceis alibi diximus. rubros calceos ita vocabant Romani. non tamen dicti mullei, quod rubri essent, sed quod repandi. nam μύλων & μύλωνος repandum significat. tales erant veterum Tyrrhenorum calcei, quibus reges Albanorum primi, deinde & patricii usi sunt, ut scribit Festus in voce *Mullei*. rubri inquam erant, & repandi. sed mullei dicebantur, quod essent μυλλοὶ, hoc est repandi, non quod rubri. Postea καταχρηστικῶς calceum quemlibet rubrum appel-

larunt mulleum, etiam si repandus non esset. & sane color mulleus pro rubro, nusquam nisi de calceis usurpatur. quod si coloris nomen esset, de re qualibet, quæ colorem illum haberet, usurparetur. atqui de calceis tantum dicebatur apud Romanos. errant igitur & qui mulleos calceos à colore mulli piscis dictos, & qui mullo pisci nomen inditum putant à colore mulleorum calciamentorum, ut Fenestella apud Plinium. mullus sane piscis Græca voce etiam dictus est, quod μύλλος esset. nam μύλλος est καμπύλος, τρεχλὸς, σκαλιός. hinc κυφαὶ τρίγλαι Epicharmo apud Athenæum: ἄγε δὴ τρίγλας τε κυφὰς καὶ χαρίεσσας βαιόνας. quidam mulleos, à *mullando* hoc est fuendo vocatos putarunt. sed cur mullei à mullando potius, quam quodlibet aliud calciamenti genus? nam omnes calcei mullabantur, hoc est fuebantur. μύειν Græce est connivere, & conjungi. inde ὑποθετικὸν μύλλω. ut ἀπὸ τοῦ βύω, βύλλω, & similia. inde Latinum *mullare*, id est fuere: nam qui fuunt, disjuncta jungunt. hinc & μύλλειν, ἀντὶ τοῦ πλησιάζειν. mullei igitur, sunt τὰ μύλλια ὑποδήματα, τὰ καμπύλα. Tyrrhenorum calceorum hæc duo propria fuere, τὸ καμπύλον, ἢ τὸ φοινικοῦν. Sappho de Tyrrhenis calceis: ποικίλος μάσθλης, Λύδιον κακὸν ἔργον. μάσθλης Grammatici interpretantur, δέρμα ἢ ὑπόδημα φοινικοῦν. tales erant & calcei Albanorum regum, nam à Tuscis formam eam acceperunt. Notat Dio Cæsarem Albanorum regum more, à quibus originem gentis suæ repetebat, calceos puniceos in usu habuisse. qui triumphabant, & qui curulem magistratum ceperant, calceos mulleos sive puniceos gerebant. Servius de Tyrrhenis calcia-

calciamentis: *dicit crepidas quas primo habuere senatores, post equites Romani, nunc milites.* Milites tempore Servii calceos acuminatos & repandos habebant, ut ex Leonis & Constantini Tacticis alibi observamus. hæc de calceis repandis, quos *mullos* & *mulleos* dixisse veteres, hoc est μύλλους, certissimum est. cum omnes calcei qui ea forma essent, ita dici deberent: solis puniceis hoc nomen datum est per abusum, & postea ita acceptum quasi de colore sic vocarentur. in hujusmodi calceis seu repandis sive uncinatis, qui pedem incluſum habebat, inde fortasse *uncipedem* hoc loco dixit Tertullianus. sed vetus editio, & nostrum exemplar, legunt, *hunc pedem*. ex quo feciſſe apparet correctores, *uncipedem*. ego maluissem *vincipedem*. sine dubio respexit Afer noster ad Musonii philosophi dictum, quod apud Stobæum legitur, qui ut ἀνυποδησίαν commendaret, inter *calciari* & *vinciri* parum discriminis esse statuebat. verba hujus hæc sunt: ἢ δ γε ὑποδεδέσθαι τὸ ἀνυποδετεῖν τῷ δυσαμβλίῳ κρεῖττον· κινδυνεύει γὰρ τὸ μὴ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι ἐγγὺς εἶναι· ἡ δ' ἀνυποδησία πολλὴ ἀλυπίαν τινὰ καὶ ἀνωλίαν ταῖς ποσὶν παρέχει, ὅταν ἡσκημένοι ὦσιν. quod dictum à Musonio mutuatus est Clemens Alexandrinus in Pædagogo lib. II. cap. XI, ἀνδρὶ δὲ μάλλον ἁρμόδιον ἀνυποδησία, πολλὰ εἰ μὴ τρυφῶντι. καὶ γάρ πως ἐγγὺς τὸ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι. hinc Tertullianus *nudipedem* esse præstare dixit, quam *vincipedem*, hoc est nudos quam vinctos pedes habere. τὸ γὰρ ὑποδεδέσθαι ἐγγὺς τῷ δεδέσθαι. inde Latinis *vincla* pro calciamentis. Virgilius:

Vnum exuta pedem vinclis in veste recincta.

& alio loco *Tyrrhena vincula*, apud eumdem, sunt

calceamenta Tuſca. Ovidius:

Arida de vinclis crura reſolve tuis.

Sutrinæ Veneriæ] Hæſere in his ſutrinis Veneriis venuſti interpretes, ſed hoc illis incommodum videtur fuiſſe, qui primus loco movit veterem lectionem. nam vetus codex habet cum prima editione, *ſutrinæ Venetiæ*, aut etiam *Venetiæ*. non aliam videntur habuiſſe cauſam ſcripturæ illius mutandæ, quiqui primum eam mutaverunt, niſi quod ad id inducti ſunt illis verbis quæ ſequuntur, *perones effœminatos*. viſum igitur iis fuit, optimum eſſe factum, ut ſutrinæ Veneriæ ſtruerentur ſuendis peronibus effœminatis. ex illis porro Veneriis ſutrinis, non calcei tantum effœminati & venuſti, ſed etiam ridiculæ & invenuſtæ prodierunt expoſitiones. nam *Veneriæ ſutrinæ*, interpretantur Romanas, quia Venus mater Romanorum, aut Veneri ſervientes, id eſt venuſtati. utraque expoſitio abſurdiſſima. mallem ſi *Veneriæ* legerem, ſutrinas intelligere muliebres, & muliebribus uſibus ſervientes. nam calcei magis mulieribus conveniebant quam viris. hinc *perones effœminatos* vocat calceos, & infra: *pedes nudi magis, certe viriles magis quam in calceis*. ſed *Venetias ſutrinas*, quas conſtanter retinent libri veteres, cur mutemus? Venetias ſutrinas dictas putaverim in quibus Venetæ pelles ſuerentur, ex quibus calcei conficiebantur. in Venetia autem aut Veneta regione pelles olim optime curari & confieri ſolitas crediderim, ſuendis calciamentis aptas. nam in Venetia pecudum magna erat copia, ergo & pellium ex quibus calcei fiebant. ovium Altinarum & Euganearum frequens & celebris mentio apud veteres,

teres, quæ loca sunt in Venetiarum tractu. fortasse etiam & calcei sive perones optimi in Veneta regione concinnabantur; unde *Venetias sutrinas* dixerit Tertullianus. *Venetias* autem *sutrinas* dixit ἀρχαϊκῶς pro Venetas, ut *Gallia mulieres* apud Sallustium: ut *terra Italia*, & *terra Gallia* apud Livium.

Perones effœminatos] Stultam differentiam hoc loco inducunt, peronum rusticorum, & calceorum urbanorum. *Perones* hoic sunt calcei urbani, nec contemptim aut satyrice ita eos vocavit Tertullianus, quia in aliqua re similes essent, sed valde proprie. nam calceum veteres qui ad mediam usque tibiam ascendebat, peronem vocarunt. perones sane etiam gestabant rustici, sed ex crudo corio factos, καὶ ὠμοβυρσίνης. unde *crudus pero* Virgilio, τὸ ὠμοβύρσινον ὑπόδημα. Medorum Parthorumque calceos idem Tertullianus *perones* vocitavit in libro de habitu muliebri: *gemmarum quoque nobilitatem vidimus Romæ de fastidio Parthorum & Medorum cæterorumque gentilium suorum coram matronis erubescentem, nisi quod nec ad ostensionem fere habentur. latent in cingulis & cylindros vaginæ suæ solus gladius sub sinu navis, & in peronibus emergens de latitudine.* an & ibi contemptim perones Parthorum calceos appellat? calcei quoque Romanorum ita vocantur Catoni apud Festum: *qui curulem magistratum cepissent, mulleos calceos gerebant, alii uncinatos, uteri perones.* pero est βαρβαρικὸν εἶδος ὑποδήματος, qualis erat Romanus calceus, qui ad medium crus usque perveniebat, totus ex corio, ut sunt quas hodie *bottas* vocamus. hos calceos, & *Zanchas* & *rubulos* & *caligas* & *perones* etiam nuncuparunt. at *campagi* aliud erant;

erant : non enim integra solidaque pelle crura operiebant, sed fasciis multis reticulatim implexis cingebant, de quibus nos alibi.

At enim pallio nihil expeditius, etiam si duplex quod Cratetis] Postquam incommoda & impedimenta togæ multis enarravit, transit ad pallii simplicitatem, & commoditatem ostendendam. *nihil*, inquit, *pallio expeditius, etiam si duplex quod Cratetis*. pallium Græcorum simplex erat, duplex Cratetis & Cynicorum. duplex vestimentum longe impeditius simplice. duplex tamen illud ipsum Cratetis pallium, longe simplicius & expeditius toga. Cratetis autem pallium duplex, ut Antisthenis & Diogenis, & omnium exinde Cynicorum. quis primus ex illis tribus pallium duplicaverit, variæ sunt veterum sententiæ. Crateti hanc pallii διπλοΐαν videtur hoc loco tribuere auctor, quam alii Antisthenis quidam Diogeni defendunt, quem διπλοπάλλιον propterea vocavit Cercidas in Mimiambis. nunc quærendum quo sensu pallium Cynicum duplex diceretur : nam variis modis vestimentum aliquod duplex dici potest, & video super hac re dubitasse viros eruditos, immo vero prorsus nescisse, quæ fuerit illa duplicatio pallii Cynicorum. duplex vestis aliquando dicitur, quæ duplicem usum præstat, ut pallium quod amictui est, & quod instratui. putaret aliquis ita intelligendam esse duplicationem Cynici pallii, inductus verbis Diogenis Laërtii, in vita Diogenis Cynici, quæ ita habent, τρίβωνα διπλοῦν καὶ σάκκον καὶ πήραν, διὰ τὸ ἀναγκαῖα ἔχειν καὶ ἐλάττων αὐτῶν. Ita enim distinguendum apud Diogenem. sed verba aliter exponenda esse, docebimus paullo post. sic pallium

lium duplex vocabant, quod & vicem pallii, & tunicæ simul exhibebat, ut exomis servorum. alio significatu pallium duplex etiam dicitur, quod ex duobus simplicibus constat. ut hodie pallia quæ gerimus lanea, quibus alterum pallium subest de alia materia sive lanea sive serica, duplicia plane sunt; nam ex duobus simplicibus palliis constant. & pallium laneum sericeo panno duplicari vulgo dicimus. Duplex vestimentum Græci quoque illud appellabant, quod ita amplum & fusum erat, ut duplicari in gerendo posset, διπλοΐδας, & διπλιγίδας, & διπλᾶ ἱμάτια, hujusmodi vestimenta vocabant. Hesychius: διπλοΐδα, διπλουμένῳ χλανίδα ἐν τῷ φορεῖσθαι. contra ἁπλᾶ, & ἁπλοΐδες dicebantur, parvæ & exiguæ vestes, quæ duplicari non poterant. idem Hesychius: ἁπλᾶς, μικρὸν ἱμάτιον: &, ἁπλᾶπις, σύμμετρος χλαῖνα, ἡ διπλουμένη διπλαθλιῶσι· ἁπλοΐδες, ἱμάτια μικρά. pallium commune Græcorum, & fusius erat & redundantius, atque ad calceos usque demittebatur, ut alicubi scribit Quintilianus. illud pallium primus duplicavit, sive duplicatum gessit Diogenes aut Crates. facile enim duplicari poterat, & duplicatum geri propter amplitudinem suam. Quomodo aut qua de causa Diogenes pallium suum duplicare instituerit, explicandum est. Communitus in Græcia pallium ita gerebatur, ut duæ laciniæ ab utroque latere retrorsum rejicerentur, & in humeris fibula strictæ retinerentur. quod ἀναβεβλημένον ἱμάτιον dicebant: & ἱμάτιον ἀναβεβλημένοι, qui pallium eo modo regestum utrimque habebant, ita ut tunica, quam sub pallio gestabant, tota in anteriore parte pateret. de illa rege-

regestione pallii diximus initio harum animadversionum. Diogenes Cynicus qui nullam tunicam habebat sub pallio ad eum modum quem diximus rejecto, sed solam interulam, cum per summum frigus tunicam ab Antisthene petisset, jussus est duplicare pallium. verba Diogenis Laërtii in Antisthene: Διογένει χιτῶνα αἰτοῦντι παρεκέλευσε πήξαι θοιμάτιον. idem ibidem: ἐν πεντὸς ἐδίπλωσε τὸ τρίβωνα καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχρῆτο. *& solo pallio utebatur.* sine tunica scilicet, nam pallium ita duplicatum tunicæ vice totum corpus involvebat. quinimo Cynicus pallio suo quasi veste stragula tectus, & involutus dormiebat. Diogenes Laërtius de Diogene Cynico: τρίβωνι διπλοΐσας πρὸς τοῦτο καὶ πήραν, ἐφ' ᾧ τὸ ἀναγκαῖον ἔχειν καὶ ἐνταῦθα αὐτῷ. cui necesse esset in pallio suo cubare, propterea quod vestem stragulam non haberet, eo duplicato totum se involvebat. jam quomodo pallio sese involverent Cynici, & quo pacto illud duplicarent, dicendum. Græcanicum pallium commune utrumque humerum operiebat, & utrimque regestum retrorsum, in humeris fibula strictum continebatur: Cynicum vero pallium humero dextro subjectum, & in sinistrum conjectum, ante & retro duplicabatur. humerum siquidem lævum duplici textu tegebat, & dextrum nudabat, eum commune in utroque humero simplex sederet. quare Cynici qui duplici pallio utebantur, alterum humerum exertum habebant, alterum duplicato pallii textu coopertum. atque hæc erat duplicatio pallii, quam Crateti quidam, alii Antistheni, nonnulli Diogeni adscripsere, quamque omnes exinde Cynici usurpaverunt, qui

pallio

pallio ſolo abſque tunica involvebantur. hanc duplicationem & involutionem pallii ſuggillat in comœdia Nubibus Ariſtophanes, quaſi novæ ſophiæ & ſuo demum tempore natæ inventum:

----ἀλλ' οὐ ταῦτα ἐγὼν ἐκεῖνα
Ἐξ ὧν ἄνδρας Μαραθωνομάχους ἡ μὴ παίδευσις ἔθρεψεν,
Σὺ δ' οὗτ' νῦν ἀθὺς ἐν ἱματίοισι διδάσκεις ἐντετυλίχθαι.

iſta loquitur apud illum δίκαιος λόγος, πρὸς τὸ ἄδικον. & ſine dubio reſpexit ad illum ἐντυλιγμὸν καὶ διπλωσιν τρίβωνος, quam Cynici circiter illa tempora invexerant, & πτύξαι ἁπλοῦν & διπλῶσαι dixit Diogenes de hac pallii Cynici duplicatione. quodam tamen loco etiam ἁπλῶσαι pro eodem videtur dixiſſe. de Antiſthene: καὶ πρῶτος ἐδίπλωσε τὸ τρίβωνα, καθά φησι Διοκλῆς, καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχρῆτο, βάκτρον τε ἀνέλαβε καὶ πήραν· πρῶτον δέ καὶ Νεάνθης φησὶν ἁπλοῦν ἱματίον. an legendum διπλῶσαι? quid enim tam contrarium τῷ διπλῶσαι, quam τὸ ἁπλῶσαι? ſciendum eſt aliquomodo duplicaſſe pallium commune Cynicos, aliquo etiam modo expandiſſe. nam pallium paſſivum Græcorum, quod ab utroque latere retrorſum rejiciebatur, ab utroque etiam latere duplicari neceſſe habebat. ſic ricinium duplex vocavit Varro, quod eo modo in tergum rejici ſolebat in mulieribus, lib. IV. de L. L. Cynici ut pallio ſeſe involverent, neceſſario quidquid in pallio ſic retrorſum regeſto duplicatum erat, extenderunt, ἁπλωσαν. vago enim & ſoluto circumjectu totum hominem operiebat pallium Cynicum. Tertullianus: *quippe tota ejus motitio eſt operire ſolutim, id ex uno circumjectu licet, equi-*

dem

dem nusquam inhumano, ita omnia hominis simul contegit. atqui rursus ita sese involvere, ac pallio totos contegere non poterant, quin alio modo pallium duplicarent. nam per illum pallii ἐνπλιγμὸν lævus humerus bis pallio tegebatur, & sic tam anterior quam posterior pars pallii duplicabatur, palliumque duplex in humero sinistro sedebat. sic & ἁπλῶσαι & διπλῶσαι pallium quodammodo dici possunt Cynici, sed diverso respectu. duplicasse tamen magis dicti sunt, quia duplicatio major in Cynici pallii gestamine, quam in communis. hæc dici possunt si quis in illo Diogenis loco lectionem vulgatam defendere paret. ego διπλῶσαι omnino libentius corrigerem. Cynici igitur duplicatum sic pallium omni tempore habebant. ceteri Græci per pluviam ita etiam pallium duplicare consuerant, & sese involvere. Aristophanes in Nubibus:

μήπω μήπω γε πρὶν ἂν τις πτύξωμαι, μὴ καταβρεχθῶ,
τόδε μὴ κωμῴδιον εἰσφέρειν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸ καταδαίμον' ἔχοντα.

nubila suspendi vult ille donec pallium duplicaverit adversus pluviam impendentem. sic πτύξαι ἱμάτιον supra de Diogenis Cynici pallio.

Quod Cratetis more nusquam vestiendo componitur] Hæc est lectio vulgata, quam correctores concinnarunt, nam vetus editio habuit: *quod Cratetis moram nusquam vestiendo componitur.* ita & in nostro libro scriptum fuit. cujus scripturæ vestigiis ducti & adjuti totum hunc locum ita edendum curavimus: *at enim pallio nihil expeditius, etiam si duplex, quod Cratetis. mora nusquam vestiendo*

cum

Digitized by Google

cum ponitur : quippe tota molitio ejus, &c. nihil verius. *cum ponitur* legimus, pro *componitur*. sic infra *comitatsti* perperam legebatur, pro *cum ita sit*. dicit moram nullam in pallio vestiendo intervenire, cum induitur: nulla enim opus arte aut artifice ad rugas reformandas, si quæ destructæ sint, ut in toga. hoc est quod supra dixerat, *captatelam ejus nullo tædio constare*. nullas enim rugas aut plices de industria locatas, & structas habebat pallium, in quibus aut formandis, aut denuo struendis vel brevis temporis mora impenderetur, cum induendum erat. *cum ponitur*, est cum induitur: nam *ponere vestem* dixit pro induere, Græcorum more, qui θέσθαι & βάλλειν sic usurpant. ita apud Thucydidem, θέντες τὰ ὅπλα, hoc est ὁπλιζόμενοι. cui contrarium est *exponere vestem*, ἀνὶ ἔ deponere & exuere. Græci recentiores βάλλειν ἐσθῆτα, vestem induere dicunt. βάλλειν ζώνην, βάλλειν ποδόρμια, βάλλειν ἱμάτιον, passim apud Achmetem in Onirocritico, & alios legere est. quam nos hodieque loquutionem retinemus, nam *mittere vestem* eodem significatu ponimus. legi tamen etiam heic posset, *mora nulla vestiendo cum imponitur*. *imponi* proprie de toga aut pallio, quæ supra ceteras vestes injiciuntur. Græci ἐπιβάλλεσθαι similiter dicunt. unde ἐπίβλημα, pro pallio. sic *togam imponi* dixit Isidorus: *cinctus Gabinus est, cum toga sic imponitur*, &c. Arnobius lib. III. *vestis indigent tegmine, ut virgo Tritonia curiosius statuen neat, & qualitate pro temporis, aut trilices tunicas, aut de serico imponant*? sed mutandum non est *ponitur*. ita enim & Græci, βάλλειν ἐσθῆτα, ἀνὶ ἔ ἐπιβάλλειν. Non deerit fortasse qui veterem lectionem retinendam prorsus cen-

ſeat; *mora nulla veſtiendo componitur.* nec enim ineleganter *componi mora* dicatur, ut *mora necti*, & *mora texi* paſſim apud poëtas. nulla igitur moroſa & tædioſa compoſitione in veſtiendo pallio opus eſſe, ſicut in toga, quæ cum veſtienda eſt, longa mora opus habet ad componendas rugas & deducendas tabulas.

Tota molitio ejus eſt operire ſolutum] Nulla alia molitio, aut artificium in pallio philoſophico veſtiendo adhibetur, quam ut uno circumjectu, eoque vago & ſoluto, totum hominem operiat & ambiat: nullam quippe moroſam habet rugarum conſtructionem & ordinationem, ut toga: nullo fibulæ morſu ſtringitur, ut pallium vulgare: nihil cervicibus circumſtrictum præfert, ſed ſolutim totum corpus involvit, & omnia hominis ſimul contegit.

Id eſt uno circumjectu, licet equidem nuſquam inhumano] Vitioſa hujus loci cum lectio tum diſtinctio. neutram fecêre meliorem ſuis conjecturis correctores. ſcribendum ut edidimus: *tota ejus molitio eſt operire ſolutim: id ex uno circumjectu licet, equidem nuſquam inhumano, ita omnia hominis ſimul contegit:* tota, inquit, pallii Cynici molitio eſt ſolutim operire: id uno circumjectu licet facere, & quidem nuſquam inhumano, nec ineleganti, ita totum ſimul hominem & contegit. *ex uno circumjectu*, ἐκ μιᾶς περιβολῆς. τοῦτο ἐκ μιᾶς περιβολῆς ἔξεστι ποιεῖν. Græca loquutio eſt. ſic *ex ſummo ſtudio, ex ſumma ope, ex uno ore*, apud Florum paſſim, & Apulejum, aliosque ſcriptores. proprium pallii, & præcipue Cynicorum, circumjici, τὸ περιβάλλεσθαι, unde περιβόλαιον & περίβλημα, pallium proprie dicebatur. Latini quoque

circum-

circumjectum appellarunt. Varro lib. IV. de L.L. *amictus est dictum amjectum, id est circumjectum: à quo etiam quod veste ita se involvunt, circumjectum appellant, & quod amictui habent. purpuram circum, vocant circumextum.* ita legenda ac distinguenda sunt Varronis verba, quæ vulgo pessime ac praviſſime sunt edita.

Ita omnia hominis simul contegit] Hoc de pallio Cynico sive philosophico quod totum hominem contegebat, nullamque corporis partem præter humerum dextrum, apertam ostendebat. pallium enim vulgare utrimque retrorsum rejiciebatur, & anteriorem corporis partem aperiebat totam. illo habitu apud nos hodie sunt institores suarii; sic enim pallium gerunt at Cynici involvebant se pallio, dextro tantum brachio exerto.

Humerum velans exponit, vel includit] Melius legatur: *humerum vel exponit, vel includit.* id est, & exponit & includit. nam humerus ille qui extra pallium ponitur, sive exponitur, non velatur pallio, sed ille duntaxat qui includitur. *vel* hoc loco non est disjunctivum. sic apud Virgilium:

---magnus pietate, vel armis.

id est, pietate & armis. in vetusto poëmate:

Rari hic erunt puella, vel puella matrum.

& alibi passim apud auctores. Pallium igitur Cynicorum alterum humerum excludebat, alterum includebat. nam dextro humero exerto erant, ac nudo. Cyprianus de bono patientiæ: *apparet non esse illic veram patientiam, ubi sit insolens affectatæ libertatis audacia, & exerti ac seminudi pectoris inverecunda jactantia.* Porro epigramma Græ-

cum adversus philosophos:

Καὶ τρίλιον, μάλλιον, πωγώνιον, ὠμὸν ἔχω.
Ἐκ τούτων ἡ νυῦ εὐδοκιμεῖ σοφία.

Epictetus apud Arrianum de Cynicis: ἢ τοῖς ἐπαντῶσι λοιδορεῖσθαι ἀκαίρως, ἢ καλὸν τὸ ὦμον δεικνύειν. & alibi: ἀνείληφε τρίβωνα, καλὸν δεικνύει τὸ ὦμον. inde ἐξωμίαι Cynici dicebantur, & pallium eorum ἐξωμὶς, quod humerum utrumque non velaret, ut commune pallium, sed alterum excluderet. Sextus Empiricus de Diogene: καὶ ὁ μὲν Διογένης ἀπὸ ἐξωμίδος ἔφιλει, ἡμεῖς δὲ ὡς εἰώθαμεν.

Cetero qua in humerum adharet] In veteri codice quo simus usi, legebatur: *ceteroſquin humerum adharet*. ex quo fecimus: *ceteroquin humerum adharet*. editio quoque vetus quam dedit ex fide manuscriptorum Beatus Rhenanus, habebat: *ceteroqui in humerum adharet*. ipse Rhenanus primus ita correxit ut vulgo vulgarum est. pessime. *humerum adharet*, dixit Tertullianus pro ad humerum hæret. sic *laqueos inhærere* apud Apulejum, in laqueos hærere. & *adstituor tribunal*, pro stattior ad tribunal. & *genua advolvor* apud Curium Fortunatianum, & similia. *ceteroquin*, ut *alioquin*. quam vocem multis locis apud Ciceronem corruptam restituit optimus olim Victorius. in epistolis familiaribus: *ego ceteroquin æquo animo fero*. & lib. XII. epist. ad Atticum: *ne vivam, mi Attice, si mihi non modo Tusculanum, ubi ceteroqui sum libenter, sed μαχαίρων νῆσοι tanti sint, ut sine se sim totos dies*. & libro XIV. *loca ceteroqui valde expetenda, interpellantium autem multitudine fugienda*.

Nihil circumfulcit, nihil circumstringit] Nihil circumfulcit ut toga, cujus redundantia contracti umbo-

umbonis figmento fulcitur ante & retro: nihil circumstringit ut pallium vulgare, quod cervicibus circumstrictum est, & circa cervices morose ordinatum. de circumfultura togæ supra dixit: *& pallii teretis redundantiam, tabulata congregatione fulcitis.* & de pallio cervicibus circumstricto pag. 1. his verbis: *pallium extrinsecus habitus & ipse quadrangulus, ab utroque laterum regestus, & cervicibus circumstrictus.* nihil heic viderunt interpretes.

Nihil de tabularum fide laborat] Tabulæ in toga sunt umbonis ἐπιπλυχαὶ, quæ fidem servant, cum in statione sua manent, nec locum mutant. & simul allusit ad fidem tabularum quibus aliquod pactum scriptum continetur, quod servandum est. Cicero pro Archia: *quamdiu incolonus post damnationis calamitatem, omnem tabularum fidem resignasset.* Firmicus lib. 1. *illum ad neces hominum Martis fidus armavit, illum mutare tabularum fidem, illum venena miscere.*

Etiam cum reponitur] Melius quod in nostro est: *etiam cum exponitur.* id est, exuitur, vel deponitur. sic supra: *nullius profecto alterius indumenti expositio, quam togæ gratulatur.* sic *onus exponere*, pro deponere apud Cyprianum.

Nulli cippo in crastinum demandatur] Cippum heic de pressorio vestium accipiunt. quæ interpretatio multis rationibus falsa est. primum cippus non est pressorium: deinde pressorium heic nihil habere loci potest: pressorium quippe adhibebatur premendis vestibus, & præcipue sericis, ut validius niterent & splenderent ex pressura: quod *prelum* etiam dicebant. at cippus soli togæ umboni serviebat, ut rugas & plicas quibus umbo

ſtructus & contabulatus erat, in ſua ſede contineret, & conſtringeret. oportet igitur cippum lignum aliquod fuiſſe ad inſtar annuli, quo rotunditas umbonis ſtringeretur, ne exorbitaret. ſic *cippus* lignum erat, quo pedes reorum vincti in carcere tenebantur. *ſoleam ligneam* veteres Gloſſæ interpretantur. *traverſarias* vocat hujuſcemodi cippos Cyprianus, quorum mentio frequens in veteribus martyrologiis. *ceppos* hodie vocamus inde, quidquid pedes vincire poteſt. *cuſpus* idem quod *cippus*. Gloſſæ veteres: *cuſpus*, ξύλινον σανδάλιον. Moſchopulus: ζατρεῖον, κοινῶς κῶπα. Gloſſæ Baſilicorum: κυπαάτωρες φυλακισταί· κύπας γὰρ ξυλόπεδας καλοῦσι. Euſtathius: τὸ μὴν κρίκον, ὃς περιθέει τὸ περιάγεται ἐλίσσων τὸ ξύλον εἰς ὃ ἐμβέβληται ἡ αἰχμὴ, ὃν ἡ ἀνδρανόητος γλῶσσα κυπρίον φησὶν, ἐκ μεταφορᾶς δὲ περὶ σοῦ πόδας ξυλικῇ δεσμῇ πόρκιν Ὅμηρος καλεῖ. quibus verbis ſatis ſcite nobis datur intelligi quæ forma cuſpi fuerit: patet anulum fuiſſe vel anuli inſtar, quo pedes damnatorum vinciebantur, aut ſervorum. inde *pedes ſervorum anulati* Apulejo. *anum* etiam vocabant. unde *anati* in veteri Gloſſario, οἱ συμπεδηθέντες. *cippum* igitur & *cuſpum* idem eſſe ſatis conſtat. *cippum* Gloſſæ exponunt, ποδοκάκην, ξύλινον δεσμόν. *cuſpus* vox Latina, ſed ex Græco facta. κυφὸς, & κύφων Græcis hujuſmodi lignum appellabatur, quo cervix aut pedes noxiorum vinciri mos erat. ex κυφὸς, Latinum *cupus*, & inſerta littera *ſ*, *cuſpus*. quod in multis aliis vocabulis Latini veteres fecerunt. ut *duſmus*, *Caſmœna*, *cruſta*, τὸ χρῦς, *cœſna*, & ſimilia. ut à voce circus, *circes circitis*, ſic à cuſpus, *cuſpes cuſpitis*. Tibullus:

Spes

Spes etiam dura ſolatur compede vinctum,
Crura licet longo cuſpite vincta ſonent.

ita enim ibi veteres omnes libri ſcriptum exhibent, *cuſpide* inquam, non *compede*. atque ita etiam legi poteſt. & ſane *cuſpis* in haſta ab eadem origine eſt. ita enim vocabant proprie annulum ferreum, quo ima pars haſtæ vinciebatur. ὀχυρωτῆρα & σύφιγκα Græci dicunt. Poëtæ abuſive *cuſpidem* pro mucrone plerumque uſurpant. verum hæc alio loco fuſius. lignum igitur ad formam annuli factum, quo umbo togæ conſtringebatur, *cippum* heic vocaverit Tertullianus. Sciendum tamen eſt, cippum iſtum in libris veteribus nuſquam viſitari. noſter habet: *nulli cruo in poſterum demandatur.* libri quibus in editione ſua uſus eſt Rhenanus: *nulli cevo.* ex quo fecit ipſe: *nulli cippo.* quod alii poſtea ſequuti ſunt editores. ex illo *cruo* quod habetur in exemplari noſtro, haud male conjiceretur legendum eſſe, *nulli cruci in poſterum demandatur.* & hanc veriſſimam eſſe conjecturam mihi ferme perſuaſerim. ſcriptum erat: *nulli crucin poſterum demandatur.* nam *i*, more ſolito & ſequenti & præcedenti voci ſerviebat. de illo *cruc* librarii deinde imperiti fecerunt *cruo.* crucem vocat ſatyrice Afer noſter, forcipes illas quibus adſignari ſolitum fuiſſe togæ umbonem paulo ante ſcribit: *adeo nec artificem neceſſe eſt, qui pridie rugas ab exordio formet, & inde deducat in talias, totumque contracti umbonis figmentum cuſtodibus forcipibus aſſignet.* forcipes illæ quibus cuſtodiendus umbo togæ tradebatur, ne tabulæ ejus exorbitarent & fidem fallerent, haud male cruci aſſimilantur. immo nihil ſimilius. nam forcipes cum aperiuntur ad aliquid capiendum, formam

plane crucis referunt. sic *crucem* heic appellavit, quas supra *furcipes*. hoc indubitate verum est.

Pag. 29. *Si quid interulæ supereſt, vacat zonæ tormentum*] Si tunicula paulo est longiuscula ita interpretantur. sed contra mentem auctoris id plane est. nam si longiuscula tunica, tanto magis cingi debuit: quod enim in tunica quæ longior est, redundat, cinctu suspendebatur & quasi corripiebatur. & hanc rationem adfert Tertullianus quare tunicæ quæ sub toga habebantur, cingerentur, quia nempe longiores essent. supra de tunicis Carthaginensium: *inde tunicam longiorem cinctu arbitrante suspendiu.* nam antea quum moderatiores & breviores gerebant, non cingebantur, qui cingi tunc demum cœpere cum longiores tunicas sumpsere. sic paulo ante de togatorum tunica: *dehinc diluculo tunica prius cingulo correpta, quam præstabat moderatiorem texuisse.* cur igitur heic dicat, si quid superfit, & abundet in interula, vacare zonæ tormentum, hoc est zonam necessariam non esse? immo vel ideo necessarium sit interulæ cingulum, ut redundantia ejus colligatur, & substringatur. Sed dicere voluit Afer, interulam quæ sub pallio geritur, idcirco non cingi, nec zona opus habere, quod mensuræ justum temperamentum habeat, nec ita longa sit, ut tunica, quam propterea cingulo corripi necesse est. Omnino igitur pro *supereſt*, legendum separatim, *subter est.* si quid, inquit, interulæ subter est, vacat zonæ tormentum: interula quæ subter pallium philosophicum habetur, caret zonæ tormento, nec opus habet cinctu. *siquid* pro *quod* vel *quidquid*, more Tertullianico. sic in eo quod sequitur: *siquid calceatus indu-*

inducitur. id est, calceatus qui inducitur. interula igitur quam sub pallio suo gerebant Cynici, non cingebatur. de pallio Cratetis & Cynicorum heic loqui Tertullianum, plus quam certum est. interulam Cynici tantum sub pallio, non etiam tunicam gestabant. quare nugatur professor ille Regius, qui interulam à tunica sic distinguit, quasi tunica sub toga semper gestaretur, interula sub pallio. quo nihil imperitius nec ineptius dici potest. unde gentium expiscati sint bellam istam differentiam, id equidem nescire possum, sed nec ipsi me docere si viverent, nam id nusquam est: & tunica sub pallio communiter gestata, haud secus quam sub toga. unde illud vulgare proverbium, *tunica propior pallio*. & apud Plautum in Pœnulo:

Sed quænam illæc avis est quæ hæc cum tunicis advenit?

Nunnam it à balneis circumductus pallio?

ex quibus versibus constat, palliatos etiam tunicas habuisse. profecto tam palliati quam togati, tam Græci quam Romani tunicas habebant, & sub tunicis interulas. Eadem quippe differentia Latinis tunicæ, & interulæ, quæ Græcis χιτῶν & χιτωνίσκος. interula sub tunica habebatur & ἀμίσως corpori insidebat, atque ἀπὶ γυμνὸ ut vocant Græci. lineæ autem erant, & nostris camisiis respondebant. Græci recentiores ἐσωκάμισον appellant. vocarunt & ἐσωτέριον, hoc est ad verbum *interulas*. ἐσωφόριον quoque dicta. Anastasius in vita Ioannis Eleemosynarii: *ille ergo putans quod egenus esset, expaliavit se esophorium suum, quod illius melius erat, & dat ei*. hypocamisum paulo post vocavit: *& dicebat semper quod posset intentione*

dandi pauperibus expoliare divites, & ipsum etiam hypocamisum ab eis benevole auferre. interulam quia suborat tunicæ, *subuculam* Latini dixere. Persius:

---subucula pexa
Trita subest tunicæ.

Græci ὑποδύτιον. Glossæ: *subucula*, ὑποδύτης. at tunica dicebatur ἐπενδύτης apud eosdem Græcos, ratione interulæ, non pallii. nam tunica pallio suberat, & supra interulam injiciebatur. inde quod supra interulam sumeretur, ἐπενδύτιον Græci, *superariam* Latini eam vocitarunt. optimæ Glossæ: *superaria*, ἐπενδύτης. alibi scribitur, *superalia*. Moeris Atticista ἐπὶ ἐπιλωικῶν καὶ ἀττικῶν: χιτωνίσκος καὶ χιτὼν ἀττικοὶ, ὑποδύτης καὶ ἐπενδύτης ἑλληνικά. sic χιτὼν erat ἐπενδύτης, χιτωνίσκος ὑποδύτης. ἐπενδύτης est tunica sive superaria; ὑποδύτης, interula sive subucula. tunica lanea erat, interula linea. unde & *linea* absolute dicebantur, ut ad Historiæ Augustæ scriptores observavimus. sub pallio igitur Græci generis omnes cum tunicam tum interulam simul indutui habebant, haud minus quam Romani sub toga. soli Cynici præter omnium Græcorum morem, tunicam non gerebant, sed interulam tantum. Lucianus in Cynico dialogo: τί ποτε ὦ ἑτοῖε πώγωνα μὲν ἔχεις καὶ κόμην, χιτῶνα δὲ οὐκ ἔχεις; & hæc illis causa pallii duplicandi, quod sine tunicis essent. unde Diogenem tunicam petentem jussit Antisthenes πύξαι δοιμάτιον. Diogenes Laërtius de Antisthene loquens ait, τῷ ἱματίῳ ἐχρῆτο μόνῳ: quod scilicet tunicam non haberet. idem de Cynicis dicit, τρίβωσι μόνοις χρῆσθαι. ἀχίτωνες. itaque erant Cynici. quare qui κυνισμὸν pro-

profiteri volebant, tunicam deponebant. Vetus epigramma Græcum:

Παῖς ὃς ἂν ἢ πλωχὸς ἢ ἀχρεάμματος, ἐκπέτ' ἀλήθη.
Ὡς τὸ πεῖν, κἀδ' αὖρει φορτία μηδαρίης.
Ἀλλὰ τρέφῃ πώγωνα, καὶ ἐκ τριόδου ξύλον ἄρας
Τῆς ἀρετῆς ἐῴ φησιν ὁ πρωτοκύων.
Ἑρμοδότου τόδε δόγμα τὸ πάνσοφον, εἴπις ἀχαλκεῖ
Μηκέτι πειράτω, θεὶς τὸ χιτωνάριον.

Si quis, inquit, esurit, & viam reperire vult qua non amplius esuriat, deposita tunica, habitum Cynici capessat. hoc dogma sapientissimi Hermodoti. perperam in illo epigrammate docti viri θέσθαι χιτωνάριον, accipiunt pro induere. Cynici tunicam non habebant. vide Dionem Chrysostomum in oratione περὶ σχήματος. Hinc Stoicam sectam à Cynica solo tunicæ gestamine distare scribit Satyricus:

---& Stoica dogmata tantum
A Cynicis tunica distantia.

Nam Stoici tunicas, ut reliqui philosophi & Græci omnes, gestabant, quibus carebant Cynici. Hi tamen sub pallio nudi non erant, ne quis id censeat, nec pallium ἐπὶ γυμνῷ gerebant, sed interulas sive lineas tuniculas indutui habebant. ἐθόνας Græci, & σινδόνας vocant. Latini interulas & lineas. Lucianus de Proteo Cynico: ὁ δέ, καί μοι πάνυ ἤδη περίσχε τὸ νοεῖν, ὑποθέμενος πλὴν πήρας καὶ τὸ Ἡρακλειον ἐκεῖνο ῥόπαλον, ἔξη ἐν ἐθόνῃ ῥυπῶσαν ἰκανῶς. En tibi Cynicum nihil præter pallium & ἐθόνιον, hoc est interulam, indutui habentem: nam tunicam hoc est χιτῶνα non habuit. ἐθόνιον vocat Lucianus, quam σινδόνα Diogenes Laërtius in Cratete: ἀπὸ τῶν Ἀθηνήσιν ἀσυνόμων ἐπιτιμήσεις ὅτι σινδόνα ἠμφίεσαι, ἔφη, καὶ θοίμασιν

ἱμᾶν

ὑμῶν δείξω σινδόνα ἀφειδεθλημμένον. ἀπιγουμένων ἤ, ἀπήγαγον ὅθι χρεῖον, καὶ ἔδειξε κειρόμενον. σινδὼν linteum est involucrum, quod humeris eorum injicitur, *qui à tonsore habentur*, ut loquitur Jurisconsultus. Linteam tuniculam sive interulam, qualem gestabant Cynici sine tunica, ita etiam vocarunt. Hesychius: ὀθόνη, σινδών. *linea* Latinis. in actis passionis B. Cypriani: *postquam se dalmatica exspoliasset, & diaconibus tradidisset, in linea stetit speculatorem sustinens.* ἐν ὀθόνῃ ἔστη, ἐν σινδόνι. Ausonius *linteam sindonem* vocat: *Puer eja surge, calceos & linteam da sindonem.*

Vacat zona tormentum] Quid ita? inquiunt. quia pallium usque ad calceos demittitur. itaque pallio interula facile tota tegitur. nihil hac ratione ἀλογώτερον, nihil ineptius. quasi propterea cingeretur tunica, ut à toga tota tegeretur. an tunicæ illo in tempore non cingebantur apud Romanos, quum togam usque ad pedes demissam gerebant? tunc enim facile poterat toga totam tunicam tegere. atqui certum est ea longitudine togas aliquando habitas Romanis, ut usque ad pedes descenderent. quid igitur illis tunc cincta tunica opus erat? Tam Græci quam Romani tunicas sub pallio, & sub toga habuerunt, easque cinctas, præcipue viri. nam mulieres, & molles, & plerique barbari in discinctis tunicis ibant. sub tunicis autem tam apud togatos quam palliatos, interulæ sive subuculæ lineæ habebantur, quas cingi non fuit moris. nam & breviores erant & strictiores, atque ita ad corpus aptæ, ut cinctura opus non haberent, quo pressius corpori adhærerent. tunicæ vero quia longiores & fusiores, ideo cingebantur. at Cynici qui nullam

lam ſub pallio tunicam, ſed interulam duntaxat induebant, nec cingebantur. Inde eſt quod Tertullianus hoc loco dixit, apud pallium Cratetis, id eſt Cynicum, vacare zonæ tormentum. nam interula non cingebatur.

Si quid calciatus inducitur] Ut proprius ac ſuus togæ calceatus, ita & pallii; nam ut calcei togæ, ſic pallii ſoleæ. fallitur magiſter ille qui ad hunc locum notat calceos Latine dici quidquid pedibus inducitur. quod falſum eſt apud eos qui proprie loquuti, calceos ſupra Tertullianus proprium togæ tormentum eſſe dixit. ſi calcei togæ proprii, non pallii utique communes & togæ. calceos itaq; & ſoleas ita Latini diſtinguunt, ut Græci ὑπόδημα, & σανδάλιον. & ſane vox καλιγᾶ, unde Latina *caligæ*, κοῖλον ὑπόδημα ſignificabat, κοῖλα ὑποδήματα quæ & ὑποδήματα abſolute dicta, ἀπὸ τ σανδαλίων diſcernebantur. ad ſuendos & concinnandos calceos ſive κοῖλα ὑποδήματα forma lignea opus erat, quam Græci καλόποδα vel καλοπόδιον vocant. Pollux: εἰ δὲ γλίσχρια καὶ ἀσκαρδάμυκτα τὰ κοῖλα ὑποδήματα, καλόποδες ἂν εἴη τῶν νεῶν χρεία μόνον, αἱ δὲ καὶ εἰς τὸν ἀρχαῖον κάλλιστα. at ſandalia ſive ſoleæ circum formam non ſuebantur: nam concava non erant, ſed plana, & ſolum πέλμα ſive κόπτυμα habebant, quod ad pedem habenis quibuſdam religabatur circa digitos primores. Turpilius:

Sandalia innexa digitis primoribus.

Pollux: καὶ ζυγοὶ δὲ τὸ αὖ τοῖς ὄνυξι δεσμὸς κοίλου ὑποδήματος, καὶ ἐν σανδαλίοις τὸ σὺν δακτύλοις σανίσκιον. Heſychius: ζυγὸς ὁ παρακείμενος ἱμὰς τοῖς δακτύλοις ἐπὶ τ σανδαλίων. & proprie ἱμάντες dicebantur.

tur. Pollux: Τυρρηνικὰ, τὸ κάτωθυμα ξύλινον πεταδάκτυλον. εἰ δὲ ἱμάντες ὑπῆν χρυσοῖ. σανδάλιον δὲ λῶ. *babenas* reddit Gellius ubi de ſoleis loquitur. ſed nos hæc alibi latius. *Subtelares* porro etiam Latini vocarunt hujuſmodi calceamenta, quæ calces plantarum infime tegebant: nam *ſubtel* Priſciano eſt infima pars pedis. inde *ſubtelaris* vel *ſubtolaris* calcei genus, quod ſubtel duntaxat tegebat. Iſidorus: *talares calcei, ſocci ſunt, qui & inde nominari videntur, quod talum contegant, unde ſubtolares, qui ſub talo pedum ſunt, quaſi ſubtalares.* ita legendus ille Iſidori locus ex veteribus libris. ſed fallitur: nam *ſubtolares* ſive *ſubtelares*, ut potius ſcribi debet, ab ea parte pedis vocati quæ *ſubtel* dicebatur. inde vox Gallica, *ſouliers*. Infimæ ætatis ſcriptores varie hanc vocem extulerunt & corruperunt, modo *ſubtlares* vocando, modo *ſubtulares*, & *ſolutares*, atque etiam *ſutulares*. ſed de variis ſandaliorum calceorumque generibus alibi dicendi locus. palliatorum igitur calceatus, ſolea vel crepida. philoſophi Cynici de quorum calceatu heic loquitur auctor, ſoccos gerebant. Plautus in Perſa:

Cynica eſſe è gente oportet parasitum probum,
Ampullam, ſtrigilem, ſcaphium, ſoccos, pallium.

ſocci, ſandalii genus à voce Græca σύκχος. Heſychius: σύκχοι ὑποδήματα Φρύγια. συκχάδες etiam dicebantur. idem: συκχάδες ὑποδήματος εἶδος. Pollux: ἡ δὲ συκχὰς κρηπῖδι μᾶλλον ἔοικεν, ὠνόμασται δὲ ἐκ τοῦ σιωέχειν τὰ πόδα. in Græco epigrammate συκχὶς vocatur:

. . . . . καὶ μονόπελμον
Συκχίδα.

baxeas philoſophis tribuit Apulejus: bāxea autem

tem ſandalii ſpecies. ſic enim Mileſiarum 11. *nec deerat qui pallio baculoque, & baxeis & hircino barbitio philoſophum fingeret.* at vetus Epigramma Leonidæ, βλαύτα Cynico aſſignat:

Ὁ σκήπτων καὶ ταῦτα τὰ βλαύτια, πόντια Κύπρις,
Ἀγκείτῃ κυνικῇ σύλα Ποσειδάρεω.
Ὁλπή τε ὑπέεσσα, πολυτρήτοιό τε πήρης
Λείψανον, ἁρπαγῆς πληθόμενον σοφίης.

βλαύτα etiam ſandalii genus. Heſychius: βλαύτια, κρηπῖδες ἢ σανδάλια. Antiqui Chriſtiani qui philoſophorum ἀτέλειαν in habitu & calceatu imitabantur, βλαύτας aut phæcaſia pedibus inducebant. ita enim præcipit in ſuo Pædagogo Clemens Alexandrinus: εἰ δὲ μὴ ὀδδύοιμι, ἀλλὰ μὴ φέροιμι τὼ ἀνυποδησίαν, βλαύταις ἢ φαικασίοισι χρηστέον, κενίποδας αὐτὰ ἐκάλουν οἱ ἀττικοὶ ἀφ' τὸ πελάζειν μοι δοκεῖν τῇ κόνει τὼ πόδε. omnia hujuſcemodi calciamenta humili ſolo erant. unde & μονόπελμα dicebantur. Heſychius: καρβατίνη, μονόπελμον ὑπόδημα. ſunt quæ vocamus Gallice, *ſouliers à ſimple ſemelle.* nam πέλμα Græci vocant, quam nos *ſemellam.* Eratoſthenes:

Πέλμα πολυῤῥάπεσσιν ἐλαφρὸν φαικασίοισι.

tales erant & κενίποδες. Pollux: οἱ δὲ κενίποδες, λεπτὸν ὑπόδημα περισβολὴν τοῦδε. κάττυμα κῦφον ὡς ἐγγὺς εἶδος κόνεως τὸ πόδα. Calcei autem, hoc eſt κῶλα ὑποδήματα, ut plurimum ſolo alto erant: ut ſimpliciſſimum autem & viliſſimum veſtimenti genus hoc eſt philoſophicum pallium, veteres Chriſtiani induebant, ſic & philoſophicum quoque calceatum pedibus inducebant, ſandalia nempe, vel humiles ſoccos.

Si quid calceatus indutitur] Induci proprie calcei dicuntur. ſupra: *imputo erubi parum aut multo-*

lum

lam inducit calceum. Cornificius libr. 1. de Rhetorica ad Herennium: *soleæ ligneæ in pedibus inductæ.* Gorrigendus Plinius libr. XXXIII. cap. XI. *nostraque ætate Poppæa conjux Neronis principis delicatioribus jumentis suis soleas ex auro quoque induere solebat.* legi debet, *inducere.* Apulejus lib. II. *& cum dicto juvenem quempiam linteis amiculis intectum, pedesque palmeis baxeis indutum, & adusque deraso capite producit in medium.* omnino scribendum: *pedesque palmeis baxeis inductum,* id est, palmeas baxas pedibus inductas habentem.

Mundissimum opus est.] Soleæ quæ mero solo constabant mundissimum opus erant, nihil quippe sordidi aut immundi in illis visebatur, quod oculos offenderet: nam præter habenas quibus religabantur, nihil habebant, quod sordidari posset. at calcei ex pelle facti, & usque ad medium crus ascendentes, luto semper aut pulvere oppleti multam immunditiem ostendebant. ideo *immundissimam pedum tutelam,* calceos supra dixit esse: non propter sudorem, ut stupidi magistri argutantur, sed propter lutum & pulverem, ut ad locum observavimus. nam sudor aut non inquinat calceos, aut non videtur, quum inquinat. nam internæ illæ sordes sunt. at de immunditie illa loquitur auctor quæ in oculos incurrit. hoc nisi esset, nihil etiam sordidius sandaliis. nam solum eorum semper lutum & pulverem calcat, ut & calceorum.

Aut pedes nudi magis, certe viriles magis quam in calceis] Si quid calceatus, inquit, inducitur à palliatis, sandalia sunt non calcei, quæ res mundissima est: frequentius tamen nihil omnino calceatus inducunt, sed nudipedes agunt, quod virile

rile magis est. Clemens Alexandrinus Pædagog. lib. II. cap. XI. ἀνθρὶ δὲ εὖ μάλα ἁρμόδιον ἀνυποδησίαν, πλὴν εἰ μὴ ῥᾳστώνου, καὶ γὰρ πῶς ἐγγὺς τὸ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι. ἀσκητικώτατόν γέ τοι γυμνοῖς χρῆσθαι τοῖς ποσὶ καὶ πρὸς ὑγείαν καὶ εὐκολίαν εὔθετον, ἔνθα μὴ ἀνάγκη τῆς ἀμφικωλύου. De Cynicis autem heic loquitur Tertullianus, qui si quid calceatus inducebant, soccis aut blautiis calciabantur, ut paulo ante observabamus. plures tamen ex his nudipedalia magis celebrabant. ideo dixit auctor, pallio Cynico amictos si quid calceatus gererent, mundissimum opus esse, nudos tamen magis pedes habere; hoc est ἀνυποδητεῖν. nam Cynici plerumque ἀνυπόδητοι, ut ἀσκηταί. nihil autem ἀσκητικώτερον, quam ἀνυποδησίαν, quæ propria erat Cynicorum, & omnium philosophorum qui paulo austeriorem ἄσκησιν profiterentur. Aristophanes in Nubibus:

Αἰσοῖ πανηροί γ', οἶδα σοῦ ἀλαζόνας,
Τὰς ὠχριώσας, σοῦ ἀνυποδήτους λέγας,
Ὧν ὁ κακοδαίμων Σωκράτης & Χαιρεφῶν.

Pythagonistæ quoque hanc eamdem ἀνυποδησίαν exercebant, ut alibi observamus, sed omnium maxime Cynici philosophi. Lucianus de Cynico: ἀσχημάτιστος, ἀχίτων εἰ, ἀνυποδητῶν. vide & Dionem Chrysostomum in ea περὶ σχήματος. quare immaniter errat professor Parisiensis qui *pedes nudos magis* heic de soleatis accipiendos censet, quorum pedes intecti & nudi. nam solea pedem non tegebat, sed plantam pedis tantum. Tacitus Annal. III. de Germanico: *pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu.* Græci quoque tum res Romanas tractant, ἀνυπόδητος interdum vocant, non qui prorsus calceatu carent, sed qui

calceos Romanos non habent, licet Græcanicas ſoleas inducti ſint. nam ὑποδήματα proprie calceos vocabant, ad diſtinctionem σανδαλίων. ſed hoc loco ita accipi neutiquam poteſt. nam hoc ſenſu Græci omnes ἀνυπόδητοι erant, qui cum ſoleis & crepidis incedebant. de Græcanico calceatu, & philoſophico heic ſermo eſt. Græci philoſophi aut ſoleati erant, aut nudipedes, ſed calceos ſic proprie dictos nuſquam habebant. ſic *magis* heic poſitum eſt ἀντὶ τοῦ *potius*. pedes nudi potius, quam ſoleati aut ſoccati. nam frequentius nudis pedibus agebant Cynici quam ſoleatis. per hyemem fortaſſe in ſoleis vel ſoccis, æſtate nudipedes agebant.

Certe viriles magis quam in calceis] Clemens: ἀνδρὶ γὰρ εὖ μάλα ἁρμόδιον ἀνυποδησία. contra mulieres calciatas ire decet, ne pedem nudum oſtendant. idem ibidem: γυναικὶ μὲν οὖν τὸ λευκὸν ὑπόδημα συγχωρητέον, πλὴν εἰ μὴ ὁδεύοιεν. τότε γὰρ ἁλιπλῶ χρηστέον. ἡλωμένων γὰρ δέον τῶν καταπυμάτων αἱ ὁδεύουσιν. πλὴν τὸ πολλὰ ὑποδήμασι χρηστέον αὐταῖς. ἐγὼ δὲ ἁρμόζει γυμνὸν δηλοῦν τὸν πόδα. Hinc *ſutrinas Venerias* ſupra dixit, & *perones effœminatos*.

Hæc pro pallio interim quantum nomine concitaſti] Conſpiraviſſe inter ſe dixerim interpretes, & compactum feciſſe, ut ad ſcopum quidem omnes dirigerent, nullus vero deſtinata tangeret in hoc explicando ſcripto. miror nemini eorum de vitio lectionis ſuboluiſſe, quæ manifeſto abſurda eſt. nam quid eſt *nomine concitare*? Vetus liber noſter, & prima editio legunt: *quantum nomine comitaſti*. unde ita hunc locum concinnabam: *Hæc pro pallio interim quantum nomini: cum ita ſit, jam & de negotio provocat. quantum nomini* Tertul-

lianica

Hanica loquutio, pro quantum ad nomen attinet. sic supra, *quantum denotatui*, pro quantum ad denotatum. & in Apologetico, *quantum denominationi*, id est quantum ad denominationem. nunc illud *comitasti* quod libri retinent, omnino censeo retinendum. *Comitare* vetus verbum, à comitio. *Comitium, comitare*: ut *flagitium, flagitare*: *fastigium, fastigare*: *hospitium, hospitare*. comitare autem vel comitiare, est convicium in comitio facere. convicii autem loco exprobraverant Tertulliano Carthaginienses mutationem vestis. Festus: *Incomitiare significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est, in conventum venire.* Plautus Curculione;

Adolescens, ob temp. hoc inustum mihi
Quod insigne habeo, quæso ne me incomities.

oculi vitium illi aliquis exprobraverat. respondet ille:

Licet inforare, si incomitare non licet.

ita enim legendum propter versum. jocus est comicus in verbo *inforare*, quod & percidere significat, & in foro convitium facere potest significare, ut *incomitare*, in comitio. Isidori Glossæ: *inforare, placitare*. prope est, ut hanc lectionem auctori nostro restituendam putem. Hæc pro pallio, inquit, dicta sint, quantum ad nomen attinet, quod publice infamasti, & probro mihi duxisti: jam vero & de negotio provocat. sequitur deinde pallii προσωποποιία, qua auctor declamatorio more pallium pro se loquens inducit, usque ad illa verba sub finem: *sed ista pallium loquitur.* Quibus ostenditur pallium non prorsus otiosum esse in rep. sed aliquid etiam habere quod agat, immo plus prodesse reip. quam

togam, etiam si nihil curiæ, nihil foro, nihil campo debeat.

Nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo] Ex hoc loco bonus Pammelius colligebat Jurisconsultum aut causarum patronum fuisse Tertullianum priusquam Christo nomen daret. demus fuisse, id certe ex his verbis colligi nullo modo potest. quæ heic dicuntur, περιπατητικῶς à pallio philosophico vel Cynico dici fingit auctor. nam ista pallium Cynicorum loquitur, ut sub finem testatur auctor ipse. Non de se igitur, nec de Christianorum pallio hæc dicit Tertullianus, sed de Cynico. quod ita apertum est, ut pluribus probari opus non sit. profecto si nusquam aliunde quam ex hoc loco scitur causidicum aliquando fuisse Tertullianum, audacter pronuntiari potest, nunquam fuisse.

Nihil curiæ debeo] Diserte liber optimus scriptum præfert: *nihil curiæ debeo.* quod ne quis librarii σφάλμα putet esse, liber istud loquendi genus pluribus confirmare ejusdem ævi scriptorum testimoniis ex nostro jure sumptis. Callistratus de jure fisci: *eo pertinere non ut delator pœna subduceretur, si mandatorem haberet.* ubi pœna, pro pœne positum. Marcianus D. de incend. ruin. naufr. *nisi tam lata culpa fuit, ut luxuria, aut dolo sit proxima.* Tryphoninus ad leg. Juliam de adulterio: *Etsi deprehensus sit in adulterio an impune occidatur, & magis probo subiciendum pœnæ libertinorum.* Marcianus D. ad SC. Trebellianum: *merito calumniantis & desistentis pœna subici debuit.* Ulpianus de administratione: *quod de frumentaria ratione in alium usum conversum est, sua causa cum incremento debito restituatur,* pro, suæ causæ restituatur. Callistratus

tus de extraordinariis cognitionibus: *sed pœna metalli subjiciuntur.* possem sexcenta talia colligere si opus esset.

Cancellos non adoro] Addidimus ex nostro codice: *canales non odoro.* nam is habebat, *carnales non odoro.* hoc idem quum in suis libris scriptum offendisset Beatus Rhenanus, quasi mendosum aut superfluum expunxit è textu suo. quod deinceps aliæ editiones sunt imitatæ. nos restituimus in locum suum. canales erant in foro, unde *canalicolæ, forenses homines pauperes dicti quod circa canales fori consisterent:* vide Festum. Causidici & rabulæ sic dicebantur, & qui assidui in foro. canalis in foro medio mentio apud Plautum: *In medio propter canalem sunt ostentatores meri.* quod autem in illis canalibus aqua, ut fit, hærens interdum male oleret, ideo *canales odorare* dixit. nam mephitin illam pati cogebantur, qui foro dabant assiduam operam, ut causidici, & rabulæ forenses. Ante tribunalia judicum cancelli erant, ad turbas prohibendas. ad eos cancellos stabant advocati, quos adorabant, qui judicem cum reverentia adire, aut coram eo dicere volebant. Isidorus: *Caulæ, cancelli tribunalis, ubi stant advocati.* aliæ Glossæ: *caula, cancellum ante judicem, vel ingressus.* de his caulis & cancellis judiciorum cancellariisque judicum diximus ad Historiam Augustam plura, quæ ibi videri legique possunt.

Nihil officio advigilo] Matutino salutationum officio: ante lucem enim vigilabant, ut orbem salutationum suarum obirent. Juvenalis:

----surgendum est mane priusquam
Turba salutatrix jam tota peregerit orbem.

in noſtra porro editione perperam operarum negligentia irrepſit, *nulli* pro *nihil*.

Imo unicum negotium mihi eſt] Cum viderent hæc nullum idoneum aut commodum ſenſum efficere, quid fecerint interpretes vide. ad correctiones confugerunt, ut claudi ſolent ad baculum, in quibus tamen non ita ſecuri ambulavere, ut claudi cum baculo incedunt, ſed vacillantium more, modo hoc, modo illud probarunt: tandem illis placuit excidiſſe vocem *otium*, ut manus Septimii fuerit, *imo otium unicum mihi negotium eſt*. ſed quid opus ulla verborum adjectione, cum liceat unius aut alterius litterulæ mutatione veram lectionem exculpere? *in mo* ſcriptum erat, pro *in me*. nam plus centies *o* pro *e* poſitum in hoc opuſculo offendi, ut *montis*, pro *mentis*; *domum*, pro *demum*, & ſimilia. ſic *in mo*, pro *in me*. inde *immio* fecerunt. at plane etiam in noſtro libro ſcriptum habebatur, *in mo*. non dubitavimus igitur ſcribere: *in me unicum negotium mihi eſt*. quod optimam & elegantiſſimam ſententiam habet. mecum tantum mihi res eſt, inquit: aliis negotiis me non immiſceo, quam quæ ad me ſpectant: in alios mihi negotium non eſt, ſed in memetipſum tantummodo. ſic ſupra: *at nunc in ſemetipſas lenocinando, quo planius adeantur*. Ovidius:

Conſilii ſatis eſt in me mihi.

Nec aliud nunc curo, quam ne curem] Hæc ipſiſſima correctorum & interpolatorum manus eſt, qui nihil in hoc pallio paſſi ſunt hærere, quod rectum ſincerumque eſſet. optimus codex, quem ſæpe laudavimus, ita habuit: *niſi aliud non cura quam ne curem*. purus Græciſmus: οὐδὲν ἄλλο μὴ φροντίζω, εἰ μὴ ὅπως μηδὲν φροντίζω. ita enim Græci:

Græci: πλὴν τοῦτό μοι ὑπόκεινται, πλὴν τοῦτό σοι φημί. Tertullianus ipse supra: *nisi quod & philosophi puto ipsi aliquid hujusmodi affectarunt.* πλὴν ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ φιλόσοφοι τοιοῦτόν τι ἐπετήδευσαν. Terentius in Adelphis:

Nisi credo huic rei me gnatum esse, ferendis miseriis.

& in Phormione:

Nisi Phædrias non cessavit orare pro te.

& in Eunucho:

At nesciebam id dicere illam, nisi quia correxit
Miles, quod intellexi minus nam me extrusit.

Sed ignava infamique] Nec hoc frustum Tertulliani est, sed illorum interpolatorum. vetus liber habet: *sed ignava infamavis.* nullo negotio emendari poterat, *infamabis.* sic *videns* pro *bidens* apud eumdem. & *virus* supra pro *birus.* totum hunc locum ita legimus: *vita meliore magis in secessu fruare, quam in prompiu, sed ignava infamabis.* id est, infamabis quod illa vita sit ignava, quæ in secessu colitur, licet mihi dederis meliorem esse: nam ex tua sententia patriæ, ac reip. vivendum est. hoc verbo *infamare* sic utitur auctor, in Apologetico: *sed & quod fratres nos vocamus, non alias, opinor, infamant, quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectione simulatum est.* scribi tamen etiam heic posset, *sed ignavam infamabis.* atque ita edendum curavimus.

Reique publicæ videndum est] Illud, *publicæ*, non est in nostro libro, nec in editione principe, sed tantum *reique vivendum est. res*, pro republica absolute. atque ita alii auctores loquuntur. hic ipse in Apologetico: *vos igitur importuni rebus humanis, nos rei publicorum incommodorum illices semper.* ita enim ex libris eo loci legendum monemus

alibi. *publica rei incommoda*, pro incommodis reipublicæ.

Pag. 30. *Certe quum ad Epicuros & Zenonas ventum est*] Meminisse oportet attentum lectorem, pallium Cratetis hoc est Cynicum ista loqui, non Christianum. nam interpretes qui de Christiano pallio accepere, tota via deerrarunt. non igitur heic Christianorum pallio, quasi probrum objectatur, quod sit à negotiis alienum, sed Cynicorum. de eo totus hic sermo per prosopopœiam instituitur atque inducitur ab auctore. non foro, inquit pallium Cynicum, operam do, causas non peroro, de jure non respondeo, non judico, non milito, sed quæ mea sunt tantum curo, atque omnino de populo secessi: vita quippe hæc melior quæ in secessu colitur, quam quæ in mediis negotiorum fluctibus. verum tu quisquis es qui hunc habitum non probas, nec hanc sectam, dices ad eam infamandam, ignavam hujusmodi vitam esse: nam imperio & patriæ & reip. vivendum est. respondet pallium, hoc est habitus Cynicus. immo, inquit, errat, quisquis ita sentit: nemo enim alii nascitur aut vivit, qui sibi mori debet. certe quum ad Epicuros & Zenonas, hoc est Epicuream & Stoicam sectam ventum est, sapientes vocantur, otii & quietis magistri, qui vitam illam ociosam & ignavam summæ voluptatis nomine consecravere. cur igitur Cynicis meis quasi probrum objicitur, quod in aliis philosophis sapientia judicatur & vocatur? Cynici vulgo male audiebant, ut impostores & scurræ, & mendici verius quam philosophi. solo habitu à Stoicis differebant, dogmata fere eadem habebant, præsertim quantum

ad

ad ἀπεαγμοσυνίλω.. Stoicum enim decretum erat, ἀπεαίγμονας εἶναι σὺν τῷ σοφῷ.. hinc Stoica dogmata à Cynicis tunica tantum distare dicit Satyrographus. nam pallium aliter Cynici circumjiciebant, qui sine tunica illud gestabant: aliter Stoici & reliqui philosophi qui sub pallio tunicam sumebant. Sextus Empiricus: ἢ ὁ μὲν Διογένης ὅτι ἐξώμιδι & πώγωνι, ἡμεῖς δὲ ὡς εἰώθαμεν. presbyteri porro Christiani pallium eo modo amiciebant quo Cynici. ideo Tertullianus pallium Cynicum heic loqui facit, quia habitus erat Christianorum ascetarum. sic dum pro se loquitur pallium Cynicum, pro pallio quoque Christiano perorat. de pallio tamen philosophico & Cynico heic generatim agitur, non de Christiano. nam in Christianis ascetis genus istud pallii infamabatur maxime propter Cynicos, quorum proprius hic habitus erat. propterea amictum illum Cynicum hoc loco semet defendentem, & causam suam perorantem inducit Tertullianus. & postquam peroravit, commendationem illi etiam majorem conciliat ex divinæ & Christianæ philosophiæ commercio, quam vestiebat illo tempore, haud secus ac Cynicam. *sed ista*, inquit, *pallium loquitur. at ego jam illi etiam divinæ sectæ ac disciplinæ commercium confero. gaudè pallium & exulta, melior jam te philosophia dignata est.* qui locus satis ostendit ac probat, nihil toto hoc sermone tractari aut tangi quod ad Christianum pallium spectet.

Sapientes vocas totum quietis magisterium] Ex Plinio habet, qui *otii magistrum* vocat Epicurum.

Tamen propemodum mihi quoque licebit in publicum prodesse] Et ista rhetoricatur pallium Cynicum

non Christianum. quamvis, inquit, otii magistros & ignavæ vitæ sectatores vestiam: quamvis illi quos amicio omnia publica munera refugiant ac recusent, nihilominus tamen iis licet in publicum prodesse: nam de quolibet editiore loco in vitia invehi solent, & medicinas pravis moribus facere; quæ medicinæ civitatibus & rebus publicis plus bonæ valetudinis conferunt, quam togatorum operæ. proprium autem ac sollemne Cynicorum, non Christianorum de quolibet suggestu, vel eminente loco, in probrosos ac vitii plenos declamare, atque hominum flagitia canina sua lingua exagitare. quare misere hallucinantur qui Christianos hoc loco cum Cynicis eodem pallio involvunt.

Soleo de qualibet margine vel ara medicinas moribus dicere] Id est, de quolibet editiore loco, ut sunt aræ, & margines, sive crepidines viarum. qui in publico aliquid dicere volebant, semper ex edito loco, quasi suggestu vel tribunali pronunciabant, ut ab omnibus facilius audirentur. nam qui de plano vel area circumfusam concionem alloqueretur, nec videri facile nec audiri ab omnibus posset. sic milites alloquuturis imperatoribus cespititia tribunalia in castris extruebantur. circulatores & scurræ qui in triviis & quadriviis plebem congregabant, pro suggestu vel tribunali, quaslibet obvias aras occupare soliti erant, ut inde quæ vellent ad multitudinem circumfusam dicerent. Lucianus in Alexandro Abunotichite: ἔπειθεν ὁ γυμνὸς ἐς τὴν ἀγορὰν προπηδήσας, διάζωμα ὃ περὶ τὸ αἰδοῖον ἔχων, διάχρυσον καὶ τοῦτο, καὶ τὴν ἄρπην ἐκείνην φέρων, σείων ἅμα τὴν κόμην ἄνεσιν, ὥσπερ οἱ τῇ μητρὶ ἀγείροντές τε καὶ ἐνθαζον-

θεάζοντες, ἐδημηγόρει ἐπὶ βωμὸν τινὰ ὑψηλὸν ἀναβὰς, καὶ τὴν πόλιν ἐμακάριζεν αὐτίκα μάλα δεξομένην ἐναργῆ θεόν. inscensa ara fumorum ille venditor populum alloquitur. Philostratus de vitis sophistarum in Dione: θαμίζων ἢ ἐς στρατόπεδα ἐν ῥᾳστον εἰώθη τυγχάνειν, καὶ σὺν στρατιώτας ὁρῶν ἐς νεώτερα ὁρμῶντας ἐπὶ Δομετιανῷ ἀπεσφαγμένῳ, οὐκ ἐφείσατο ἀταξίαν ἰδὼν ἐκστρατείαν, ἀλλὰ γυμνὸς ἀναπηδήσας ἐπὶ βωμὸν ὑψηλὸν, ἤρξατο ἧδε λόγε ὧδε.

Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσεύς.

καὶ εἰπὼν ταῦτα, καὶ δηλώσας ἑαυτὸν ὅτι μὴ πλουσίος, μηδ' ὧν ᾤοντο, Δίων ἢ εἴη ὁ σοφὸς, ἐπὶ μὴ τὴν κατηγορίαν ἧ τυράννε πολὺς ἔπεσε, σὺν ἢ στρατιώτας ἐδίδαξεν ἄμεινον φρονεῖν τὸ δοκοῦν Ῥωμαίοις πράττοντας. Dio, ut videre est, aram in castris ascendit, ut milites alloquatur & moneat. & lapides quilibet, & aræ ad hanc rem idoneæ. Philostratus de Apollonio Tyaneo: Ἀπολλωνίῳ Τυανεῖ ἔν τε τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ τῇ ὥρᾳ ἐν ᾗ Δομετιανὸς ὑπὸ Στεφάνε ἐσφάττετο, ἀναβὰς ἐπὶ τινὰ λίθον ὑψηλὸν ἐν Ἐφέσῳ ἢ ἑτέρωθι, καὶ συγκαλέσας τὸ πλῆθος, ταῦτα εἶπε, καλῶς Στέφανε, δῦγε Στέφανε, πᾶξε τ μιαιφόνον· ἔπληξας, ἔτρωσας, ἀπέκτεινας. sic Cynici qui nec vitiis, nec personis parcebant, ut ἐν ἐπηκόῳ πάντων in luxum luxuriemque hominum elatarent, aram aut marginem aliquem inscendere consueverant. aræ autem in omnibus locis urbis in propatulo extructæ visebantur. hæ circulatoribus, mendicis, hariolis, Cynicis, & aliis hujuscemodi planis, ac stultæ plebeculæ concionatoribus pro tribunali præsto semper erant. margines quoque & crepidines viarum ad eam rem sæpenumero capiebantur. *margo* proprie est suggestus lapideus, vel terreus, ad fi-

ad fines constitutus, unde & *margo* terminus quilibet dicitur. apud Agrimensores titulus habetur, *de marginibus terræ*. in publicis & regalibus viis lapidei margines erant, utrimque positi, quos itinerarios terminos vocabant. de quibus nos alibi. palam igitur est non recte eos sensisse, qui hoc loco correxerant: *de qualibet margine vel ara*. & perversius etiam sapiunt, dum pallium Christianum asserunt de qualibet margine vel ara moribus medicinas facere, & in vitia declamare. hæc Cynicorum quippe consuetudo fuit, non Christianorum.

Quæ felicius publicis rebus] Liber noster: *quæ facilius publicis & civitatibus & imperiis bonas valetudines conferent quam tuæ opera*.

Si pergam ad acuta tecum] Si pergam acutis & decretoriis armis tecum pugnare, non prolusoriis & hebetibus. Ovidius:

Ponite jam gladios hebetes, pugnetur acutis.

idem:

Mox ubi prolusit rudibus puer ille sagittis,
Spicula de pharetra promit acuta sua.

sic *ad certum pugnare* Tertullianus adversus Marcionem lib. III. *his proluserim quasi de primo adhuc, & de longinquo: sed hinc jam ad certum, & comminus dimicaturus, video aliquas etiam nunc præducendas, ad quas erit dimicandum, lineas*. ad acuta pugnare, pro acutis. sic *ad plumbatas cædere* in veteri Passione, pro cædere plumbatis. ita apud Vegetium, *ad fundam lapides jacere, ad cornu infundere, ad harundinem perforare*. de quibus loquutionibus nos alibi. acuta tela, præpilatis & exercitoriis heic opponuntur.

Nullis veternis parco, nulli impetigini adulor] Expungen-

pungendum, & exturbandum hoc loco verbum, *adulor*, quod perperam ex superioribus repetitum est: nam præcessit: *nullis vitiis adulor, nullis veternis parco, nulli impetigini.* atque ita omnino legi debet, libris auctoribus. ceterum *veternos* heic desidiam exponunt: & *impetiginem*, inaniter gloriantium loquacitatem. in utroque pariter falsi. nulla enim harum expositionum satis convenit. verum quidem est, per impetiginem & veternum, animi vitia quædam designare heic velle Tertullianum, sed falsum ea quæ volunt interpretes, designari. *veternum* veteres pro hydrope accepisse multis testibus posset probari. Glossæ: *veternosus*, φθισικὸς, ὑδρωπικός. item: *intercus aqualis, veternum*, ὕδρωψ. Cato apud Festum, *veternosus quam plurimū bibit, tam maxime sitit.* idem Cato apud Agellium: *quem morbus tenet loquendi, tanquam veternosum bibendi atque dormiendi.* Arnobius lib. 1. *cujus manus, intercutis veternosæ fugiebant undæ.* ita legendum. perperam hodie editum est: *cujus manus intercutes.* intercutis, ἢ ὑδρωπος. posset etiam scribi: *cujus manus, intercutes veternosi fugiebant undæ.* id est, intercutes undæ veternosi. & verius est. nam *aqua intercus* dicebatur. & veternosus, ὁ ὑδρωπικός. Servius ad 1. Georg. *veternus dicitur morbus intercutis hydrops.* ibi & citat hos versus Plauti in Addicto:

Opus facere ninnio quam dormire mavolo,
Veternum metuo.

veternus igitur apud veteres de hydrope vel aqua intercute proprie. hydropis porro nomine, vanum glorioſorum tumorem & superbiam inflatam suggillabant. hinc ὑδερικὸς ὄγκος Græcis pro typho & superbia. Lucilius de superbo:

Aquam

Aquam te in animo credo habere intercutem.

Hydropem etiam pro ſuperbia neſcio quis Latinorum dixit: quod nunc non memini. hydropi etiam avaritiam comparatam fuiſſe, & comparari poſſe certum eſt. nam avarus quo plus habet, plus habere cupit:

Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab unda,
Quæ plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

aut avaritiam igitur, aut ſuperbiam veterni ſive hydropis nomine intellexit Tertullianus, aut ſane utrumque: nam *veternos* dixit.

Nulli impetigini] Impetigo proprie eſt idem quod impetus, & quidquid cum impetu venit. nam *impetigo*, ab impeto: ut *urigo*, ab uro: *pendigo*, à pendo: *prurigo*, à prurio: & *coligo* à colo. nam *coliginem* pro domicilio vel ædibus quæ coluntur, poſuit Arnob. lib. II. *in penetralibus coliginis perpetuos fovetis focos.* id eſt, in penetralibus ædium vel habitationis. ita enim nec una littera minus ſcriptum exhibet codex Regius. correxerunt & ediderunt vulgo: *in penetralibus Veſtæ ignis.* ſed hæc alibi. dicebatur & *impetix*. Feſtus: *impetix*, *impetigo*. ſic autem *impetix* à verbo impeto, ut *ſtruix* à ſtruo: *pendix* à pendo, & idem quod pendigo: *tumix* vel *tumex* à tumeo, pro tumore vel inflatione. impetigo igitur proprie eſſet, quam Græci medici vocant ἐπιφορήν. nam ἐπιφορὰς appellant omnia ἐξανθήματα & φλεγμονὰς quæ ſubito in corpore oriuntur, & efferveſcunt. vehementes etiam fluxus, qui cum impetu feruntur, & præcipue quæ in oculos cadunt cum inflammatione, ita appellant. *epiphoras* Græco vocabulo ſæpe vocat Plinius, aliquando etiam *impetus*. ut lib. XX. cap. XXIII. *Radix contractos articulos emollit in*

lit in aqua cocta: item podagras & similes impetus. ibi impetus sunt ἐπιφοραὶ, inflammationes nempe & tumores. nec dubium quin impetigines similiter vocari possint. Latini tamen *impetiginem* de lichene proprie dixerunt. Glossæ: *impetigo*, λειχὴν, λέπρα. impetigines sunt λειχηνώδεις ὄγκοι. Medicorum filii distinguunt inter lichenem, scabiem & lepram: nam lichen minus malum est, quod tamen in scabiem & lepram facile degenerare possit, nisi curetur. impetiginis nomine, & lepram & scabiem etiam intellexere Latini: omnem denique cutis scabritudinem, quæ ex illuvie, & squalore provenit. D. Hieronymus in vita Hilarionis: *sentiens autem caliginare oculos, & torum corpus impetigine uri, & pumicea quadam scabredine contrahi, ad superiorem victum adjecit oleum.* scabredo illa pumicea qua cutis contrahitur, & exasperatur, τραχυσμὸν Græci vocant, scabiei & lepræ communis. squamulæ quoque à cute discedentes impetiginis & lepræ propriæ. Celsus quattuor scabiei species enumerat, & squamosas omnes facit, quæ utique squamas à cute resolvi faciles habent. de tertia loquens: *ipsa quoque squamosa & nigra procedit.* squamæ sunt, quæ Græci λεπίδας, & πιτυρώδη σώματα vocitant. inde *squamosi* pro sordidis, & squamulas à cute discedentes habentibus, ut solent quos illuvies & scabies, & impetigo occupavit. Lucilius apud Festum:

Vatronum, & rapicum squamosa, incondita rostra.

Festus ipse: *squamosi ab eadem squamarum similitudine dicti, quorum cutis exsurgit ob assiduam illuviem.* perperam *squarrosi* legitur tam in verbis Festi, quam in versu Lucilii, & male etiam vir magnus, qui

qui *squarrosos* ibi agnoscit, atque ἀπὸ τῆς ἐχάρης deducit. quod absurdissimum est. ut omittam, primam in *squarosa* brevem sic futuram, quam tamen producit Lucillius. legi tamen etiam posset, *squalloſi*, pro *squarroſi*: nam veteres *squallus* dicebant, à squalleo, pro squallido. unde *squalla vestis* Ennio apud Nonium: *strata terræ lavere lacrimis vestem squallam & sordidam*. squallus & squalosus idem, ut dubius & dubiosus, & similia. nec prohibet quod squallosos à squamarum similitudine dictos ait Festus: nam & sic *squallidum*, incultum & sordidum, quod proxime similitudinem habeat squamæ piscium, appellatum interpretatur. hinc & squamæ pro sordibus. Servius: *sane squamæ & splendorem significant si à piscibus veniat; & sordes si à squalore*. squamæ quippe vocantur furfuracea quædam corpuscula, quæ de corpore illoto & squallido eunt dum scalpitur. Glossæ: *squama*, τὸ ῥύπος ἀπόπλυμα, νίτρωμα κεφαλῆς. per νίτρωμα κεφαλῆς intelligit, porriginem. nam porriginosi etiam squamosi. Celsus: *porrigo autem est, ubi inter pilos, quædam quasi squamulæ surgunt, eæque à cute resolvuntur, & interdum madent, interdum siccæ sunt*. πιτύρισμα Græce porrigo dicitur. Arcadius Grammaticus: ἀχὼρ τὸ τῆς κεφαλῆς πιτύρισμα· νίτρωμα autem idem quod ἀπόπλυμα. nam nitri in lotionibus multus apud veteres usus. unde *nitrum* & *lumentum* in re balnearia sæpe junctim legere est, ut apud Ciceronem in Epistolis ad familiares. Cyprianus in epist. LXXVI. *neque enim sic in sacramento salutari delictorum contagia, ut in lavacro carnali, & sæculari sordes cutis & corporis abluuntur, ut afronitris, & ceteris quoque lumentis, & solio & piscina opus sit*. perperam hodie

hodie vulgatur apud Cyprianum, *& ceteris quoque adjumentis*. veteres libri ibi habent *jumentis*: inde *lumentis* fecimus. vetus Juvenalis interpres ad illud: *& gravis est rationibus. in lumentis*, inquit, *& balneatia pecuniam erogando*. quod prave mutant eruditissimi viri. *lumentum*, est lomentum, τὸ ἐμμάγμα, τὸ νίτρωμα. sic νίτρωμα κεφαλῆς, idem quod λιπάσμυμα: cum enim pectitur caput, ac destringitur, squamulæ illæ à cute resolvuntur, & decidunt. Serenus Sammonicus:

Cum caput immensa pexum porrigine ningit.

sed hæc fortasse paululum extra rem. verum cum scabiem tractaremus, & impetiginem, contagione morbi & pruritus, haud potuimus ungues abstinere, quin hæc quoque obiter scalperemus, & nostro lomento defricaremus. per *impetiginem* porro, non loquacitatem aut loquendi pruriginem designare heic voluit Afer, ut falso & inepte sibi persuaserunt magistri, sed libidinem, & libidinosos hoc nomine perstrinxit. impetigo nunquam sine pruritu est & urigine. hoc in libidinosos aptissime convenit, qui semper urumtur & pruriunt.

Quâ M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit] Hæc è Plinio Tertullianus. diceres tamen ab alio authore habuisse, ita hodie verba Plinii ab his discrepant in pretio Ciceronianæ Asinianæque mensæ. sic enim vulgatur in editionibus Plinii: *extat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est illo ævi, empta HS. X. memoratur & Galli Asinii, HS. XI.* quingentis millibus nummum citrea Ciceronis mensa, altero tanto Asinii hoc est decem millibus, quid simile in Plinio? non igitur nunc habent,

ut olim habuerunt scriptum Tertulliani aetate Pliniani libri. certe in antiquis ejus codicibus, quorum unum optimae notae apud eruditissimum Rigaltium inspexi, ita scribitur: *extat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est, illo aevo empta his memorantur & Galli Asini I X I.* omnino legendum: *empta I ↄ I.S. memorantur & Galli Asini I X I.* hoc est, empta quingentis sestertiis, & Galli Asinii mille. haec nota *I S*, saepe sestertia significat in veteribus libris. sic infra ita scriptum habent antiqua Tertulliani exemplaria: *Asinius Celer mullus unius obsonium sex I S emit.* id est, sex sestertiis. nigic Plinio convenit cum auctore nostro. nam quingenta sestertia Plinii, idem valent quod quingenta millia nummum Tertulliani, altequum tantum pro mensa citrea dependit Asinius, hoc est mille sestertia, quae centum millibus nummum, qui sestertii vocantur, respondent. quae summa, bis mille, & quingentos aureos nostros efficit. sequitur apud Plinium: *venumdata sunt & duae a Iuba rege vendente, quarum alteri pretium fuit H S. X II. alteri paulo minus.* scribitur in omnibus libris: *venumdatae sunt & duae a Iuba rege pendentes.* & sane non ipse rex Iuba mensas eas venum dedit, sed cum post mortem Iubae, bona ejus sub hasta venderentur, duae illae mensae cum reliquis bonis, sub titulo pependerunt, ut mos erat in auctionibus. Tibullus:

Ite sub imperium, Sub titulumque lares.

inde duas illas mensas à Iuba rege pendentes dixit. liceat etiam legere: *à Iubae rege pendente*, ut ipse sub titulum pependerit. quae de re nos ad Suetonium plura. pretium etiam earum mensarum non recte positum est in vulgatis editionibus

bus

bus Plinii, ut pluribus ostendam in commentario de re Nummaria.

Hem quantis facultatibus æstimavere ligneas maculas.] De his maculis etiam Plinius, nec enim unius generis, aut nominis erant. aliæ tigrinæ, aliæ pantherinæ appellabantur, aliæ pavoninæ, aliæ etiam apiatæ. tigrinæ in morem venarum longas lineas discurrentes habebant, tænlis similes: tales enim maculæ tigrium, quas propterea ῥαβδωτὰς, hoc est *virgatas* appellaverunt. at pantherinæ in orbes parvos & intortos erant crispæ, ut sunt terga pantherarum. hanc differentiam tigrinarum & pantherinarum macularum scite his versibus describit Oppianus, lib. 1. Cynegeticon:

Τοὶ μὲν γὰρ ῥάβδοισι, καλὸν τέλος ἀμφὶ δὲ δίνὰς
Γεγράφαται δολιχῆσιν ἐπὶ τέλμα τανύσσας
Τίγρεες οἷα θοοὶ, κερασιπλὴξ ζεφύροιο θύελλα·
Τοὶ δ' ἄρ' ἐϋτροχάλοισι περίδρομα δαιδάλλονται
Σφέγγῖσιν πυκινῇσιν, ὁμοίια παρδαλίεσσιν.

Plinii verba de citrearum mensarum maculis, ita ex veteribus libris legenda sunt: *mensis præcipua dos in venam crispis, vel in vortices parvos. illud oblongo evenit discursu, ideoque tigrinum appellatur: hoc intorto, & ideo tales pantherinæ vocantur.* eleganter *in venam crispas* vocat, quæ venatim crispæ sunt: & *crispas in vortices*, quæ ad instar vorticum intorte crispantur. perperam hodie legitur: *in vena crispis, vel in vertice variis.* sequitur apud eumdem Plinium: *sunt & undatim crispæ, majore gratia, si pavonum oculos imitentur. magna vero post has gratia extra prædictas, crispis densa veluti grani congerie, quas ob id à similitudine apiatas vocant.* apiatæ dicuntur, non

ab apibus vel apiculis, ut docti viri hariolantur, sed ab apio, quod densa grani congerie crispæ apii semen & grana dense congesta referant.

Item quâ lances centenarii ponderis Sylla molitur] Corrigebant magistri: *hem qua lance lances centenarii ponderis Sulla molitur!* in qua correctione nihil boni video, præter inepiam & inanem παρέχησιν. nam quid est, rogo te, lance lances moliri? aut quid opus bilance fuit ad moliendam illam lancem, quam ædificari sibi Sulla curavit? ad ponderandam sane & trutinandam lanx adhibita est. sed hoc non agitur heic. loquitur pallium Cynicum & dicit, adigere se cauterem ei ambitioni qua Cicero mensam citream tot millibus nummum emit: & ei quâ Asinius alterum tantum pro simili mensa dedit: item ei ambitioni, qua Sylla lancem centenarii ponderis molitus est. vereor tamen, inquit, ne parva ista sit trutina, hoc est ne parvum istud pondus sit, cum Drusillanus & quidem servus, promulsidem ædificaverit Syllana illa lance tanto ponderosiorem: nec enim centum aliquot librarum fuit, ut Sullæ lanx, sed quingentarum. hæc trutina, cujus mentio in promulside Drusillani, fecit ut & bilancem addere vellent ad illam Sullæ lancem. quod absurdissimum commentum est. profecto si vulgatam lectionem libri vulgares non haberent, quovis eam ingenio excogitandam, quavis conjectura eruendam putarem. *moliri lancem*, ut *ædificare promulsidem* paulo post: & *patinam condere* Plinio, de Vitelliana patina quæ cc sestertiis condita est.

Quingenariam promulsidem] Lancem quingentarum librarum argenti. lancem vocat Plinius, quam

quam hic Tertullianus *promulſidem*. quantum eſt hodie eruditorum, *promulſidem* volunt eſſe antecœnam aut guſtationem. quare magiſtri hoc loco *promulſidem* poni abuſive arbitrantur, pro lance ad promulſidem. errant omnes: nam omnis auctorum antiquitas ſemper hoc verbi pro vaſe aut lance uſurpavit, nuſquam de guſtu aut antecœnio dixit. cui rei fidem facit vox *promulſidarium*. ſi *promulſis* pro guſtu ſumeretur aut antecœna apud Latinos, promulſidarium utique vas eſſet, recipiendæ guſtationi aptum, & guſtatoriis continendis. at promulſidarium, non huic uſui paratum apud veteres erat, ut aliquid eſculenti aut poculenti contineret, ſed ut alia vaſa & lances ſuſtineret, nempe promulſides. ſic promulſides vaſa erant, quibus ſuſtinendis promulſidarium dicatum dictumque. D. de auro arg. legato: *ſed ſi cui vaſa ſint legata, non ſolum ea continentur, quæ aliquid in ſe recipiant edendi bibendique cauſa paratum. ſed & quæ aliquid ſuſtineant: & ideo ſcutellas vel promulſidaria contineri. repoſitoria quoque continebantur.* Petronius Arbiter: *ceterum in promulſidari aſellus erat Corinthius cum biſaccio poſitus, qui habebat olivas in altera parte albas, in altera nigras. tegebant aſellum duæ lances in quarum marginibus nomen Trimalchionis inſcriptum erat, & argenti pondus.* promulſidare dixit, quod aliis promulſidarium. ſic *vulgare* & *vulgarium* idem: *manifeſtare* idem quod *manifeſtarium* in noſtro jure: *primare* & *primarium*: *palmare* & *palmarium*. vides *promulſidare* apud Petronium, nihil bibendi edendique cauſa paratum continere, ſed vaſa tantum ſuſtinere, aſellum nempe Corinthium cum biſaccio olivarum, & lances duas, quæ aſellum tegebant, lances illas

argenteæ quæ aſellum Corinthium tegebant, promulſides omnino dici debuere: nam in aſello mulſum reponebatur, quod in antecœna & guſtatione ſumebant. idem Petronius: *hoc inquit, bello: cras in promulſide libidinis noſtræ militabit: hodie enim poſt aſellum diaria non ſumo*: ubi aſellus & promulſis pro eodem. nam aſellus, ut dixi, vas erat, recipiendo mulſo paratum. lances quæ vas illud tegebant, promulſides dictæ. aſellus eſt, quem Græci ὄνον vocant, quod genus erat vaſis vinarii. unde apud Athenæum lib. IV. in verbis Poſidonii, ὄνοι γέμοντες οἴνου, *aſelli vino pleni*. quod non de animali, ut perperam viri docti cenſent, ſed de vaſe accipiendum. Ariſtophanes in Veſpis:

Κἂν οἴνον μοι ἐγχῇς σὺ πιεῖν, ἢ ὄνον τόνδ' εἰσκεκόμισμαι
Οἴνου μεζόν, κἄτ' ἐγχέομαι κλινώς, ἔστω ἤ κεχηνὼς
Βρωμησάμενος· ἢ σοῦ δίνου μέγα καὶ σφίσιν κατέπεδον.

ubi ὄνος vas eſt vinarium. quod parum videntur animadvertiſſe docti interpretes, qui *cantherium* verterunt. ſic vas etiam mulſi aſellus Latinis, & quæ aſellum tegebat, lanx argentea, promulſis dicta, non obſcura etymi ratione. nam *promulſis* proprie mulſi vel vaſis mulſarii operculum, non vas ipſum mulſarium. inde *promulſidarium*, quod vaſa mulſi cum ſuis promulſidibus ſuſtinebat. Promulſidarium enim eſt repoſitorium promulſidum. Iſidorus *pranſorium* in Gloſſis ſuis exponit. quamvis autem *promulſis* proprie ſit id quod diximus, καταχρηστικῶς pro quavis lance hanc vocem veteres uſurparunt: ut hoc loco promulſis eſt lanx.

Servos

Digitized by Google

Servos muræni invadendos objectabat] Non possum facere ut probem eruditissimi Ciacconii conjecturam, qui legebat, *mandendos*. nam rectum est *invadendos*, hoc est devorandos, & deglutiendos. hoc significabat verbum *invadere*. Petronius: *utinam me inimicus ignis hauritet, utinam hibernum invaderet mare*. id est, voraret, & absorberet. *invadere ostrea* Ausonio, degulare & haurire. Cyprianus de lapsis: *mortiferos idolorum cibos adhuc pane ructantes, exhalantibus etiamnunc sceleris sui faucibus, & contagia funesta redolentibus, Domini corpus invadunt, quando occurrat scriptura divina & dicat, Omnia mundus manducabit carnem*, &c. ubi *invadunt*, est, comedunt, & manducant. Inde Eugraphius in Terentium *invasores*, comestores exponit. apud eumdem *invadere* simpliciter pro comedere. ad illud Terentii, *In me cudetur faba: ex proverbio*, inquit: *nam dicunt quendam avarum rusticum cum fabam coxisset, & cum socio invaderet, partem sibi depoposcisse, ut cum socio non invaderet in eodem vasculo, & aquam adjecisse parti sua, qua corrupta alteram quoque corrupit.*

Nova scilicet saevitia delectatio, terrena bestia] Nihil heic cohæret, nec in sensu, nec in verbis. multum & acriter se torserunt eruditissimi viri, sed nihil boni extorserunt. nos non magnopere laboravimus, ut veritatem erueremus. vetus noster codex scriptum habet, *a delectatos*, pro *delectatio*. in veteri etiam editione plane legitur, *a delectato*. inde ita hunc locum distinctum correctumque edidimus: *immergo scalpellum acerbitati ei qua Vedius Pollio servos muranis invadendos objectabat: nova scilicet saevitia delectato terrena bestia; & olenuta, & exunguis, & excornis, de piscibus placuit*

feras cogere. ei ſcilicet Vedio Pollioni, nova ſævitia delectato beſtiæ edentulæ & excornis, & exunguis, hoc eſt muræna, placuit de piſce, qui feri aut ferini nihil habet, per vim feram facere. Muræna nec dentes habet, nec ungues, nec cornua, nec quidquam quo fera eſſe poſſit; & tamen Vedius Pollio nova ſævitia delectatus beſtiæ exunguis & edentulæ, feram cogebat eſſe, quæ per naturam fera eſſe non poterat.

Terrena beſtia & edentula] Cur muræna, *terrenam beſtiam* vocat Scotinus hic noſter? de muræna quippe certum eſt intelligi debere: nam qui de Vedio Pollione accipiendum cenſent, terrenæ plane beſtiæ ſunt. quidam legunt, *Tyrrhena.* ſed cur muræna Tyrrhena potius, quam Sicula, quam Adriatica, aut ab alio mari? an ex Tyrrheno liquet fuiſſe muræenas illas quas in ſuis piſcinis habebat Vedius? & cur non magis ex Siculo? nam optimæ & laudatiſſimæ, quæ in Sicilia capiebantur. ſed nec ad rem, nec ad hunc locum pertinet ſcire, quo ex mari venerint muræenæ ſuæ Vedio: nec Tertullianus id de Tyrrhenis ἰδικῶς dixerit, quod muræenis in omni mari captis convenire poſſit. id circo nec Tyrrhenas heic muræenas nominaſſe cenſendus eſt. quæ nugatorum hominum ſententia eſt. ſic aliud quæri oportet. magis probarem eorum conjecturam qui *teneræ beſtiæ* legunt, ſi ullus liber ita haberet. ſed omnes in retinenda vulgari lectione pertinaces. unde igitur aut quare *terrena* muræna? *terrenos piſces* Plinio ſunt lib. IX. cap. XVII. qui *prope rigua Babylonis, decedentibus fluviis, in cavernis aquas habentibus remanent.* ita etiam appellat, qui cavernas ſibi in terra faciunt, circa extremas fluminum oras. & qui

qui in altis ſcrobibus effodiuntur, etiam ubi nullæ reſtagnent aquæ, quales in multis locis piſces olim reperiebantur, hodieque reperitari aiunt. capiti illi Pliniano titulus eſt, *De piſcibus terrenis.* Græci ἐγγείους vocant. Timæus apud Athenæum lib. VII. παρεσημειώθη τὸ πολίχνιον ἀφ' ὃ τοὺς πεσόντας τῶν ἀνθρώπων ἐλθόντας ὅπῃ τὸν τόπον, ἰχθῦς ὁρᾶν τοὺς καλουμένους ὕκκας, καὶ τούτους ἐγγείους: *piſces invenisse quos vocant hyccas, & eos quidem terrenos.* perperam legitur in Athenæo, καὶ τούτους ἐγκύους. idem Plinius lib. IX. cap. XVI. *terram* vocat vadum maris excavatum, quo per hyemem quidam piſcium conduntur: *terra quidem, hoc eſt vado maris excavato condi per hyemes torpedinem, pſittam, ſoleamque tradunt.* quos piſces etiam *terrenos* liceat nominare. ſed & piſces *terreni* non inepte dicantur, qui in terra haberi nutririque ſolent, in piſcinis ſcilicet, longe à mari factis, ad differentiam marinorum & qui in alto mari degunt. terreni enim illi potius, quam marini piſces, qui in piſcinis nutriuntur. immo nullo modo marini. piſcinæ autem *terricipinæ* dicebantur, quod intra terram conſtitutæ eſſent, & terra conciperentur. Iſidorus in Gloſſis: *Terricipinæ, quod terram capiunt, hoc eſt piſcinæ, quos & ruſtici lacus vocant.* Ruſtici noſtrates, *terrata* hodie & *terralia* vocant foſſas quæ in agris fiunt ad excipiendas aquas ſic piſcinas & lacus in terra excavatos, *terricipinas* olim vocarunt, *quod terra caperentur.* ita enim malim apud Iſidorum legere. Porro ſi *terreni piſces* vocabantur qui in cavernis aquas habentibus, circa fluminum extremitates manebant, quidni & ita vocentur qui in piſcinis & vivariis in terra cavatis habebantur? nam quid aliud piſcina, vel lacus

quam terræ caverna, manu facta, & aqua repleta? Hinc mihi non dubium est, quin murænam piscina conclusam, *bestiam terrenam* vocaverit Tertullianus, ad discrimen murænæ marinæ, quę in alto mari degit, & aqua sua, id est marina fruitur. quemadmodum autem feræ caveis inclusæ, minus habent ferocitatis & feritatis, sic plane & bestias marinas, piscinis conclusas, & pæne mansuetas, longe minus feroces ac feras esse verisimile est, quam quæ pleno mari natant. miratur igitur noster novam sævitiam Vedii, aut novum potius sævitiæ ingenium, qui non solum de pisce piscinario, & mansuefacto, feram per vim facere volebat, sed de eo etiam pisce, qui per naturam ferus esse non potest, & qui nec dentes habet, nec ungues, nec cornua. & hæc erat muræna, exedentula, & exunguis, & excornis bestia, & his omnibus carens quibus feræ sunt: præterea terrena, non marina, hoc est lacu & piscina inclusa, & pæne mansuefacta. quod multum de feritate ejus deminutum iret, etiam si per naturam fera esset. ut autem *terrena murænæ* dictæ, quæ piscinis terra conceptis habentur inclusæ, ad differentiam pelagiarum: sic turdi *terrarii* vocati, qui in ornithonibus alebantur, ad distinctionem aeriorum, qui libero scilicet aëre struuntur. nam *aëriæ volucres* passim poëtæ appellant. qua libertate aëris quæ non potiuntur, sed aviariis detinentur inclusæ quasi ergastulis, quæ parum luminis & parum aëris recipiebant, quo magis pinguescerent, merito *terrariæ* appellatæ. sic turdi *terrarii* dicebantur. vetus interpres Juvenalis ad illud:

--- turdorum nosse salivam

cogno-

cognoſcere turdorum ſapores. ſolent enim quidam gula *dediti tanta ſubtilitatis habere palatum, ut dignoſcant* *turdos, an cellarius, an terrarius ſit.* terrarius turdus eſt; qui in aviario incluſus paſcitur. nam ex avibus, quæ villæ ſeptis incluſæ tenentur, aliæ terra tantum contentæ ſunt, ut turdi, pavones, & turtures; aliæ etiam aquam requirunt, ut anates, & anſeres, & querquedulæ. Varro lib. III. cap. III. de R. R. *harum ſingula genera minimum in binas ſpecies dividi poſſunt. in prima parte ut ſint, quæ terra modo ſunt contenta: ut ſunt pavones, turtures, turdi. altera ſpecies ſunt, quæ non ſunt contenta terra ſolum, ſed etiam aquam requirunt: ut ſunt anſeres, querquedulæ, anates.* peripſtyla autem ſatis ampla in villis ſuis ædificabant veteres, in quibus aliquot millia turdorum includi poſſent. Varro de R. R. lib. III. cap. v. *igitur teſtudo, ut peripſtylum tectum tegulis aut rete, ſit magna in qua millia aliquot turdorum ac merularum includere poſſint.* vide Varronem ipſum toto illo capite. turdi igitur hujuſmodi amplis & magnis villæ ſeptis & peripſtylis incluſi *terrarii* dicebantur. qui longe melioris erant ſaporis quam qui apud ſartores urbanos in cellis anguſtis & obſcuris alebantur ut cito pingueſcerent. hi ſunt qui *cellares* aut *cellarii* vocabantur. *turdi cellaris* mentio apud Chariſium Soſipatrum.

Et edentulæ, & exunguis, & excornis] Editio Rhenani: *exedentula, & exunguis & excornis.* atque ita noſter. primus Gelenius *edentula* correxit. *exedentulam* dicere potuit auctor pro edentula, vel edentata, ut *exeduratum* ſupra pro *edurato* poſuit. de omni porro muræna falſum eſt edentulam eſſe. marem murænam quem μύραιναν Græci vocant, καρχαροδοντα dicit eſſe Ariſtoteles, & dentes

tes habere, ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν. Andreas apud Athenæum lib. VII. τῶν μυραινῶν φησὶ δακόσας, ἀναιρεῖν τὰς ἐξ ἔχεως. sic τῶν μυραινῶν αἱ δακοῦσαι ab edentulis diversæ. murænarum igitur aliæ dentatæ sunt, aliæ edentulæ. quidam ex veteribus marem esse qui dentes haberet, fœminam dentibus carere prodiderunt. sed melius illi qui genere diversas tradunt. Sane Aristoteles lib. v. de Historia, μύρον non eumdem esse scribit, quod μύραιναν. nam myrænam variam & infirmiorem, myrum unicolorem & robustum esse, dentesque intra & extra os habere, sexus discrimine perinde atque in ceteris. ut ut sit, sciendum est murænam quæ in vivariis Pollionis & cujus heic mentio, de genere fuisse edentularum. Tertullianus *edentulam* nominat. Plinius sine dentibus fuisse murænas Vedii clare indicat his verbis lib. IX. cap. XXIII. *invenit in hoc animali documenta sævitiæ Vedius Pollio eques Romanus, ex amicis Divi Augusti, vivariis earum immergens damnata mancipia non tanquam ad hoc feris terrarum non sufficientibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem distrahi spectare non poterat.* nam feræ quæ dentes habent, si quid invadunt, morsicatim id prius contruncant, & dentibus comminuunt, non totum pariter distrahunt. Murænę sane quas Vedius, & cæteri Romani proceres in vivariis suis habebant, ex gurgite Siculo veniebant, ubi capiebantur optimæ, & *flutæ* vocabantur. Macrobius: *accersebantur autem murænæ ad piscinas nostra urbis abusque freto Siculo, illic enim optimæ esse creduntur, tam hercules quam anguillæ. & utræque ex illo loco Græce* πλωτοὶ *vocantur, Latine flutæ, quod in summo supernantes æquore sole tortefactæ curvare se posse, & in aquam mergere desinunt, atque ita faciles captu fiunt.* Hæ flutę

murę-

murænę quę sic dictę sunt, quod sole torrefactæ in summo æquore natarent, nec mergi possent, ex illo genere murænarum fuere, quæ infirmiores erant & edentulæ, nam præ virium imbecillitate, ubi eutem sole torrefecerant, pessum redire amplius non poterant, nec fundum maris repetere, sed in summo æquore velut exanimes ferebantur. Græci antiqui πλωτὰς eas vocabant, recentiores vero ἐξορμισῶνας vocarunt ab eadem causa, quod à nemine tamen hactenus animadversum fuit. Harum exormistonum mentio apud Cassiodorum, qui ita eas describit: *Exormiston quoque inter pisces regium genus, compar murænis corpore, colore distans, naribus setosis, colostrea delicatitudine praeditum, oleoso ac suavi liquore coagulatum, appetibilis gratacque pinguedo, cum spumis fluctuantibus inter aëris confinia cœperit enatare, nescit ad cubilia redire, quæ deserit: credo, aut immemor reversionis, aut teneritudine summa mollitus nequit undis elevantibus contraria obluctatione demergere: fertur velut corpus exanime, nullis nisibus periculum, nulla arte devitans, & hinc viribus destitutus, redire non creditur, quia nec fugere posse sentitur. hic plane tantæ dulcedinis esse dignoscitur, ut ei nemo piscium comparetur. hæc sunt in littore Rhegino quæ diximus,* &c. exormiston ibi est ὁ ἐξορμισών, vel ἡ ἐξορμισών, non ἐξορμισὺν, ut censet vir magnus. sequiori genere alibi enunciavit, lib. XII. in epist. ad Canonicarium Venetiarum: *destinet carpam Danubius, Rheno veniat anchorago, exormiston Sicula quibuslibet laboribus offeratur.* ἡ ἐξορμισὼν σικελή. *exormiston* Cassiodori, & *fluta murena* veterum, plane idem piscis, & eadem utriusque nominis ratio. nam ἐξορμισὼν & πλωτὴ sive *fluta* idem significat. ἐξορμίζειν dicuntur qui oram solvunt, & altum capessunt, ut na-

ut navigent. contra ὁρμίζοντες naves quæ in portu stant. ἐξορμισὼν igitur ex eo dicta quod sedes suas & cubilia desereret, ut in summum enataret, & πλωτὴ ob eam causam quoque appellata, & Latine *fluta*. ἐξορμισθῆναι Græci brachium, aut aliud quod eis membrum dicunt, quod suo loco motum est & luxatum. Achmet in Oniroceriticis cap. LXXXI. ἐὰν τις ἴδῃ ἢ ἐξορμισθέντα ἢ πλαρισθέντα ἢ ὠμοπλατίων αὐτοῦ, νόσον ἢ γηρίαν ἢ τραυματικῶν αὐτὸν γενέσθω. sic ἐξορμισὼν dicebatur ὁπόταν ἐξορμισθῶσιν ἐκ ἑαυτῶν τόπων. & hanc illius etymologiam clare ostendit Cassiodorus his verbis: *cum spumis fluctuantibus inter aëria confinia cœperit enatare, nescit ad cubilia redire quæ deserit.* Siculam vocat exormistonem idem Cassiodorus, & in ora littoris Rheni capi scribit. Martialis de muræna fluta:

Quæ natat in Siculo pinguis muræna profundo,
Non valet exustam mergere sole cutem.

Archestratus apud Athenæum:

Ἰταλίας ὃ μεταξὺ καὶ τῆς Σικελικῆς πορθμοῦ.
Ἡ πλωτὴ μύραινα καλεμένη ἂν ποτε λυθῇ.
Ὦ νέ, τότε δὲ ἐστὶν ἐκεῖ θωμασὸν ἐδέσμα.

Archestratus θωμασὸν ἐδέσμα dicit esse μύραιναν πλωτὴν quæ in freto Siculo capiebatur. Cassiodorus *regium cibum* appellat, & *appetibilem gratamque pinguedinem*. Martialis etiam *pinguem* eam murænam vocat. ex his sane constat omnino *muranam fluitam*, & *exormistonem* eamdem esse. illud in Cassiodori verbis observandum quod exormistonem muræni s corpore comparem, colore dispatem esse scribit: ex quo aliquis fortasse contendere posset, exormistones à flutis fuisse diversas, nam flutæ muræne dicebantur, & erant,

cum

cum Cassiodorus videatur exormistonem suum à muræna distinguere. Sciendum tamen est Cassiodoro murænam propriè appellari, quæ dentata erat, quem Græci μύρον vocabant. Huic similis & compar corpore, sed colore distans muræna edentula: & adeo quidem similis, ut veterum nonnulli existimarint, murænam quæ dentes haberet, marem esse; quæ non haberet, fœminam: sic colore solo distabant: nam muræna dentata unicolor erat, edentula varia & infirma. Athenæus lib. VII. Ἀνδρέας ὁ ἐν τῷ περὶ ἰχθύων φησὶ τὸν μύραινάν φησι δακεῖν ἀναιρεῖν τὰς ἐξ ἔχεως. ἔστι δὲ αὐτὴν ἡμέρον καὶ φιλόπονον. Aristoteles lib. v. de animalibus: Μέρος δ' ἄφωνον ὁ μύραινα καὶ μᾶλλον ἔτι ποικίλον καὶ ἀσθενέστερον, ὃ δὲ μύραινα λευκὸν καὶ ἰσχυρόν. muræna fluta de illo genere fuit vario & infirmo. magnum ejus infirmitatis argumentum quod solibus exusta, sese curvare, & in aquam mergere non posset. hoc imbecillitati ejus attribuit Cassiodorus de exormistone loquens, quæ eadem cum muræna fluta: *ferum corpus ex anime, nullo nisibus periculum, nulla arte devinci, & hinc viribus desitum redire non creditur, quia nec fugere posse sentitur.* Martialis:

Non valet exustam mergere sole cutem.

at altera muræna quæ dentata, & valida erat, & solidior. hanc proprie, ut jam dixi, μύρον Græci appellabant, & non ὁ μύραινα distinguebant. μύαιναν tamen eam etiam vocat Nicander in Ἀλιευτικῷ:

Μύραινα δ' ἐπικλον ὅτι μορμύρει ἁλὶ πᾶσι
Πολλάκις ἐκθρῴσκουσι, καὶ ἐπιπτήσσει ἐπ' ἀκτῇ
Εἰς ὀλίγα φυζάνουσα.

quod muræna fluta, aut exormistoni nequaquam con-

convehire queat. Hesychius: μύραινα θηρίον κακῶν ἐλέγετο, ὡς ἔχιδνα. quod malefica nimirum dentibus esset. unde & inter δακετὰ numerabatur. muræne nomen Latini de utraque specie indifferenter ponunt, qui myrum ut Græci non agnoscunt. at Græcorum etiam quidam μύρον de genere illo molli, & innoxio murænarum, quod nec dentes habet nec aristas, usurparunt. Athenæus lib. VII. Δωρίων δὲ τὸ μύρον φησὶ τὰς ἀβλαβεστάτας εἶναι καὶ ἔχειν, ἀλλ' ὅλον εἶναι χρήσιμον καὶ ἁπαλὸν ὑπερβολῇ. myrus ille Dorionis omnino idem esse debet cum muræna fluta, & exormistone Cassiodori, quam coloſtrea delicatitudine præditam, oleoso ac suavi liquore coagulatam, esse dicit. hoc est quod Dorion de myro scribit, ὅλον ἁπαλὸν εἶναι καὶ χρήσιμον, & aristis in totum carere. hinc à muræna eas distinguit Cassiodorus, qui muræna, ut jam diximus, proprie intelligit, τὰς δακετάς. sic ex illa molli atque exossi specie murænarum flutę fuere & exormistones, quas Dorion μύρους appellat, qui & duas earumdem species facit, solo colore distantes: εἰσὶ μὲν γὰρ, inquit, οἱ μὲν μέλανες, οἱ δὲ ὑποπυρρίζοντες. κρείσσονες δὲ εἰσὶν οἱ μελανίζοντες. quod autem flutę dicerentur muræne illę edentulę & ἀνάκανθοι quę in freto Siculo capiebantur, diversa ut species esset hoc non facit, etsi speciale id habuerint. nam & anguillę in illis locis etiam flutę dicebantur propterea quod & ipsę pariter in summo supernantes fluitarent. Macrobius: *accersebantur autem murenæ ad piscinas nostræ urbis abusque freto Siculo. illic enim optimæ esse tredumtur, tam herculeæ quam anguillæ, & utraque ex illo loco Græce vocantur πλωτὴ, Latine fluta.* murænas hoc genus in viva-

vivariis ſuis habebant Romani proceres, & tales fuere Vedii murænę, de quibus Tertullianus hoc loco intelligit cum dicit Vedium murænis ſervos objectando, nova ſævitia delectatum de beſtia exedentula & exungui feram per vim facere voluiſſe quę per naturam talis non eſſet. atqui ſi de aliis murænis intellexiſſet, de piſcibus feras cogi non dixiſſet, quæ αὐτόχρημα ferę ſunt: nam & carnivoræ, & dentibus maleficę ſunt, atque inter ἐναλίους θῆρας, & δακετὰ recenſentur. fruſtra etiam ſunt qui Tertullianum volunt murænas pro muſtelis aut lampetris dicere voluiſſe. diverſę enim lampredę noſtrę à murænis flutis. Errat pariter vir magnus in Auſonianis lectionibus, qui exormiſtonem Caſſiodori eumdem facit piſcem cum Auſonii muſtella, & lampetra noſtra. exormiſton quippe Caſſiodori eadem cum muræna fluta: utraque porro diverſa à muſtella quę lampetra noſtra eſt. ſimilis quidem muſtella murænę flutę, ſed genere diverſa. *lampreda* autem non *lampetra* dicenda erat, ut Latini recentiores extulere. & nos hodieque recte *lampredam* vocamus. nec enim à lambendis petris dicta eſt, ſed à colore. λαμπυρὶς λαμπυρίδος, quę colorem habet λαμπυρόν. unde *lampyrida*. ſic *Perſida*, pro Perſide: *caſida* pro caſſide: *Elida* pro Elide, & ſimilia ſexcenta. inde *lamprida* & *lampreda*, & corruptius *lampreta*, & *lampetra*. Auſonius in Moſella de muſtella, ſive lampreda:

Quis te natura pinxit color? atra ſuperne
Puncta notant tergum, qua lutea circuit Iris,
Lubrica cæruleus perducit corpora ſucus.

Has λαμπυρίδας Græci videntur vocaſſe, ἀφ' τὸ τὰς χρόας λαμπυρίζειν, καὶ ἀναπυρρίζειν. inde factum

vocabulum *lamprida*. sed de his alibi fusius.

Terrenæ bestiæ, exedentula & exunguis & excornis] Nulla bestia terrestris est, quin aut dentes, aut ungues, aut cornua habeat. murænam *terrenam bestiam* vocat hic noster Scotinus, & tamen nec dentes, nec ungues, nec cornua habere dicit. quod quasi αἰνιγμαπικὸν est. sed ludit in nomine *terrena*. sic enim vocat, non terrestrem bestiam, sed piscem piscina terrena aut terricipina conclusum. nam murænę elementum non terra sed mare. eam igitur, quę non in mari vivat, sed in vivario terrestri inclusa sit, *terrenam* vocavit. piscinę partem fundi faciebant, & fundum sequebantur, ut ex Jurisconsultis discere est. aliquando putavi legendum, *non terrenæ bestiæ*, propter illa verba Plinii de eodem Pollione servos suos murænis devorandos obiciente: *immergens vivariis earum damnata mancipia, non tanquam ad hoc feris terrarum non sufficientibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem distrahi spectare non poterat.* sed aliud Tertullianus sequutus est. & nimis frigidum est, *non terrena bestia*, pro marina, nec argutia Afri nostri satis dignum.

Pag. 32. *In adulterinum provexit saporem*] Vetus liber cum editionibus primis: *in adulterium provexit saporem*. quod non erat mutandum. *saporem in adulterium provehere*, est saporem adulterare, saporem adulterinum facere. aut certe *adulterium saporem* dixerit adjective ἀντὶ τοῦ *adulterinum*. sic enim *adulterius* ab adulter, ut *magisterius*, unde *magisteria potestas*, à magister: & *arbiterius* ab arbiter: unde & *arbiterium* dicebatur. sic & *caniam constantiam* supra dixit, pro canina. ita enim omnes libri antiqui legunt: *ne caniæ constantiæ mandatum sit.*

ita

ita & *adulterinus ſapor* hoc loco, pro *adulterinus*.

Mulli unius obſonium VI. M. HS. detulit] Lectio primæ editionis, & noſtri libri hæc eſt: *mulli unius obſonium ſexis detulit*. Sexis, pro ſex IS, hoc eſt ſex ſeſtertiis. ſex ſeſtertia autem idem valere quod ſex millia ſeſtertium nummum plus quam notum eſt. Juvenalis:

--- mullum ſex millibus emit
Æquantem paribus totidem ſeſtertia libris.

ſex libras ille mullus pendebat, totidem ſeſtertia æquabat quot libras habebat: quæ ſex ſeſtertia, ſex millia efficiunt ſeſtertium nummorum. Sciunt rei nummariæ veteris periti, ſingula ſeſtertia mille ſeſtertios nummos æquare: ſed vel duo, vel nemo illud ſcit, cum *ſeſtertii* dicuntur, ſubintelligi nummos; cum *ſeſtertia*, ſubaudiri pondo. ſic unum ſeſtertium pondo duas argenti libras cum ſemiſſe valebat, ut unus ſeſtertius aſſis, duos aſſes & ſemiſſem, & ſeſtertius pes & ſimilia. ſed ſeſtertius nummus poſtea quattuor aſſibus permutari cœpit, ubi duobus tantum aſſibus & ſemiſſe juxta veriloquii ſui notionem, olim permutabatur. Quadringenti autem ejuſmodi ſeſtertii nummi, quattuor aſſibus valentes ſinguli, & quaterni uno denario, libram Atticam hoc eſt minam efficiebant, quæ centum denarios hoc eſt centum drachmas, vel quadringentos ſeſtertios valore exæquabat. ſic mille ſeſtertii nummi duas libras argenti & ſemiſſem conſtituebant, hoc eſt unum ſeſtertium pondo. ſic ſingula ſeſtertia pondo totidem millibus ſeſtertiorum nummorum interpendebantur. Hæc differentia erat ſeſtertiorum quæ neutro genere efferuntur, & qui maſculino. Horatius:

--- bis quingenta dedit seſtertia nummûm.

id eſt, bis quingenta ſeſtertia pondo nummorum. falluntur itaque eruditiſſimi viri qui minores & majores ſeſtertios ſibi fingunt. nam *ſeſtertia* nunquam de nummis dicuntur, ut *ſeſtertii* nunquam niſi de nummis. ut contra *ſeſtertia* ſemper de libris & pondo, *ſeſtertii* ſemper de nummis. ſic *decem ſeſtertia nummum* liceat dicere, quę de tot libris & pondo intelligi debent: at *decem ſeſtertios nummum* non poſſis, ſed *decem ſeſtertios nummos*. Hæc fuſius in noſtro *de re nummaria* commentario, quem propediem, ſi Deus faverit, in lucem emittemus. nam vir magnus in libro poſtumo de monetis alio quidem errore non minus tamen quam alii erravit in hac ſeſtertiorum differentia explicanda.

Sex ſeſtertiis] In vulgatis Plinii codicibus octo millibus nummum hic mullus emptus ſcribitur, quę octo ſeſtertia, non ſex faciunt. conſtat tamen Tertullianum à Plinio & rem & numerum ſumpſiſſe. cur igitur hic ab illo diverſus, aut uter potius ex altero corrigendus? Tertullianum heic cenſent ex Plinio emendari debere, ego contra: nam nimis certus ſum, certum hujus Afri eſſe calculum, atque hunc numerum olim in minus mendoſis, quam nunc habentur, Plinii codicibus reperiſſe. in antiquiſſimis & optimis quæ hodie extent Plinianis exemplaribus, ita ſcriptum legitur: *Aſinius Celer è conſularibus, hoc priſce prodigus, Cajo principe unum mercatus* R. VIII *mullum*. in omnibus ferme manu exaratis libris illud R. eo loco comparet. unde & in quibuſdam reperitur, *mercatus Romæ*. quod ineptum eſt. ſciendum porro illud R. ex ora libri in contextum irrepſiſ-

irrepsisse. cum enim ita in libris locus ille mendose conceptus esset, *mercatus* VIII. *mullum*, aliquis studiosus in margine ad scripserat hanc notam, R. qua significabat, & monebat requirendum esse quid vellet ille numerus VIII. quomodo, aut de quo genere nummorum intelligendus esset. nomen quippe nummi aut sestertii deest. hanc autem notam adponebant ad locum antiqui librarii, cui aliquid deesset ad sententiæ integritatem, quod requiri deberet, & investigari. nam *require* significat, aut *requirendum*. atque ita notatur in veteribus libris, ℟. Huic respondet apud Græcos ϗ, hoc est φῖ & ῥῶ, quam adscribebant quoties locus aliquid difficultatis haberet, & φροντίδ@ ἄξιον. non dubium igitur quin illud R. apud Plinium eo modo in textum irrepserit quo diximus. in fragmentis S. Hilarii locum similiter depravatum nuper deprehendebamus. ita enim apud eum scribitur: *perfidiam autem apud Sirmium descriptam quam dicit Liberius Catholicam à Demophilo sibi expositam, hi sunt qui conscripserunt: Narcissus, Theodorus, Basilius, Bassus, Gaudentius, Macedonius, Marthus, Atticus, Iulius, Surinus, Simplicius, & Iunior, requirendum, omnes hæreti.* illud *requirendum*, notaverat ad marginem aliquis, qua requirendum admonebat, quinam illi essent, quorum ibi nomina exposita habentur, quive inter eos presbyteri, qui episcopi, & quarum civitatium. Ut ad Plinium redeamus, constat non hodie atque heri mendam illam codicibus ejus insedisse, qui ita haberent: *unum mercatus* VIII. *mullum*. at tempore Tertulliani recte legebatur: *unum mercatus* VIIS. *mullum*. hoc est, sex sestertiis. ex VIIS. proclive

fuit facere VIII. Macrobius non sex sed septem millibus hunc mullum emptum scribit. qui ad Plinii & Tertulliani calculum revocandus est. IIS. nota erat sestertii, quæ duos asses & semis significabat, aut LLS. quæ duas libras cum semisse notat: sed non raro etiam in libris unicum jota cum sigma positum pro sestertii nota observare est. ut hoc loco Tertullianus, *mulli unius obsonium sex IS detulit.* hoc est, sex sestertiis. quod & supra nobis observatum.

Sex sestertiis detulit] *Deferre* heic est emere. frequentius tamen pro vendere sumitur. Seneca epist. XLII. *videamus hoc quod concupiscimus quanti deferatur.* id est quanti vendatur, quanti præbeatur. posset tamen etiam exponi, quanti ematur. Columella in horto, *maniplos deferre* dixit, vænales in urbem ad macellum portare:

Allia cum cepis, cereale papaver anetho
Iungite, dumque virent nexos deferte maniplos,
Et celebres fortis fortuna dicite Laudes
Mercibus exactis.

rem domo in macellum defert venditor, è macello domum emptor. hinc *deferre* & pro vendere & pro emere positum. mercem defert venditor, pretium emptor, hoc est παρέχει. Glossæ: *deferendum*, ὠνητέον. *deferre*, ὠνεῖν, παρέχειν. sic & *præbere* est vendere Latinis. Donatus: *piscatores qui piscem recentem præbent.* sed hoc sensu *rem aliquam pretio deferre* venditor tantum dici possit, non etiam emptor. sane *deferre* quod significet emere, nusquam alibi nisi heic lectum est. & fortasse *deferre* posuit, pro ferre vel auferre. nam pretio rem fert vel aufert emptor à venditore. illud tamen minime mihi dubium est, quin *quanti defe-*

Digitized by Google

deferatur, quod apud Senecam est, aut similem alicubi loquutionem acceperit pro ematur, cum significaret quanti detur, quanti vendatur.

Ex avibus ejusdem pretiositatis, ut canoris & loquacibus quibusque sexcentum millium patinam confiscavit] De hoc loco & Pliniano variis doctorum hominum sententiis hactenus certatum est, nec tamen quicquam adhuc certi constitutum. Budæi opinio est, quam plerique sequuntur, hanc Æsopi patinam centenariam fuisse, id est centenis avibus structam, quarum singulæ senis millibus nummum coëmptæ fuerint. sic totam patinam sexcentis sestertiis sive sexcentis millibus sestertium stetisse. sed huic sententiæ repugnat Plinii ipsius auctoritas, qui lib. xxxv. cap. xii. diserte scribit centum millibus patinam Æsopi stetisse. vetus noster liber, & prima editio Rhenani plane etiam hoc legunt, *centum millium patinam confiscavit*, non sexcentum. ita Tertullianum in Plinio legisse, nec aliter Plinium scripsisse verba ipsius aperte testantur, quæ sic habent: *nam nos cum unam Æsopi tragœdiarum histrionis in natura avium diceremus sesterziis C. stetisse, non dubito indignatos legentes. at hercules, Vitellius in principatu suo CC. sestertiis condidit patinam. cui faciendæ fornax in campis exadificata erat, quoniam eo pervenit luxuria, ut etiam fictilia pluris constent, quam murrhina.* quibus ex verbis multa discimus: primum fictilem fuisse illam Æsopi patinam: deinde centum tantum sestertiis constitisse: præterea pretium illud quo patina taxata est, pro manupretio datum esse figulo qui eam ex humo duxit, non pro avibus quas in ea posuit Æsopus. constat igitur legendum apud Plinium illo loco: *sestertiis centum stetisse.*

risse, non *sexcentum*. atque hæc centum sestertia idem efficiunt, quod *centum millia* quæ heic apud Tertullianum habentur. dicit Plinius indignaturos legentes, quod in libro de naturis avium scripserat de pretio Æsopeæ patinæ, quæ centum sestertiis stetisset. at hercules, inquit, Vitellius in principatu suo ducentis sestertiis patinam condidit, & quidem etiam fictilem. quod tanquam majore dignum indignatione proponit, propter insanam fictilium æstimationem, quæ pluris hoc modo constabant, quam murrhina. nec enim in eo spectanda indignatio quod Vitellius Apicium superarit, princeps privatum, sed quod cum Æsopus patinam habuerit fictilem centum millibus emptam, immenso sane pretio; eo tamen luxuria perveniisset, ut Vitellius in principatu suo potuerit fictile condere altero tanto æstimandum, adeo ut pretia murrhinorum non æquaret solum sed transcenderet, at si patina Æsopi sexcentis sestertiis stetisset, longe minorem invidiam & indignationem Vitellii principis patina merebatur, quæ ducentis tantum sestertiis condita erat. Plinius lib. x. cap. LI. de hac eadem patina Æsopi: *maxime tamen insignis est in hac memoria Clodii Æsopi patina centum sestertiis taxata*: sic enim legendum ex veteribus libris, & altero illo loco Plinii, quem paullo ante produximus, non *sexcentis sestertiis*. pretium igitur illius patinæ, quod pro ea extruenda figulus accepit, centum sestertia fuere, sive sestertiorum nummum centum millia. quæ summa aureorum nostrorum facit bis mille & quingentos. in ea patina Æsopus convivis suis apposuit aves, aut cantu aut humanæ vocis imitatione famo-

famosas, quarum singulæ sex millibus coemptæ fuerant. Plinius loco supra citato: *Clodii Æsopi patina C. sestertiis taxata, in qua posuit aves cantu aliquo aut humano sermone vocales, I I S. V I. singulas coemptas.* ita legimus ex optimo & vetustissimo libro Clariss. Rigaltii, in quo scriptum est: *hiisui singulas coemptas. his* aut *biis* fere semper apud Plinium pro sestertiorum nota positum occurrit in manu exaratis libris. ita porro in Plinio legisse Tertullianus hoc loco fatetur his verbis: *qua multi unius obsonium sex sestertiis detulit: qua Æsopus histrio ex avibus ejusdem pretiositatis.* sex autem sestertia, ut notum est, sunt sex millia nummum, hoc est aurei nostri centum & quinquaginta. diversum itaque patinæ ipsius manu pretium fuit, diversum avium pretium quæ in ea patina appositæ sunt. quod enim centum sestertiis constitit illa patina, hoc aves non fecere, quibus guloſum illud fictile condiit Æsopus, sed tanti à figulo empta est, qui illam condidit. aves pretium suum seorsim habuere, quarum singulæ cum sex sestertiis coemptæ fuerint, centum sestertiis justis & rotundis ut tota patina constaret, efficere non potuerunt, quin aut plus aut minus esset: nam sexdecim aves, sestertiis sex emptæ singulæ, nonaginta sex sestertia tantum reddunt: si vero septendecim ponas fuisse, duo & centum sestertia exsurgent. His igitur duabus rebus maxime insignis fuit Æsopi patina, & quod ex luto ficta tam caro stetit, & quod aves tam caro emptæ in ea ad cœnam appositæ sunt. de numero avium nihil Plinius dicit, contentus dicere singulas sex millibus nummum coemptas fuisse. sed profecto magnus earum numerus oportet fuerit, ut

tam grandem patinam implerent: nam & ingentem illam patinam fuiſſe neceſſe eſt, cujus facturæ tam immane pretium poſitum eſt apud figulum. Nunc in eam ſententiam quam adſtruximus, reſtat ut verba Tertulliani concinnemus. ita porro ea concipiunt & primæ editiones, & vetus noſter: *qua Æſopus hiſtrio ex avibus ejuſdem pretioſitatis, ut canoris & loquacibus quibusque, centum millium patinam confiſcavit.* ſed quo ſenſu dici poteſt, niſi abſurdo, patina ex avibus confiſcata? *confiſcare* hoc loco eſt ἀποταμιεύειν, recondere, vel reponere. Gloſſæ: *confiſcare*, ταμιεύειν, ἀποθησαυρίζειν. ſic apud eumdem Tertullianum in libro de Anima; *in confiſcato animam habere.* Suetonius in Auguſto: *quam ſummam repræſentari juſſit: nam & confiſcatam ſemper repoſitamque habuerat.* inde & *confiſcator* ταμιοῦχος. ſic *confiſcare patinam* idem eſſet quod in cellario vel ταμείῳ repoſitam habere. ſed hoc ſignificatu nec ex avibus, nec cum avibus confiſcata dici queat. è contrario patinam illam ex tamio in quo confiſcata ſeruabatur, depromi & efferri ab Æſopo fuit neceſſe, ut in convivio ſuo avibus refertam apponeret ac repræſentaret. fuere qui legerent, *conflavit*, pro *confiſcavit.* verum illi primo auctoritate librorum revincuntur, qui omnes *confiſcavit* retinent. deinde jam diximus patinam centum millium, ex avibus ſex millium pretio quibusque emptis, conflari non poſſe, quin aliquid aut deſit aut ſuperſit. poſtremo non ſatis poſſim probare, ut patina ex avibus conflari dicatur, quæ avibus referta ſit & cumulata. quod etſi concederem rectum eſſe, hoc tamen loco prorſus alienum eſt & abſurdum. Porro ut ſenſum auctori noſtro

ſuum

ſuum reddamus, ita verba ejus legenda ſunt: *quæ Æſopus hiſtrio avibus ejuſdem pretioſitatis, ut canoris & loquacibus quibusque, centum millium patinam confiſcavit.* id eſt, patinam centum millium, tanti enim conſtabat, confiſcatam repoſitamque habuit in cellario ſuo Æſopus hiſtrio, ut aves in ea convivis ſuis exhiberet, ſex millibus ſingulas coemptas. *confiſcavit avibus*, ad aves confiſcavit, ut avibas refertam in convivio repræſentaret, & apponeret, πρὸς τοὺς ὄρνιθας ἀπεταμίευσεν. confiſcavit eam ſcilicet, & repoſitam ad hoc habuit, ut quando vellet, promere poſſet avibus pretioſis in convivio exhibendis. quod utique & fecit. nam *aves in ea poſuit*, inquit Plinius, *aut cantu aliquo, aut humano ſermone vocales, ſex ſeſtertiis ſingulas coemptas.* ſic in illa ſua patina Vitellius, quæ ducentis ſeſtertiis conſtitit, ſcarorum jocinora, murænarum lactes, phaſianorum & pavonum cerebella, & phœnicopterum linguas poſuit. de qua vide Suetonium. de hujuſmodi lautis patinis intellexit Satyricus cum dicit:

Et quadringentis nummis condire guloſum
Fictile.

nam patinæ in quibus lautiores cibi apponebantur, fictiles erant. Plinius lib. xxxv. cap. xii. *atque ut luxu quoque aliqua contingat auctoritas figlini, tripatinum, inquit Feneſtella, appellabatur ſumma cœnarum lautitia. una erat murenarum, altera luporum, tertia myxonis piſcis, inclinatis jam ſcilicet moribus, ut tamen eos præferre Gracia etiam philoſophis poſſimus.* idem Juvenalis:

Debetur magnus patinæ, ſubitusque Prometheus:
Argillam atque rotam citius properate ----

patina eſt λοπάς. Gloſſæ: *patina*, λοπάς. Melea-

ger

ger apud Stratonem Sardianum ἐν τῇ παιδικῇ μέσῃ:

Εἰ γάρ σοι ταῦτα τερπνὰ πάροι θεός, ὦ μακάρ οἷαν
Ἀρτύσῃς παίδων. ὠμοαϊκὴν λοπάδα!

vides *Romanam patinam* proverbio Græco jactari de miscellanea patina, variis & exquisitis lautitiis referta. Juvenalis:

----*condire gulosum*.

Fictile, sic veniunt ad miscellanea ludi.

sic Græcus poëta ἀρτύσῃ λοπάδα dixit quod Latinus *condire gulosum fictile*. Talis fuit Vitelliana & Æsopea. edi autem heic volueramus, *qua Æsopus histrio avibus ejusdem pretiositatis patinam confiscavit*, non *ex avibus*. sed operæ vulgatam lectionem retinuere, quæ prorsus falsa est, & absurda.

Canoris & loquacibus quibusque] Sic expressit illa Pliniana: *aves aut cantu aliquo, aut humano sermone vocales*. cantu & sermone vocales eleganter dixit Plinius, canoras & loquaces aves, nam & *vocales* dicebantur, qui voce canebant. Græci recentiores βοκαλίσεις appellarunt. vide ad Historiam Augustam quæ notavimus.

Filius ejus post tale pulpamentum] Male qui *pulmentum* malle se dicunt. cur illis pulpamentum ad gustum non est? homines delicatos! qui tamen ignorant utrumque rem eamdem esse. *pulpamentum* est, τὸ κρέας, προσφάγιον, ὄψον. *tute lepus es & pulpamentum quæris*. Glossæ: *pulpamentum*, ὄψον. sic *plebeia pulpa* pro plebeio pulmento apud Ausonium. Isidorus: *pulpa dicta quod cum pulte olim commixta vescebatur, unde & pulmentum & pulmentarium dictum*. sane *pulpa* ex Græco πολφὸς venit. πολφὸν Græci interpretantur μίγμα ἐκ σαρκῶν,

τὴν, tractam scilicet farinæ subactæ, & in massam coactæ. Latini pro carne vel obsonio quolibet eam vocem usurparunt. sic & *pulmentum* quod à pulte descendit. *pulpamentum* sane idem est quod *pulmentum*. *pulpedinem* etiam pro eodem dixerunt.

Sumptuosius esurire] Codex noster: *sumptiosius*. sic *affectiosus* apud Macrobium in veteribus libris. & *sumptiosius* apud Valerianum in homeliis. quod ratione non caret. ut enim *factiosus* à factio: *actiosus* ab actio. sic *affectiosus*, ab affectio, & *sumptiosus* à *sumptio*, quo verbo quidam usi videntur pro *sumptu*.

Ne mendicius patre cœnasset] Pro *cœnaret*. de qua enallage nos supra. idem vetus liber hoc loco legit, *patrocinasset*. perperam. sed ex eo id mendum, quod *cinasset* scriptum videtur antiquitus fuisse. nam *cinare* scribebant, pro cœnare. sic *tragidi*, *aulidi*, *mitici*, *miræ*, *soliciſmus*, & similia sexcenta de quibus nos alibi. Glossæ: *cupidicinus*, τρεχέδειπνος, pro *cupidicœnus*, qui cupide currit ad cœnam, quem Græci etiam ἐπιθυμόδειπνον dicunt.

Taceo Nerones & Apicios & Rufos] De Neronibus & Apiciis clara omnia & cognita: de Rufis vero nigra & obscura. nam quis iste Rufus esset, quando non quæsitum? nec tamen ille adhuc repertus interpretibus. atqui Sempronius Rufus est, vir prætorius qui primus ciconias cibi caussa occidit, propter quod novum gulæ inventum, repulsam in consulatu passus est. de eo versus leguntur isti apud veterem Horatii scholiasten:

Ciconiarum Rufus iste conditor,

(*Ipse*

(Ipse est duobus elegantior Plancis)
Suffragiorum puncta non tulit septem:
Ciconiarum populus ultus est mortem.

ideo illum hoc loco Tertullianus, & Hortensiis, & Asiniis, & Ausidiis lurconibus, Æsopis, Apiciis aliisque, gulæ proceribus accenset.

Ex multis togatos fuisse quales apud pallium haud facile] Æternum credo hic locus in vitio mendosæ interpunctionis, quo hactenus laboravit, jacuisset, nisi ego eam emendassem. sic igitur distinguendum judicavi: *& memento istos interim, ex multis togatos fuisse, quales apud pallium! haud facile has purulentias civitatis exsuppurabit, nisi sermo palliatus.* memento, inquit, & vinolentos, quos memoravi, & impuros, & aleones & lurcones magnam partem togatos fuisse, quales apud pallium! id est quales habendos, in quali existimatione ponendos apud pallium? quam probrosos scilicet, quam vituperandos, & omni reprehensione dignos, apud illos qui pallium gestant? has togatorum purulentias & carcinomata, haud facile quis ad sanitatem perduxerit, nisi sermo palliatorum, qui medicinam moribus soli facere sciunt.

Ex multis togatos fuisse] Quia non omnes quos nominavit togati: nam inter eos Æsopus pater & filius palliati.

Haud facile has purulentias civitatis quis eliciet & exvaporabit] Ita ut diximus distinguendum. etiam *exsuppurabit* reposuimus pro *exuaporabit*. cujus verbi nec lectio vera est, nec explicatio recta esse potest. *suppurare* locus dicitur, qui in pus vertitur & purulentus καὶ ἐμπυϊκὸς redditur. Glossæ: *Superavit*, ἐφλέγμανεν, καὶ ὑπύλον ἐγένετο. lege: *suppu-*

suppuravit. Lampridius: *capite suppuratum reddidit crebris obtunsionibus.* inde *exsupparare*, φλεγμονὴν tollere, & purulentiam elicere.

Pag. 33. *Nam & elinguis philosophia*] Primæ editiones: *elingua philosophia.* nec aliter scriptus. *elinguus* dixit pro *elinguis*, ut *exanimus* & *inanimus* aliis: *informus*, *enormus*, *proclivus*, *adclinus*, & similia. Cap. II.

De occursu meo vitia suffundo] Lucianus in Dialogo Κυνικὸς, ita loquentem de pallio suo Cynicum inducit: ὅτε τείχων ἔτος ἐκαταγελᾶτε, καὶ ἡ κόμη, καὶ τὸ σχῆμα τύμβον τηλικαύτην ἔχει δυνάμιν ὥστε παρέχειν μοι ζῆν ἐφ' ἡσυχίας καὶ πεπάτουν ὃ, τι βούλομαι, καὶ σιωπᾶν οἷς βούλομαι· τῶν γὰρ ἁμαρτῶν ἀνθρώπων καὶ ἀπαιδεύτων ἐδεὶς ἂν ἐθέλοι ἅψασθαι τοῦ σχήματος, οἱ δὲ μαλακοὶ καὶ ἐντρέπονται. Cynicorum occursum declinabant omnes ac vitabant, propter amaram & acerbam qua in vitiis palam carpendis utebantur libertatem. hucusque igitur quæcunque de philosophis dixit pallium, de Cynicis dicta intelligi debent.

Viderit nunc Philosophia quid prosit, nec enim sola mecum est] Hactenus pallium utilitatem quam in Philosophico & Cynico habitu præstat, commendavit, nunc & sese commendat ab aliarum artium utilitate quas pariter vestit. viderit nunc, inquit, philosophia quam vestio quid prosit. hoc nomine tantum commendari non debeo, nec enim sola mecum est. habitus hic meus non tantum propter eam est utilis, sed etiam propter alias artes æque in publicum proficuas, quæ de meo pariter vestiuntur. sed dixerit aliquis cum pallium Cynicum heic loquatur, quod ab reliquorum philosophorum & professorum pallio diver-

Digitized by Google

diversum erat, cur quasi unum idemque pallium omnium esset, philosophiam non tantum de suo vestiri, verum & alias artes prædicat? immo unum idemque generaliter pallium fuit quod & Cynici & ceteri artium professores & omnis denique Græcatorum natio gestabant: nec enim materia formave discernebantur, sed solo habendi modo. aliter quippe eo pallio amiciebantur Cynici, aliter reliqui philosophi, & liberalium artium magistri. hanc differentiam satis in superioribus explicavimus. falluntur autem qui legi volunt hoc loco, *videris, nunc philosophia quid prosit*, ut sermo ad togam dirigatur.

Et primus informator litterarum] Qui primis litteris pueros imbuit & informat. Horatius:

--- elementa velint qui discere prima.

eum itaque intelligit qui primas & elementarias litteras docet, quem Latini *litteratorem*, Græci γραμματιστὴν vocarunt. Apulejus in Floridis: *verum enimvero musarum craterra, quanto crebrior, quantoque meracior, tanto proprior ad animi sanitatem. prima craterra litteratoris, ruditatem eximit: secunda grammatici, doctrina instruit: tertia rhetoris, eloquentia armat.* litterator igitur is erat qui συλλαβίζειν, ut loquitur Lucianus, pueris monstrabat. & tantum est inter grammaticum & litteratorem, quantum apud Græcos inter γραμματικὸν, & γραμματιστήν. quem Græci γραμματικὸν, Latini veteres *litteratum* vocabant. pueri septennes olim ad ruditatem deponendam, γραμματιστῇ dabantur: cum vero duodecimum attigerant, ad Grammaticos mittebantur, ut doctrina instruerentur. Paulus Ægineta περὶ διαίτης νηπίων: σὺν νηπίοις καὶ ἀπὸ γάλακτος, γενόμενος, ἐν ἀνέσει τε ἐὼν καὶ ἀλαζονείᾳ, γυμνά-

Digitized by Google

σια ἢ χρὴ προφαὶ αὐτοῖς προσφέρειν ἐναφρῶς. ὁστὸ ἢ τ' ἓξ καὶ ἑπτὰ ἐτῶν τύτδε παῖδας ἢ τὰς κόρας γραμματικῆς ἀκροᾶσθαι· & paulo post: σὺν ἢ ἀωδεκαετεῖς τ' παίδων προς τε γραμματικὰς φοιτᾶν ἤδη ἢ γραμέτρας. vide Quintilianum lib. I. cap. II. Aetius lib. IV. ὁστὸ ἢ τ' ἑπτὰ ἐτῶν ὀλὶ γράμματα φέρειν. ubi γράμματα vocat litteras illas primas, quas litterator, hoc est primus informator litterarum docet. unde vox illa Neronis, *Quam vellem nescire litteras*, quum damnationem rei nescio cujus subsignare cogeretur. tota earum litterarum scientia in scribendo tantum, hoc est pingendo & legendo consistit. sequitur apud eundem Aetium: ὁστὸ ἢ τ' ἀπ' μέχρι τ' κὰ ἁρμότθει μαθημάτων ἄσκησις, ἢ φιλοσόφων λόγων. ab duodecimo igitur usque ad quatuordecimum Grammaticis instruebantur. quare post Grammatistam Grammatico locus erat, deinde & Rhetorico, & Philosopho. Quintilianus lib. I. *primus in eo qui legendi scribendique adeptus erit facultatem, grammatici est locus.* Galenus in Protreptico ad artes, in prima nobiliorum & liberalium artium classe Grammaticam collocat, in secunda vero Grammatisticam. verba ejus haec sunt: ἀμφὶ δ' αὐτὸν, *Mercurium*, ἅπαντες ἐν τάξ κεκόσμηντω, χώρων ἕκασ- τον ἰδίων ἐπεῖν ἔδωκεν ὅτι ὑπολιπόντες· οἱ μὲν ἔγγιστα τῷ θεῷ ἢ σὺν αὐτὸν ἐν κύκλῳ κεκοσμημένοι, γεωμέτραι ἢ ἀριθμητικοὶ ἢ φιλόσοφοι, ἢ ἰατροὶ, ἢ ἀστρονόμοι ἢ γραμματικοί. τύτων ἢ ἐφεξῆς ὁ δεύτερ- ος χορὸς, ζωγράφοι, πλάσται, γραμματισταὶ, τέκτονες ἢ ἢ ἀρχιτέκτονες, ἢ λιθογλύφοι. ἢ μετ' αὐτὰς ἡ τρίτη τάξις. sic Grammatici cum philosophis, Geometris, arithmeticis, medicis & astronomis deputantur. Grammatistae vero in secundo post

Digitized by Google

illos ordine inter pictores, fictores, sculptores, architectos recensentur. Idem paulo post: εἰσὶ δ' ὧν καὶ πᾶσα γλῶς ἰατρική τε καὶ ὑποκριτικὴ καὶ μουσικὴ, γεωμετρία τε καὶ ἀριθμητικὴ καὶ λογιστικὴ, καὶ ἀστρονομία καὶ γραμματικὴ, καὶ νομική. Grammaticum hinc etiam a primo litterarum informatore qui grammatista est, distinxit Tertullianus.

Et primus edomator vocis] Edomatorem vocis de phonasco accipiunt. non recte, nec enim phonasco pueros olim dediſſe operam crediderim inter prima illa rudimenta litteratum, niſi ſi qui cantores tragici vellent eſſe, aut comœdi: ſoli quippe cantores & ſi forte etiam oratores phonasco vocem ſuam & formandam & exercendam dabant. quinimmo *phonaſcus* etiam vocalis dicebatur & cantor. Gloſſæ: φωνάσκος, *vocalis*. nam vocalis eſt qui voce ſcite canit. eædem Gloſſæ: φωνασκητής, *vocipatarius*. ita legendum. is erat magiſter formandæ vocis. hic πλάττειν φωνὴν dicebatur. unde & πλάσμα vox quæ πλάσιν accepit, & quæ bene formata eſt. ita *plaſma* apud Quintilianum accipitur, & apud Perſium hoc verſu:

—— liquido eum plaſmate guttur
Mobile colluerit.

id eſt, quum liquidam & εὔπλαστον vocem per lævo guttur eliquaveris, ut alibi loquitur:

—— vatum & plorabile ſi quid,
Eliquat, & tenero ſupplantat verba palato.

perperam eruditiſſimi viri *plaſma* in illo Perſii loco, remedium voci formandæ aptum exponunt. ſed de his alibi. Quintilianus lib. XX. cap. III. *ſed ut communiter & phonaſcus & oratoribus neceſſaria eſt exercitatio qua omnia convaleſcunt: ita cura*

non idem genus. vide locum. ubi phonascus est cantor, & qui ad cantandum vocem sibi parat. sed pueris qui primis litterarum elementis imbuebantur nihil cum phonasco. in prima & secunda Rhenani editione scribitur hoc loco, *primus edonator vocis.* ex quo illud nobis *edomator* donaverunt. verum æque bene poterant parva admodum transpositione facere, *enodator*, quomodo plane & in nostro libro comperi scriptum. per *primum* porrò *vocis enodatorem* haud dubium est, quin intelligat eum qui pueris legendi & recte pronuntiandi artem tradit. nam hic quo modo singula quæque verba, qua voce, quo motu oris essent pronuntianda præcipiebat. qui articulate & expresse singulas voces enunciare docet, is nodos vocis solvere recte dicatur, præsertim in pueris id ætatis, adhuc balbutientibus, & infracta voce dimidiata verba vix exprimentibus. Quintilianus lib. 1. cap. 11. *non alienum fuerit exigere ab iis ætatibus quo sit absolutius os, & expressior sermo, ut nomina quædam versusque affectata difficultatis ex pluribus asperrime coëuntibus inter se syllabis catenatos, & velut confragosos quam citatissime volvant.* Martianus Capella de Grammatica: *demonstrabat etiam quendam gratissimum gustum vespere multo olivoque elaboratum, quo depulsa vocis insuavissima diritate, canoros etiam fieri posse memorabat.* idem paulo supra: *nam ex eodem scalprum primo vibranti monstrabat acumine, quo dicebat circumcidi infantibus vitia posse linguarum.* tres primos hoc præceptores & ludimagistros nominavit auctor, qui rudes pueri annos primis & elementariis litteris erudiendos suscipiebant, quos & à Grammatico distinxit, qui solidiore doctrina eum imbuebat: *primum*

litterarum informatorem, qui litterarum formas & poteſtatem cognoſcere, & ſcribendo exprimere: *primum vocis enodatorem*, qui recte pronunciare: *primum numerorum arenarium*, qui calculare monſtrabat. atque hæc tria munera unius ejuſdemque doctoris ferme fuerunt, quem γραμματιστὴν Græce appellatum diximus. nam tria iſta ſimul unus docebat, ſcribere, legere, & calculare. unde & γραμματιστὴν iidem Græci etiam calculonem vocitarunt. Suidas in voce κηπωρατίας: ὥσπερ τοῖς γραμματιστῇς ἔτω διδάσκειν, ἢ καλεῖν κήπτε ἐνενήκοντα. ubi γραμματιστῇ ſunt calculones. nam una eademque opera, & ſub eodem magiſtro utrumque pueri diſcebant, litteras & calculum, unde & *calculo* pro ludimagiſtro, quod alibi notavimus. Julius Capitolinus in Pertinace: *puer litteris elementariis & calculo imbutus.* à diverſis tamen præceptoribus aliquando hæc tradita Tertullianus heic teſtari poſſit. cujus tamen verba ita etiam accipi poſſint, ut primus informator litterarum idem ſit quoque, & primus enodator vocis, & primus numerorum arenarius. ſic unius ejuſdemque hominis officium in hæc tria videtur diduxiſſe.

Et primus numerorum arenarius] Qui primo calculo pueros imbuit, qui & diſtinguitur ab arithmetico, ut λογιστικὴ ἀπὸ τῆ ἀριθμητικῆς. nam calculo ſive primus ille numerorum arenarius nihil aliud docebat, quam æra ſive calculos in tabula ducere, & reducere ad ſummam aliquam computandam & rationem purgandam. digitorum etiam computum idem docebat, qui veteribus in uſu fuit. de quo librum Græce ſcriptum habemus, quem Beda Latine videtur vertiſſe. ſed de hoc

de hoc genere & de tabula veterum calculatoria nos alio loco. *arenarius* autem huic noſtro eſt ψηφιστὴς ſive λογιστής: nam arenæ ψῆφοι ſunt ſive calculi, quibus olim ad computandum utebantur. ſic *primum numerorum arenarium*, ἢ πρῶτον ἀριθμῶν ψηφιστὴν vocavit. qui de ſcholaſtico vel erudito pulvere accipiunt in quo lineæ geometricæ ducebantur, falluntur. nam calculo ſive λογιστῆς de quo heic agitur, nihil negotii habebat cum illo erudito pulvere, ſed tabulam tantum & æra verſabat. Arithmetici etiam in abaco vel menſula pulvere conſperſa numerorum notas delineabant. Perſius Sat. 1.

Ne qui abaco numeros, & ſecto in pulvere metas
Scit riſiſſe vafer.

de contemptore philoſophiæ loquitur, qui ἀριθμητικὴν, & γεωμετρικὴν ridet. figura autem τὴν ἀβάκιον, *in abaco & ſecto pulvere*, hoc eſt in abaco pulvere conſperſo, & multis lineis Geometricis ac numerorum notis ſecto, ut *patenis libamus & auro*. & fallitur vir longe doctiſſimus qui abacum Arithmeticis tribuit, pulverem Geometris: nam abacus pulvere conſperſus utrisque ſerviebat. Ariſtophanes in Nubibus:

ἢ τὸ παρέζης καταπάσας ἀσπίλῳ τέφρᾳ,
κἄμψας ἑαυτὸν, εἶτα διαβάλλειν λαβών.

de Socrate loquitur. at logiſticis & calculonibus abacus & æra præſto ſine pulvere.

Et qui muſicum pulſat] Cithariſtam aut Citharœdum intelligi volunt; nec ego ſane nollem, niſi quædam repugnare viderentur. citharœdicus habitus palla fuit non pallium, ut ex multis auctorum locis mihi compertum certo poſſe videor affirmare. hinc Apollo ut citharœdus, fem-

per cum palla fingebatur, & pingebatur, Æsculapius vero cum pallio. non dicam musicâ magis proprie dictam de vocis cantu, unde *musicanus* qui voce caneret, nam & musicos etiam scio dictos, & tibicines fidicinesque. sed illud profecto non tacendum est, qui voce in choro canebant palliatos vulgo fuisse. nam septem palliati chorum faciebant apud veteres. Hyginus: *Pythaules qui Pythia cantaverat, septem habuit palliatos qui voce cantaverunt, unde postea appellatus est choraules.* tibicen ipse qui tibiis ad chorum canebat, & choraules inde dicebatur, palliatus non erat, cum palliis amictus esset chorus cantantium. & de illis symphoniacis palliatis omnino heic intellexerit Tertullianus necesse est, non de Citharistis aut Citharœdis, qui pallis amicti. at inter pallam & pallium longa erat differentia. Sed quomodo qui voce canunt, musicam pulsare dici queant? Symphoniaci in choro pulsu pedis vocem suam moderabantur, quod hodie musici nostri manu faciunt, & *percutere mensuram* se dicunt, præterea in veterum choris semper unus fuit qui ceteris ἐνδόσιμον daret pedis supplosione, aut etiam manuum percussione, quod mesochori sive coryphæi officium erat. vide quæ super hac re ante biennium notabamus ad Historiam Augustam. eleganter igitur heic noster *musicam pulsare* dixit de eo qui musicam pulsu temperat ac moderatur. si quis contendet de citharista accipiendum potius esse, ostendat mihi pallium citharistarum proprium fuisse. fuerint illi licet palliati, non soli hoc habitu inter musicos fuere. nam ostendimus qui voce cantabant hunc etiam amictum habuisse, quem cur solis attribueret citha-

rœdis

rœdis hoc loco Tertullianus, causæ non erant: atqui contrarium jam docuimus, citharœdorum amictum pallam, voce cantantium pallium fuisse. de his igitur non de illis auctor exponendus.

Et qui stellarem conjectat, & qui volaticam spectat] *Stellaris, ἡ δι' ἄστρων μαντικὴ volatica, ἡ οἰωνιστικὴ ὀρνεοσκοπική*, quæ volatum scilicet avium spectat. nam *volaticus* à volatu. hinc *volaticum gaudium* apud eumdem, quod cito transvolat & transit. de Pœnitentia: *idque totum propter unius ami volaticum gaudium.* & in lib. ad uxorem: *spiritali affectione carnalem illam humabis, temporaria & volatica desideria formæ vel ætatis inimicantium bonorum compensans debenda.* alibi etiam *pervolaticum* dixit à pervolando. inde & *mulieres volaticæ* Festo sunt striges: nam mulieres maleficæ & sagæ in quas verti & volare credebantur. Ovidius de saga:

Hanc ego nocturnas suetam volitare per umbras
Suspicor, & pluma corpus anile tegi.

verba Festi: *striges maleficis mulieribus nomen inditum est, quas volaticas etiam vocant.* Isidorus: *striges mulieres volaticæ.* hinc *volatica ἡ οἰωνιστική.* Hæc eo dixi ne quis à vola manus deduceret id verbi, quod quidam jam fecerunt. ut volaticam autem & stellarem hoc loco junctim posuit, ita & adversus Marcionem his versibus:

Sortes, auguria, stellarum nomina falsa,
Nascentum geneses constringere.

Pag. 34. *Quattuor meis angulis tegitur*] Quattuor anguli in pallio: unde & *quadrangulus habitus* supra appellatur. Græcis τετράγωνον ἱμάτιον. angulos autem pallii γωνίας & πέρυγας, appellari Græce in superioribus observavimus. sic quattuor angulos τέσσαρας πτερύγια, pallio scribarum

tribuit Epiphanius, Hæresi xv. φησὶ γὰρ ὅτι στολὰς φορεῖτε τὰ φυλακτήρια, καὶ τὰ κρασπεδα τῶν ἱματίων ὑμῶν μεγαλύνετε, ῥοΐσκους γὰρ λινοῦς ὅλη τὰ τέσσαρα πέρυγια τριβώνου ἕκαστον εἶχεν, ἐξ αὐτοῦ δὲ σήμου κατασεσεμμένους ἐν ᾧ χρόνῳ ἐνεκρατεύετο, ἢ παρθενίαν ἤσκει. τέσσαρα πέρυγια τριβώνου, sunt quattuor anguli pallii ex quibus pendebant ῥοΐσκοι, id est globuli Punicorum malorum specie. Abdias Babylonicus Bartholomæi Apostoli habitum describens, colobium album ei tribuit, & pallium quod per singulos angulos singulas gemmas habebat. verba ejus hæc sunt lib. VIII. Hist. Apost. *vestitus colobio albo clavato purpura: induitur pallio albo habente per singulos angulos singulas gemmas.* Hic plane habitus fuit γραμματέων apud Iudæos, nisi quod ex singulis pallii angulis non gemmæ sed ῥοΐσκοι pendebant. nam γραμματεῖς, & colobium purpura clavatum, & super colobium, quadrangulum pallium accipiebant. illud pallium scribarum, & τρίβωνα & ἱμάτιον vocat idem Epiphanius, quomodo & suum Græci vocabant, quod & ipsum quadrangulum erat. Epiphanius eodem loco de iisdem scribit: ἀλλ' ἐπειδὴ στολὰς εἴτ' οὖν ἀμπεχόνας οἱ τοιοῦτοι ἀνεβάλοντο, καὶ δαλματικὰς εἴτ' οὖν κολοβίωνας ἐκ πλατυσήμων καὶ πορφύρας αἱλουργοϋφεῖς κατεσκεύασμένας. ibi στολαὶ & ἀμπεχόναι sunt pallia quæ supra colobiones sive dalmaticas accipiuntur. ἱμάτια & τρίβωνας paullo post vocat. at bonus interpres qui novam illius auctoris versionem nuper dedit, imperite στολὰς sive ἀμπεχόνας cum dalmaticis sive colobiis, hoc est pallia cum tunicis confudit: ita enim eum locū reddidit: *quippe cum stolis sive vestimenti genere quodam uterentur isti, quod dalmaticas aut colobia appellare possumus.*

& ta-

& tamen ille est cui fide se credas ipsi, nemo præter eum credatur doctus. sed de illius hominis ineptiis & inscitia nobis alius erit dicendi locus.

Verum & cerdones, & omnis gladiatorum ignominia togata producitur] Cur cerdones togati potius, quam alii quilibet sellularii opifices? an non illi etiam de infima plebe, & qui tunicati popelli, & pullatæ turbæ partem faciebant? atqui nec pallia, nec togas isti gerebant. hinc *tunicatus popellus* Horatio, & *tunicata plebs* auctori de caussis corruptæ eloquentiæ, quod tunicas sine togis haberent indutui. præterea unde aut qui isti cerdones, quos cum gladiatoribus togatos dicit produci? Denique supra cum viles personas enumeraret, quæ togam usurpabant, cerdones inter eos non nominavit: *vespillo, leno, lanista tecum vestiuntur*. cum suspectos semper hos cerdones habuissem, suspectiores de vitio mihi reddidit vetus liber in quo plane legitur, *accendones*. editio prima Rhenani habet, *accedones*. omnino *accendones* hoc loco sunt lanistæ. ita eos vocare libitum huic nostro, quod gladiatores accenderent & excitarent ad pugnam. Tertullianus ad Martyres: *nec tantus ego sum, ut vos alloquar: sed tamen & gladiatores perfectissimos non tantum magistri, & præpositi sui, sed etiam idiotæ, & supervacui quique adhortantur de longinquo, ut sæpe de ipso populo dictata suggesta præfuerint*. magistri & præpositi gladiatorum sunt lanistæ qui eos de propinquo adhortabantur, & accendebant, dictataque illis suggerebant. idcoque & cum gladiatoribus producit hic dicit auctor ut pugnaturis adsisterent, & ad fortiter faciendum incitarent. *accendones* sunt ἀπὸ τοῦ, ab accendo. Virgilius:

Accendamque animos insani martis amore.

& alibi:

Aëre cieue viros, martemque accendere cantu.

idem:

His dictis accensi animi.

accendo, accendonis, ab accendo: ut *comedo, comedonis: colo, colonis*, pro cliente apud Sallustium: & *volo volonis: incubo incubonis*, ab incubo, & similia sexcenta. togatos autem fuisse lanistas jam supra dixit: *Vespillo, leno, lanista tecum vestiuntur.* togati etiam gladiatores producebantur, ut ex hoc loco constat, & togam inter gladiatoria Commodi instrumenta & ornamenta recenset in Pertinace Julius Capitolinus. de togis gladiatorum ad Suetonium plura. ubi docebimus togatos quidem productos fuisse gladiatores, spectaculi scilicet gratia & per pompam, non tamen in togis depugnasse. *accendones* igitur heic sunt lanistæ, qui cum gladiatoribus togati producuntur. Hinc & lanistas pro gladiatoribus posuit Prudentius:

---sodes illa verendis
Vtarum insignis phaletis fruiturque lanistis.

de virgine Vestali loquitur gladiatores spectante. vox *lanista* Græca est. χλανιστὴς, *lanista*: ut χλαῖνα, *lana*: χλανὸς, *lucens*. χλανίζειν est ornare, parare, exuere, unde χλανίδες, ὁμοῦ. Hesychius: καλλωπίζειν, καλλύνειν, καλλοπίζειν, καὶ στολίζειν. Seneca: *lanista qui familiam suam summa cura exercet atque ornat.* arma quidque gladiatorum *ornamenta* dicebantur. atq; hæc obiter.

Sed ipsa pallium loquitur.] Heic explicit pallii prosopopœia. hactenus, inquit, pallii habitus pro se loquutus est, quo eo nomine maxime se se in publicum utilem habere debere contendit,

tendit,

tendit, quod liberalium artium professores, & philosophos vestiat, quæ artes plurimum quantum utilitatis in remp. conferunt, & aliquanto plus etiam quam operæ togatorum, ita ut nulla indignitas sit, si quis à toga ad pallium transeat, habitum ut pote digniorem & utiliorem. ita quidem pallium pro se declamat, sed ego jam illi, quo magis gloriari & exultare habeat, divinæ etiam sectæ ac sacræ disciplinæ commercium contribuo, ut qui philosophum tantum Paganum antea amiciebar, nunc vero & Christianum amiciar, cujus longe optima ac præstantissima philosophia est. falluntur vero qui legunt, *At ego jam me illi*, aut qui referibunt; *at ego jam mecum illi*. meliorem autem philosophiam hoc vocat, τὴν κατὰ Χριστὸν ἢ ἀληθινωτάτην φιλοσοφίαν. nec enim omnes Christiani, ut antea observavimus, pallium philosophicum sumebant, sed soli ascetæ, & qui inter Christianos exactioris disciplinæ norma, & strictioris propositi rigore censeri volebant: quod olim presbyteri fere omnes, postea soli monachi affectarunt. hinc μοναστικὴν πολιτείαν, & μοναστικὴν φιλοσοφίαν pro eodem auctores dixere. Sozomenus, πολιτείαν ἄμεμπτον φιλοσοφεῖν. *Sapientiam* auctor supra vocavit. atque hæc hactenus.

INDEX

INDEX AUCTORUM QUI IN SUPERIORIBUS NOTIS LAUDANTUR, ILLUSTRANTUR aut emendantur.

A

Abdias *Babylonicus.* 72.73. 388.472
Achmet. 388.401.446
Accius. 250
Acta Apostolorum. 72. 388
Acta passionis Cypriani. 83. 406.412
Adamantius Martyrius. 335
Adelmus. 140
Elianus. 132.210
Æschylus. 95
Ælius. 465
Æsanius. 385
Agellius. 414.429
Agrimensoriæ rei auctores. 79.428
Alexander Trallianus. 284. 232
D. *Ambrosius.* 67.78
Ammianus. 99.208
Ammonius. 111
Anacreon. 298
Anastasius. 409
Antidotarium vetus. 289
Appianus. 81
Apuleius. 115.138.177. 266.276.288.329. 336.353.360.361. 364.371.373.402. 414.464
explicatus. 177. 226. 299.300.371.406
emendatus. 210. 292. 329.330.346.369. 416
emendat. & explic. 287
Arcadius Grammaticus. 432
Aristophanes. 137.138. 154.182.199.230. 274.328.333.417
explicatus. 399. 400. 438.469
Aristophanis interpres. 137 138.230.328.333
notatur. 269.333.334
Aristoteles. 198. 220. 223.227.231.236. 237.443.444

Arno-

Arnobius. 94.120.155. 304.312.355.414
explicatus. 248. 285. 286.335.385
emendatus. 280. 310. 336.429.430
emendatus & explicatus. 202
Arrianus. 243
emendatus. 106. 218. 219.263
Artemidorus. 66.80.88. 339
explicatus. 386
emendatus. 122
notatus. ibid.
Athenaeus. 80.129.204. 219.275.333.349. 392.438.444.446. 447
emendatus. 441
Auctor de causis corruptae eloquentiae. 473
Auctor incertus. 242
Auctor incertus inter Chymicos. 208
Auctor vitae Cypriani. 84
D. Augustinus. 84
D. Augustini Commonitorium ad Faustum. 226
Aurelius Victor. 167
Ausonius. 121.130.412. 449
explicatus. 314.439.466

B.

Balsamo. 90
notatur. 88.89
Basilius. 75
Bibliorum versio. 369

C.

Callimachus. 105. 177.334
ejus Scholiastes. 311
Capitolinus. 370.468
explicatus. 181.474
Cassianus. 71. 84. 90. 100. 106. 117. 357. 389
Cassiodorus. 281. 445. 446.447.448.449
Catullus. 190.195
Celsus. 431.432
Cephalion Gargettius. 160
Cercidas in Mimiambis. 396
Charisius Sosipater. 443
Cicero. 164.275.290. 295.314.315.372. 404.405.432
